(Stobæus Flor. XXVIII, 13. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] ἀναδεξάμενον cum Jacobsio in Animadv. ad Stob. p. 244; vulgo ἀναδειξάμενον. Vid. Gregor. Corinth. de dial. ionic. 36, p. 432 ed. Schæfer. — [b] ἐπορμήσαντα cum eodem; codd. ἐπιορκήσαντα. — [c] περανέει; codd. πελάσει. — [d] τῆς τ' ὀφειλομένης; codd. τῆς ὀφειλευμένης. —)

32. Πόνοι οἱ ἑκούσιοι πόνοισι τοῖσι μετὰ ταῦτα ἀναγκαίοισι, ὥστε αὐτοὺς εὐπετεστέρους παρασκευασθῆναι, προπονέονται.

(Stobæus Flor. XXIX, 59. Εὐσεβίου. Scripsi . [a] πόνοισι τοῖσι; codd. πόνοις τοῖς. — [b] ἀναγκαίοισι; codd. ἀναγκαῖοι, cujus loco Jacobsius in Animadvers. ad Stobæum pag. 242 vulgaverat ἀναγκαίοις. Similem Democriti sententiam vide Phil. Gr. Fragm. vol. I, pag. 346, 86.)

33. Σῶμα ἀργίη τήκει, ψυχὴν δ' ἀμελετησίη ἀσκήσιος τῶν αὐτὴν ἀειρόντων πρὸς τὸ θεοειδέστατον.

(Stobæus Flor. XXX, 15. Εὐσεβίου. Pro ἀμελετησίη possis cum Meinekio ἀμελησίη reponere.)

34. Ἄνθρωποι λόγων κούφων μέγα ὀδόντας [a] ἕρκος ἐκτέαται. Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ παντὶ νόου χρηΐζομεν [b], ἐπεὶ ἐὰν [c] οὗτος μὴ κατιθύνῃ αὐτὰ τὰ ἔπεα, πρὶν βουλευθῆναι ἐκφεύγει πολλάκις, καὶ κατηλογήσαντα τοσούτου ἕρκεος ἄκριτα προεχθρώσκει.

(Stobæus Flor. XXXVI, 30. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] ὀδόντας cum Meinekio; codd. ὀδόντων. — [b] χρηΐζομεν; codd. χρήζομεν. — [c] ἐάν; codd. ἄν. —)

35. Ἀνδρὶ ἀγαθῷ εὖ πρήσσοντι φθονέων τις καὶ πατρίδι καὶ παντὶ τῷ κοινῷ καὶ ἑωυτῷ φθονέει. Ἀνὴρ ἀγαθὸς γὰρ εὖ πρήσσων πόλιος καὶ παντὸς τοῦ δυναμένου τῆς εὐμοιρίης αὐτοῦ μεταλαγχάνειν κοινὴ εὐδαιμονίη.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 38. Εὐσεβίου.)

36. Φθόνος ὁ κατὰ τῶν εὐδοκιμεόντων ἐπὶ τοῖσι καλλίστοισι [a] ἀργῶν καὶ ἀπράκτων [b], τῶν δὲ ἀγαθῶν καὶ οἵων τε τεκέειν τι παρ' ἑωυτῶν χρηστὸν οὐχ ἅπτεται.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 39. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] τοῖσι καλλίστοισι; codd. τοῖς καλλίστοις. — [b] ἀπράκτων; libri ἀπρακτῶν. —)

37. Ἀνὴρ πολλὰ ἔχων καὶ χρηστὰ [a] μαθήματα, ἔπειτα γνώμῃ πονηρῇ διαχρεόμενος, καὶ μὴ βουλόμενος τοῖσι [b] μεταποιευμένοισι ὑπὸ φθόνου μεταδιδόναι, ἔοικε [c] ἀγγείῳ πονηρῷ, πολλὰ καὶ χρηστὰ ἔχοντι ἐν

---

tentia semel dicta decedere nolunt, sed ne abjecti consilii tanquam pravi convincantur, in proposito permanent, donec tandem in damna inde orta incurrant.

30. Multi hominibus præcipiunt, ut jusjurandum servent : ego vero omnino non facile jurare religiosi viri esse affirmo.

31. Ajo quicunque pejerandi consilium cepit atque ad fidem jurejurando astringendam paratus fuit, etiamsi perjurium ipsum sive forte quadam non fecerit, sive quod noluerit ille, cujus erat jusjurandum ab ipso exigere, nihilo secius perjurum esse animo, et perinde pœna perjuris constituta teneri atque istum qui re ipsa pejeraverit.

32. Voluntarii labores præparant eos, quos postea necessitate coacti subimus, ita ut hi, illis præcedentibus, minuantur ac leventur.

33. Corpus macerat desidia, animum autem neglecta earum rerum exercitatio, quæ eum ad deorum similitudinem evehunt.

34. Homines magnum possident vallum dentium ad coercendos leves sermones. Verum enim vero in omni re mente indigemus, quæ nisi rexerit ipsa verba, sæpenumero ante deliberationem effugiunt, et tanto vallo neglecto temere emissa volant.

35. Si quis invidet viro bono prosperas res habenti, is etiam tum patriæ ac toti reipublicæ, tum sibi ipsi invidet. Nam vir bonus fortunate vivens commune est bonum et civitatis et eorum omnium qui felicitatis ejus participes fieri possunt.

36. Invidia qua premuntur viri pulcherrimis rebus clari vitium est hominum otiosorum et inertium : probos vero et aliquid boni ex se ipsis procreare valentes non attingit.

37. Vir multæ doctrinæ facultatem consecutus sed

ἑωυτῷ ἀποκείμενα, καὶ τὰ ἐνεόντα πρὶν φανῆναι διαφθείροντι.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 59. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] πολλὰ ἔχων καὶ χρηστὰ; codd. πολλὰ ἔχων χρηστά. — [b] τοῖσι; libri τοῖς. — [c] ἔοικε; codd. ἔοικεν. —)

38. Πατράσι παῖδας ἐπιζώειν εὐτυχές, καὶ χρὴ τοῦτο παρὰ τῆς τύχης αἰτέειν καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα διαδεξομένους, καὶ ὅκως καὶ αὐτέων [a] ἕκαστοι τάξι [b] τῇ εἰρημένῃ τοὺς πρὸ ἑωυτῶν διαδεχοίατο. Κοινὴ δὲ εὐχὴ δικαιοτάτη αὕτη ἂν παρὰ πάντων φυλαχθείη ἐπὶ τῇ διαμονῇ [c] τοῦ μεγίστου [d], τὴν ὑποδεχομένην ἑκάστοτε καὶ ἐκτρέφουσαν πάντας πατρίδα καὶ δοῦσαν τοὺς προηγησαμένους, αὐτήν τε καὶ θεῶν τῶν ἐγχωρίων τὰς κατεστεώσας [e] τιμὰς τῷ πλεῦνι αἰεὶ ὑπερβάλλειν.

(Stobæus Flor. XXXIX, 24. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] αὐτέων; codd. αὐτῶν. — [b] τάξι; libri τάξει. — [c] ἐπὶ τῇ διαμονῇ cum Jacobsio Animadv. in Stob. pag. 246; codd. ἐπιτηδεία μόνη. — [d] τοῦ μεγίστου; libri τοῦ μηκίστου. — [e] κατεστεώσας; codd. καθεστώσας. —)

39. Πλοῦτος ἐν πόλι [a] τῇ μελλούσῃ εὐδαιμονέειν ἀρετῆς μήκοτε [b] προτιμηθείη, ὅκως μὴ διὰ τοῦτο ἐς τὴν ἐκείνου ἐπιθυμίην πάντων συῤῥεόντων ὀλιγωρίη καὶ ἀνασκησίη ἀρετῆς ψυχῆσι [c] τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐμφυῇ. Ἀρετῆς γὰρ ἀτιμαζομένης, πλοῦτος μοῦνος σπουδαζόμενος καὶ ἐνδυναστεύσας ὕβριός τε καὶ ὑπερηφανίης ὑπηρέτης καὶ πάντων κακῶν τὰ ὑπ' ἐξουσίης [d] τε καὶ τοῦ ἀνεπιπλήκτου τῆς [e] ἀπεστεώσης ἀρετῆς οὐδεὶς ἀνακαλέσεται, χορηγὸς γίνεται.

(Stobæus Flor. XLIII, 142. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] πόλι; codd. πόλει. — [b] μήκοτε; codd. μήποτε. — [c] ψυχῆσι; codd. ψυχαῖς. — [d] κακῶν, τὰ ὑπ' ἐξουσίης; libri κακῶν, ὑπ' ἐξουσίης. — [e] τῆς; membranæ τᾶς vel τὰ. —)

40. Ἄρχουσι [a] ἡ ὀφειλομένη [b] αἰδὼς καὶ τιμὴ φυλασσομένη κόσμον σώζει πόλιος [c] καὶ διατηρέει.

(Stobæus Flor. XLIII, 143 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] ἄρχουσι; libri ἄρχουσιν. — [b] ὀφειλομένη; codd. ὀφειλευμένη. — [c] πόλιος; codd. πόλεως. —)

41. Τὸν τοῖσι ἄλλοισι [a] ἐπιστατεύοντα καὶ ἐπιτάσσοντα χρὴ οὐ τῇ ἐξουσίῃ μούνῃ τοῦ ἐπιστατεύειν τε καὶ ἐπιτάσσειν, ἀλλ' ἀξίῃ [b] καὶ γνώμῃ προέχειν τῶν ἐπιτασσομένων.

(Stobæus Flor. XLVI, 28. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] τοῖσι ἄλλοισι pro vulgato τοῖς ἄλλοις. — [b] ἀξίῃ; codd. ἀξίᾳ. —)

42. Πρὸς τοὺς παρὰ δίκην ζώοντας, ἔπειτα ἀξιεῦντας ἄλλων ἡγέεσθαι, ἀπειθέες ἄνθρωποι. Εὐπειθηίην [a] δὲ εὐπετέα ἐπὶ τὰ παραγγελλόμενα ἑωυτῷ καὶ ἄλλῳ παρὰ τῶν ἀρχομένων παρασκευάζει ἅπας ὅ γε παρ' ἑωυτοῦ τὰ δέοντα σπουδῇ ποιέειν ἐπιστάμενος, καὶ παράδειγμα τῶνπερ χρὴ πρήσσειν τοῖσι ὑποτεταγμένοισι [b] ἑωυτὸν παρεχόμενος.

(Stobæus Flor. XLVI, 29 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] εὐπειθηίην cum Gaisfordo; vulgo εὐπειθίην. — [b] τοῖσι ὑποτεταγμένοισι; codd. τοῖς ὑποτεταγμένοις. —)

43. Ἄρχοντος ἀγαθοῦ κέρδος μοῦνον τοῦτο οἰκήϊον καὶ μυρίων κερδέων ἄλλων ἀντάξιον, πάντα μιν πρήσσειν ὥστε καὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀρχῆς καὶ παυσαμένῳ οἱ πάντα χρηστὰ καὶ δικαιοσύνην παρὰ τῶν ἀρχθέντων μαρτυρέεσθαι.

(Stobæus Flor. XLVI, 30 τοῦ αὐτοῦ.)

44. Ἀνὴρ ἄρχων καὶ ἰδιώτης δὲ ἅπας ἴστω ἀπὸ τῆς φύσιος τῶν πρηγμάτων, ὁκοῖα ἂν αὐτὰ παρέχηται,

---

propter animi pravitatem invidiamque aliis eam appetentibus impertire nolens, similis est malo vasi, quod multa quidem et bona recondita in se continet, sed antequam lucem videant, corrumpit.

38. Patribus superstites manere, fortunatorum filiorum est, idque a Fortuna etiam petere heredes futuros decet, itemque ut ipsorum quoque liberi singuli eodem illo ætatis ordine minores natu majoribus succedant. Sed communia eaque justissima vota universi de incolumitate rei omnium gravissimæ facere debent, ut patria quæ semper suscipit et alit cunctos, et quæ nobis majores nostros exhibuit, tum ipsa, tum legitimi deorum indigetum honores magis magisque semper augeantur.

39. In civitate, quæ florere debet, nunquam opes virtuti anteponendæ sunt, ne hanc ob causam, omnibus divitiarum cupidine flagrantibus, virtutis contemtus et neglectio civium animis innascatur. Etenim contemta virtute quum solæ divitiæ expetuntur ac præpollent, contumeliæ et superbiæ adjutrices omniumque malorum, quibus auctoritate et inculpata vi deficientis virtutis nemo medebitur, semina fiunt.

40. Quum magistratibus reverentia et honores debiti incolumes permanent, civitatis decus custoditur et conservatur.

41. Illum qui cæteris præest atque imperat non modo potestate præcipiendi atque imperandi, sed dignitate et ingenio hominibus ipsi subjectis antecellere decet.

42. Homines non obediunt illis, qui quum injuste vitam agant, aliis præesse volunt. - Obedientiam autem facilem princeps ad ea quæ vel ipse vel per alium præcipit apud homines ipsi subjectos efficiet, quicunque sponte officio suo diligenter satisfacere scit, et eorum quæ agi convenit, civibus se exemplum præbet.

43. Bono principi hoc solum proprie fructuosum et sexcentorum instar aliorum lucrorum est, omnia sic facere, ut tum imperanti, tum a negotiis publicis se removenti justitiæ et omnium virtutum testimonium a civibus detur.

44. Civitatis princeps necnon privatus quilibet e rerum quas gerit natura intelligat, quales res gerat, talem quoque ex ipsis memoriam et famam, vel bonam vel malam sese consecuturum esse. His consideratis tum

τοιαύτης καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖσι μνήμης ἤτοι ἀγαθῆς ἢ πονηρῆς τευξόμενος. Καὶ τοῦτο ἐπιφρασθεὶς οὕτω κρινέτω [a] ἐπ' ὁκοτέρην τῶν ὁδῶν καὶ τὴν ἐπ' ὁκοτέρην τῶν μνημέων ἄγουσαν τρέπηται, καὶ κοίην [b] αὐτέων τῶν μνημέων αὐτῷ ἄμεινον προτιμῆσαι [c].

(Stobæus Flor. XLVI, 31 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi: [a] κρινέτω cum Dindorfio; codd. κυρεέτω. — [b] κοίην cum Eldikio Specim. Suspic. cap. 2 in Schæferi Thesauro critico novo pag. 188 et Kœnio ad Greg. Corinth. p. 414; codd. κοινὴν. — [c] προτιμῆσαι ex cod. A. apud Gaisfordum; vulgo προτιμῆσθαι vel προτιμῆται. —)

45. Ἀρχὴν ἔχων μὴ ἀπομνησικάκεε πρὸς τοὺς ἐν διχοστασίῃ σοι πρότερον γεγενημένους. Οὐ γὰρ ὅκως ἀμύνηαι [a] ἐχθροὺς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν εἶ ἀραιρημένος [b], ἀλλ' ὅκως καὶ τῆς παρ' ἄλλων ἐπιβουλῆς ἀσφαλέας καὶ ἀνεπιβουλεύτους φυλάξῃς τοὺς ὑπὸ σοὶ τεταγμένους, καὶ ὅκως τοῦ ὀρθοῦ φύλαξ ἔῃς [c] καὶ θεοῦ μεγάλης, Δικαιοσύνης, ὑπηρέτης τε καὶ ἐξηγητής. Ὥστε παρὰ τὰ αὐτῇ δοκέοντα ποιέων καὶ αὐτῆς καταψευδόμενος, ὡς ἐς θεὸν μεγίστην ἁμαρτάνων, καὶ παρ' αὐτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτὴν τεταγμένων δαιμόνων ἐφόρων τε καὶ τιμωρῶν τὴν τῶν ποιευμένων [d] μῆνιν προσδέκεο [e].

(Stobæus Flor. XLVI, 32 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi: [a] ἀμύνηαι cum Halmio; codd. ἀμύνεαι vel ἀμύνῃς. — [b] εἶ ἀραιρημένος; codd. παρῃρημένος superscripto εἰ ῃρημένος. — [c] ἔῃς cum Halmio; libri εἴῃς. — [d] ποιευμένων; membranæ ποιουμένων. — [e] προσδέκεο; codd. προσδέχεο. — Cæterum de Justitia similiter Demosthenes orat. I adv. Aristogit. cap. 3, p. 772 τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. Quæ vero de Justitia geniorum choro stipata hic dicuntur, recentiorum Platonicorum et Pythagoreorum doctrinæ consentanea sunt. Vide Porphyrii fragmentum libri secundi de philosophia ex orac. haur. in Phil. Gr. Fragm. vol. I, p. 191. —)

46. Μεταξὺ ἐχθρῶν δικάζων τοῦ δικαίου γίνεο [a] ἐξεταστής, καὶ πρὸς τοῦτο ῥέπε τῇ κρίσι [b]. Δικαιοσύνη γὰρ καὶ δαίμων ὁ ταύτης [c] ἔφορος τοῦ ἔχθρῃ χαρίζεσθαι προτετιμῆσθαι δικαιότεροι.

(Stobæus Flor. XLVI, 33 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi: [a] γίνεο; codd. γίγνου. — [b] κρίσι; codd. κρίσει. — [c] ταύτης cum Gesnero; membranæ τούτων. —)

47. Ἐν ἀρχῇ ἐών, ἔπειτα ἔχθρης μεμνημένος, τῇ χείρονι μοίρῃ [a] σεωυτὸν νεμέεις καὶ τῆς ἀπαιτεομένης ἐν τῷ ἄρχοντι σεμνότητος σεωυτὸν ἀποστερήσεις [b] καὶ παρὰ [c] τῶν ξυνεπισταμένων ὅτι ἔχθρῃ διδοῖς σεωυτόν [d], ἀντὶ τῶν σεμνοτάτων οὐνομάτων δικάστεω [e] καὶ ἄρχοντος τὸ εὐδιαβλητότατον [f] οὔνομα ἀντιλαβών, τῶν δικαζομένων ἐχθρὸς κεκλήσεαι [g].

(Stobæus Flor. XLVI, 34 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi: [a] μοίρῃ; codd. μοίρα. — [b] σεωυτὸν ἀποστερήσεις; codd. ἑωυτὸν ἀποστερήσεαι. — [c] καὶ παρὰ; codd. παρὰ. — [d] σεωυτόν; codd. σαυτόν. — [e] δικάστεω; libri ἀντὶ δικαστοῦ. — [f] εὐδιαβλητότατον cum Gesnero in margine; libri ἐνδιαβλητότατον. — [g] κεκλήσεαι cum Kœnio ad Greg. Corinth. pag. 411; membranæ κεκλῆσθαι. —)

48. Τοῦ ἐπιτιμᾶν τινι θανάτου ζημίην τὴν ἐξουσίην εἶναι ἡγέομαι οὐκ ἐν τῷ κύριόν τινα εἶναι τοῦ καταψηφίσασθαι [a], ἀλλ' ἐν τῷ οἷόν τε εἶναι τὸν ἔχοντα τὴν ἐξουσίην ἑωυτοῦ κρατέειν. Καὶ γὰρ ἐν ἀσφαλεστάτῃ ὀφειλούσῃ [b] εἶναι κρίσι [c] καὶ ἐς ὁμογενέας εἴ τι ἁμαρτηθείη, οὐχ [d] οἷά τέ ἐστι ἔτι ἀναχαλέσασθαι γινομένης [e] τῆς ἁμαρτάδος.

(Stobæus Flor. XLVI, 35 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi: [a] τοῦ καταψηφίσασθαι cum Gesnero et cod. A; vulgo τούτου τὸ καταψηφίσασθαι. — [b] καὶ γὰρ ἐν ἀσφαλεστάτῃ ὀφειλούσῃ; codd. ἐν οὕτω ἀσφαλεστάτῃ ὀφειλεούσῃ. — [c] κρίσι; codd. κρίσει. — [d] οὐχ οἷά τέ

---

demum statuat, utram viam et ad utrum famæ genus ducentem ingrediatur, et quali famæ ipsum consulere magis consentaneum sit.

45. Magistratum gerens ne reminiscaris injuriæ olim tibi illatæ ac dissensionis, si qua tibi prius cum quibusdam fuit. Non enim magistratum adeptus es, ut inimicos ulciscereris, sed ut imperio tuo subjectos etiam ab aliorum insidiis tutos atque incolumes servares, et ut custos esses recti et magnæ deæ Justitiæ tum minister tum interpres. Itaque si quid admiseris præter ejus sententiam et falsa ipsi affinxeris, tanquam in deam maximam peccans, partim ab ipsa, partim a constitutis circa eam geniis, inspectoribus et ultoribus factorum odium et pœnam exspectato.

46. Inter inimicos judex constitutus, jus ita examina, ut sententia ad illud tuendum inclinet. Justitia enim et præfectus ei genius ob majorem dignitatem inimicitiarum gratificationi præferri debent.

47. Si magistratum consecutus inimicitiæ memineris, ipse iniquiori conditioni te addices et gravitate ac sanctitate, quæ a principe flagitatur, te privabis, simulque ab iis qui sciunt te inimicitiæ indulgere, pro sanctissimis nominibus, pro judice, inquam, et principe, turpissimo nomine inimici litigantium appellaberis.

48. Supplicii aliis decernendi potestatem esse arbitror non in condemnandi jure positam, sed in eo versari, ut qui habeat potestatem illam, sibi imperare queat. Etenim si quid in judicio quod incorruptum esse debet, peccetur etiam in cognatos, perperam factum emendare amplius non licet.

ἐστι ἔτι; codd. καὶ τὴν οὐκ οἷά τέ ἐστιν ἔτι. — [e] γινομένης; libri γιγνομένης. —)

49. Τὰ [a] τοῖσι ἄλλοισι [b] ὡς φαῦλα ἐπιτιμᾷς, ταῦτα πρότερον αὐτὸς ποιέειν φυλάσσεο.

(Stobæus Flor. XLVI, 36 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] τὰ; codd. ἃ. — [b] τοῖσι ἄλλοισι; codd. τοῖς ἄλλοις. —)

50. Ἄνθρωποι ἀνθρώπων ἐπὶ κατηγορίας ἀπικνέονται [a], οἱ μὲν ἐκ συγκειμένων ψευδέων [b] ἐγκλημάτων, οἱ δὲ ἀληθέα κατηγορέοντες. Οἱ δ' αὖ ἐπαινέουσι [c], οἱ μὲν τὰ ἐόντα μαρτυρέοντες, οἱ δὲ παρὰ τὸ ἀληθὲς χαριζόμενοι. Ἄριστον ὧν ἐν τοῖσι τοιούτοισι [c] καὶ ἰδιώτῃ καὶ ἄρχοντι, μήτε αὐτὸν πιστεύειν αὐτόθεν, μήτε ἀπιστέειν παντελέως [e], ἐκ δὲ τῶν πρηγμάτων ἐξεταζομένων, ὅκως χρὴ περὶ αὐτῶν διανοέεσθαι, καὶ τὸ ἀτρεκὲς αὐτῶν μανθάνειν.

(Stobæus Flor. XLVI, 37 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] ἀπικνέονται; codd. ἀφικνέονται. — [b] ψευδέων; codd. ψευδῶν. — [c] ἐπαινέουσι; libri ἐπαινέουσιν. — [d] ὧν ἐν τοῖσι τοιούτοισι; codd. οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις. — [e] παντελέως; codd. παντελῶς.)

51. Ἀρχὴν ἔχων κόσμεε, αὐτὸς δὲ μὴ μεταβάλλεο. Οὐ γὰρ προσλελάβηκάς τι οὐκ ἐόν, οὐδὲ παυόμενος ἔλασσόν τι τῶν πρὶν μεταλαβέειν ἕξεις [b], εἰ πενόμενος [c] τὴν ἀρχὴν καταθήσεαι.

(Stobæus Flor. XLVI, 38 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] ἐόν cum Valckenario; codd. ὤν. — [b] μεταλαβέειν ἕξεις; codd. καὶ λαβεῖν εἶχες. — [c] πενόμενος cum Valckenario; libri γενόμενος. —)

52. Ἀρχὴν λαβὼν μὴ ἐπαίρεο, ωὐτὸς δὲ διατέλεε· οὕτω γὰρ καὶ ἀποθέμενος οὐκ ἀπαραιρῆσθαί τι [a] τοῦ σεμνύναντός [b] σε νομισθήσεαι.

(Stobæus Flor. XLI, 36 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] ἀπαραιρῆσθαί τι; codd. ἀφῃρῆσθαι. — [b] σεμνύναντος ex cod. B; vulgo σεμνύνοντος. —)

53. Ἀνὴρ ἀγαθὸς ἔθνεός τευ ἢ πόλιος ἀρχὴν εἰληφὼς οὐκ ἕνεκα [a] τοῦ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀπολαύειν [b] καὶ τοῦ δωροδοκέεσθαι καὶ τοῦ παρὰ τῶν πλουσίων χρηματίζεσθαι, ἔοικέ τεῳ [c] ἀνδρὶ παρακαταθήκην εἰληφότι μεγάλων χρημάτων. Ὥσπερ γὰρ καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἐπὶ τῷ κατασχέειν [d] λαμβάνει, οὐδὲ κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι τὰ δοθέντα, ἀλλ' ὥστε φυλάξαι καὶ ἀποδοῦναι σῶα τῷ παραθεμένῳ, ἐπεὰν ἀπαιτέηται, οὕτω δὲ καὶ αὐτὸν χρὴ οὐκ ἐπὶ κέρδεσι οἰκηΐοισι [e], ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίῃ καὶ φυλακῇ πάντα πρήσσειν τῶν ἀρχομένων, ὥστε αὐτοὺς τὸ ἐς ἑωυτὸν ἧκον, ἀσινέας [f] καὶ εὐθηνέοντας ἀποδοῦναι τῷ καταπεπιστευκότι.

(Stobæus Flor. XLVI, 40 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] οὐκ ἕνεκα; libri οὐχ ἕνεκα vel οὐχ ἕνεκά γε. — [b] τοῦ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀπολαύειν ex Orellii conjectura; codd. τῶν δημοσίων χρημάτων. — [c] ἔοικέ τεῳ; codd. ἔοικε τῷ. — [d] κατασχέειν; codd. κατασχεῖν. — [e] κέρδεσι οἰκηΐοισι; codd. κέρδεσιν οἰκείοις. — [f] ἀσινέας cum Schæfero Melet. crit. p. 69; membranæ ἀσινέοντας. —)

54. Ἀνὴρ ἀνυποίστους καὶ ἀγρίας καὶ ἀμέτρους ζητέων τὰς τιμωρίας, καὶ τῇσι [a] κατὰ νόμον οὐκ ἀρκεόμενος, θυμῷ ἀλόγῳ ξυγχωρέων, καὶ γυναικηΐως [b] ἐμπικραινόμενος, οὐκ αἰσθάνεται ἔξω τῆς δίκης ἐς τὸ ὁμογενὲς ἐξυβρίζων. Ἀγνοέει [c] δὲ τὸ μέγιστον καὶ τόπερ [d] χρὴ εἰδέναι πάντα τὸν μέλλοντα ἀνθρώπου καταδικᾶν [e], ὅτι καὶ ὁ θάνατος αὐτὸς παρὰ τῶν πρώτως δικαιωσάντων οὐχ ὥς τι [f] κακὸν ἐπετιμήθη, ἀλλ' ὡς ἔσχατον καὶ ἐν φαρμάκου λόγῳ κατὰ τῶν οὐ δυναμέ-

---

49. Quæ in cæteris tanquam mala reprehendis, ea prius ipse cave facias.

50. Homines invicem accusant, quidam compositis falsis criminibus, nonnulli vera incusantes. Contra quidam laudant, alii vera testantes, alii parum integra veritate gratificantes. Convenientissimum igitur in hujusmodi rebus et viro privato et principi est, neque statim credere, neque omnino non credere, sed rebus ipsis exploratis, quid de iis sentiendum sit, atque etiam earum naturam perspicere.

51. Munus susceptum laute administra, ita tamen, ut ipse non immutes ingenium. Neque enim isto magistratu quidquam præterea tibi comparasti, neque eo deposito prius partis minora habere poteris, si pauper magistratu abibis.

52. Magistratum adeptus ne te efferas, sed idem permaneas : sic enim deposito quoque magistratu nulla parte rei quæ te ornaverit privatus existimaberis.

53. Vir bonus, gentis alicujus aut civitatis imperium nactus, non propter fisci usum aut munerum accipiendorum pecuniæque a divitibus extorquendæ causa, similitudinem quandam gerit speciemque hominis, apud quem grandis pecunia deposita est. Quemadmodum enim hic, quod datur, non retinendi aut sibi vindicandi gratia sumit, sed ut custodiat et integrum reddat ei qui deposuit, postquam repetiverit : sic principem quoque non ad domesticam utilitatem, sed ad civium salutem ac tutelam omnia quæ facit referre oportet, ita ut eos, quantum in ipso situm sit, incolumes et felicitate florentes et qui credidit restituat.

54. Quisquis intolerabiles, crudeles et immoderatas pœnas exquirit, legitimis non contentus ac belluinæ iracundiæ locum dans, et muliebriter exacerbatus : non intelligit, se contra jus fasque in cognatos injuriosum esse. Ignorat autem quod maximum est et quod quemvis reos condemnaturum scire oportet, mortem ipsam a primis maleficiorum puniforibus non tanquam malum aliquod sontibus illatum esse, sed ut ultimum telum et remedii loco ad eorum naturam comparatum esse qui a malitia liberari nequeunt, ut hoc saltem modo, quoniam aliter fieri non poterat, tum liberati malitiæ vinculo, ipsam effugerent.

νων τῆς κακίης ἐλευθερωθῆναι, ὅκως, ἐπειδὴ οὐχ οἷά τε [g] ἦν ἄλλως, τούτῳ γῶν [h] τῷ τρόπῳ ἀπολυθέντες τοῦ ἐνθαῦτα [i] δεσμοῦ αὐτῆς πορίσωνται φυγήν.

(Stobæus Flor. XLVI, 41 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi : [a] τῇσι; codd. ταῖς. — [b] γυναικηΐως; codd. γυναικείως. — [c] ἀγνοέει; libri ἀγνοεῖ. — [d] καὶ τόπερ e Gesneri conj.; codd. καίτοι περ. — [e] καταδικᾶν cum Wesselingio ad Herod. I, 97 et Jacobsio Emend. Stob. p. 257; codd. καταδίκαν. — [f] οὐχ ὥς τι; codd. οὐχ ὥς τι. — [g] οὐχ οἷά τε; codd. οὐχ οἷά τε. — [h] γῶν; libri γε οὖν. — [i] τοῦ ἐνθαῦτα; codd. ἐνταῦθα. Vide Kœnium ad Greg. Corinth. p. 466. Articulum jam addidit Gesnerus. —)

55. Ἄνθρωποι ἰσχὺν μὲν [a] καὶ ῥώμην καὶ τάχος μοῦνα ἀσκέοντες, καὶ ὅκως, ταῦτα ἔχοντες, ἀπὸ τούτων μούνων εὐδοκιμέωσι [b] ἐσπουδακότες, περὶ δὲ τοῦ τῆς ψυχῆς [c] ἐπιμέλεσθαι οὐ καταγινόμενοι, ἀγνοεῦσι [d], τούτων μέν, ὁκόσα κοινὰ πρὸς τὰ θηρία [e] ἔχουσι, καὶ παρὰ πολύ, ἀσθενέστερα τούτων [f], μόνον ἐπιμελόμενοι [g], τοῦ δὲ ἐν ἑωυτοῖσι θειοτάτου, καὶ κατότι αὐτοῖσι ἔστι [h], εἰ οἷόν τε, τοῖσι θεοῖσι [i] ἐξομοιέσθαι, ἀμελέοντες.

(Stobæus Flor. LIII, 16. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] ἰσχὺν μὲν cum Jacobsio Emend. in Stob. p. 263; codd. ἰσχύν. — [b] εὐδοκιμέωσι; codd. εὐδοκιμέωσιν. — [c] περὶ δὲ τοῦ τῆς ψυχῆς; libri τοῦ δὲ τῆς ψυχῆς. — [d] οὐ καταγινόμενοι ἀγνοεῦσι; libri οὐ ἔχητι γιγνόμενοι ἀγνοεῦσι. — [e] τούτων μέν, ὁκόσα κοινὰ πρὸς τὰ θηρία cum Jacobsio l. c.; codd. καὶ τούτων μέν, ὁκόσα κοινὰ πρὸς θηρία. — [f] καὶ παρὰ πολύ, ἀσθενέστερα τούτων cum eodem; codd. καὶ τῶν πολλῶν ἀσθενέστερον, τούτων. — [g] μόνον ἐπιμελόμενοι cum eodem; libri μὲν ἐπιμελόμενοι. — [h] κατότι αὐτοῖσι ἔστι; codd. καθότι αὐτοῖς ἐστιν. — [i] τοῖσι θεοῖσι; libri τοῖς θεοῖς. —)

56. Θάρσος τὸ πρὸς τὰ φοβερὰ σὺν λόγῳ αἴνεε· ἀνδρηΐη γάρ· τὴν δὲ μετὰ ἀλογίης ἐπ' αὐτὰ ὁρμὴν θράσος νόμιζε καὶ ἀποστύγεε.

(Stobæus Flor. LIII, 17 τοῦ αὐτοῦ. Scripsi ἀνδρηΐη pro vulg. ἀνδρηΐα. Interpres Apollonii Rhodii II, 77 : Θάρσος δὲ θράσους διαφέρει. Θάρσος γὰρ τὸ εὔλογον· θράσος δὲ τὸ μετὰ ἰταμότητος. Οὕτω καὶ Ἀρίστιππος ὁ φιλόσοφος. Similiter Ammonius : θράσος καὶ θάρσος διαφέρει. Θράσος μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄλογος ὁρμή, θάρσος δὲ ἔλλογος ὁρμή, ubi vide Valckenarium.)

57. Γάμου ἀρίστη ξυμφωνίη ἀμφοτέρους σωφροσύνην ἀσκέειν.

(Stobæus Flor. LXXIV, 41. Εὐσεβίου.)

58. Θεοὶ ὅτι ἔασι, οὐ χρὴ δίζεσθαι, αὐτόθεν δὲ ἄριστον πεπιστευκέναι. Ζητήσιος γὰρ προτεθείσης, καὶ ὁ τῷ ἀνοσιωτάτῳ τῶν λόγων, τῷ μὴ εἶναι αὐτούς, συνιστάμενος ἐθέλει κρατέειν.

(Stobæus Flor. LXXX, 8. Εὐσεβίου.)

59. Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὰν δοκέωσι παρ' ἀξίην πρήσσειν, δυσανασχετέοντες, ἔπειτα δεινολογεόμενοι πρὸς ἑωυτοὺς καὶ τοὺς πλησιάζοντας τοιάδε διαλέγονται· ὁ μὲν γαμέει καὶ ἐξ οἴκων τῶν εὐδαιμόνων, ἐγὼ δὲ ἄγαμος· καὶ ὁ μὲν οἰκίην ἔχει μεγάλην καὶ οἰκοδομέει μεγαλοπρεπέως [a] καὶ ἀγροὺς κέκτηται πολλούς, ἐγὼ δὲ ἀνέστιος καὶ ἀκτήμων· καὶ τῷ μὲν πάρα πολλὰ χρήματα, ἐμὲ δὲ ἀχρηματίη πᾶσα ἔχει· καὶ ὅδε μὲν καὶ ὅδε ἄρχουσι καὶ τιμέωνται [b], τὸ δ' ἐμὸν ἐν ἰδιώτεω λόγῳ καὶ ἀτίμου [c]. Πρὸς οὓς χρὴ παραμυθεύμενον ταῦτα λέγειν, ὡς οὐ χρὴ ἐπ' ἄλλων εὐτυχίῃ ἄχθεσθαι, ἀλλ' ἥδεσθαι διὰ τὸ ὁμογενές· εἰδέναι δὲ ὅτι καὶ αὐτοὶ πολυκτήμονες [d], ἔς τε τὰ ἑωυτῶν ἐγκύψαντες [e] καὶ τὰ ἐκείνοισι παρεόντα ἐπιφρασάμενοι [f], εὑρήσουσι ἑωυτοὺς ἄμεινον πρήσσοντας· καὶ ὅτι οὐδεὶς

---

55. Homines qui vires tantum et robur et corporis velocitatem exercent et ei solum gloriæ, quæ his rebus comparatur, serviunt, ingenii autem curam non agunt : isti profecto nesciunt, se ea tantum curare, quæ cum belluis communia et his multo infirmiora habent, divinissimam vero naturæ suæ partem, qua exculta ipsi, si fas est, deorum similes evadere possint, prorsus negligere.

56. Animi præsentiam in periculis cum ratione conjunctam collaudes : est enim fortitudo : impetum vero ad ea obeunda aversum a recta ratione temeritatem existimes atque oderis.

57. Optimus matrimonii consensus est, si uterque conjux temperantiam exerceat.

58. Non dubitandum quin sint dii, sed optimum est statim credere. Nam quæstione proposita, etiam ille qui impiissimam sententiam defendit, deos videlicet non esse, superare conatur

59. Multi homines, quum indigna sorte premi sibi videntur, ægre ferentes ac deinde graviter conquerentes, qua secum qua apud familiares hujusmodi verba faciunt : Iste uxorem ducit, idque ex familia fortunata, ego interim cœlibem vitam dego : Iste domum magnam habet, magnifice ædificat et agros multos possidet, ego contra sine domo ac sine possessionibus vivo : Iste divitiis affluit, ego vero in summa difficultate nummaria sum : Hic et ille magistratum gerunt et honorantur, ego autem privatus et sine honore vivo. Verum tales homines sic consolari oportet, ut dicamus, non esse dolendum aliorum felicitate, sed gaudendum, quia nostri cognati sint : sciendum autem, ipsos quoque divites esse, ita ut si sua intuiti fuerint et rursus ea quæ aliis adsunt, considerent, melius secum agi inventuri sint; neque quemquam ob alterius prosperitatem debita sibi felicitate privari.

60. Qui, quum aliquid molestum incidit, diis irascitur, is majus sibi malum quærit.

ὑπὸ τῆς τοῦ πέλας εὐτυχίης [g] τῆς ὀφειλομένης [h] ἑωυτῷ εὐπρηγίης ἀποστερέεται.

(Stobæus Flor. CVII, 9. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] μεγαλοπρεπέως ; codd. μεγαλοπρεπῶς. — [b] τιμέωνται cum Halmio ; codd. τετιμέαται vel τετιμέωνται. — [c] ἀτίμου cum eodem ; libri ἀτίμῳ. — [d] πολυκτήμονες ; libri πολλῶν. — [e] ἐγκύψαντες cum Wesselingio ad Herodot. VII, 152 ; codd. ἐγκρύψαντες. — [f] ἐπιφρασάμενοι cum Wesselingio l. c.; codd. ἐπιφρασάμενοι. — [g] εὐτυχίης; codd. εὐτυχίας. — [h] ὀφειλομένης; membranæ ὀφειλευμένης. —)

60. Ἀνιηροῦ τευ προσπεσόντος, ἔπειτα χαλεπαίνειν τοῖσι θεοῖσι [a] μέζον [b] κακόν ἐστι ζητέειν.

(Stobæus Flor. CXXIV, 38. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] τοῖσι θεοῖσι; libri τοῖς θεοῖς. — [b] μέζον; codd μεῖζον. —)

61. Ἀνιηροῦ τευ προσπεσόντος, εἴ τι τοῦ παρεστεῶτος [a] ἔστι εὑρέειν μέζον [b], ἐπιλέγεο, καὶ εὑρών, ὅτι μὴ ἐκεῖνο, ἀλλὰ τὸ μεῖον ἔχεις, ἀσπάζεο.

(Stobæus Flor. CXXIV, 39. Εὐσεβίου. Scripsi : [a] παρεστεῶτος; libri παραστεῶτος. — [b] ἔστι εὑρέειν μέζον; codd. ἐστὶν εὑρεῖν μεῖζον.)

62. Σωφροσύνην, τόπερ δὴ καὶ ἀναγκαιότατον, παρὰ τῶν ξυνοικουσέων [a] γυναικῶν ἄνδρες ἀπαιτέουσι [b] καὶ ὡς κρέσσονες ὑποδεεστέρων ἄρχειν ἀξιεῦσι [c] · ταῦτα δὲ ἀξιεῦντες οὐκ αἰδέονται ὁκόσα ποῤῥωτάτω [d] ἐστὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἐν τῇ τοῦ κρέσσονος [e] ἐόντων μοίρῃ, τὸ ἐξαμαρτάνειν ταῦτα αὐτοί, ὥσπερ σφίσι μούνοισι [f] ἐξεόν, καὶ μετὰ τοῦ ἀνεπιπλήκτου παρὰ σφέων παντελέως καὶ ἀνέδην οὕτως πλημμελέοντες.

(Excerpta e cod. Flor. Joan. Damasc. in Stobæi Flor. vol. IV, pag. 240 ed. Meinek. Scripsi : [a] ξυνοικουσέων ; cod. ξυνοικουσῶν. — [b] ἀπαιτέουσι; cod. ἀπαιτοῦσι. — [c] ἀξιεῦσι; cod. ἀξιοῦσι. — [d] ποῤῥωτάτω; cod. ἑκάστῳ. — [e] κρέσσονος; cod. χείρονος. — [f] μούνοισι; cod. μούνας. —)

63. Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος τῷ γένεϊ [a] τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ φατιζόμενα [b] ὄψις ἐούσας διαφανέας, ὁδοὶ διφάσιαι [c] προκέαται βίου ψυχῇσι [d] ἀνθρώπων, ἀδαμαντίνῃ αἱμασιῇ παχυτάτῃ [e] καὶ ἐς πολλὸν ὕψος ἀνηκούσῃ [f], κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος, ἀπ' ἀλληλέων τὰ πρῶτα διειργόμεναι. Καὶ ἡ μὲν αὐτέων ἐστί, ὁκοῖα [g] δὴ τὴν τιμιωτέρην τάξιν λαχοῦσα, ἐκ δεξιῆς χερὸς [h] ἐσιόντων· αὕτη ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῇσι [i] ἡγέεται· ἡ ἑτέρη δὲ λαιὴ [k] ἐοῦσα [l] ἐπὶ τὴν κακίην ἐστὶ παραπέμπουσα. Φατίζονται δὲ εἶναι τοιαίδε· ἡ μὲν τῆς ἀρετῆς τὰ πρῶτα οὐκ εὐήλατά κως [m] παρέχειν δοκέει, οἷά τε [n] μέντοι συνεχέϊ [o] πόνῳ ἀνυσθῆναι· ἀλλὰ καὶ τοὺς κατηγεομένους ἔχει καὶ παραπέμποντας [p] ἀκινδύνως· τὸ δὲ μετὰ τοῦτό ἐστι ὁδὸς ἰθέη τε [q] καὶ εὐρέη μέχρι τῆς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ τοῦ καλοῦ · ἐπ' ἣν [r]

61. Quum aliquid molestum ingruit, perpende, num quid aliud præsenti molestia gravius reperiri possit : quod si repertum fuerit, gaudeto præsenti tanquam minore malo.

62. Temperantiam, quod vel maxime necessarium, ab uxoribus in matrimonium ductis exigunt mariti et tanquam superiores inferioribus se imperare æquum esse censent : hæc autem censentes non verentur perpetrare quæ a temperantia et potentiorum conditione longe abhorrent, quasi ipsis solis liceat ista committere, quum etiam sublato propriæ reprehensionis metu omnino et aperte ita peccent.

63. Quum deus, ut supra dictum est, ab initio hominum generi claras ostenderit visiones, duæ quoque vivendi viæ hominum animis propositæ sunt, maceria statim adamantina, crassissima et altissima, ut primus aspectus fert, a se invicem separatæ. Altera quidem earum, ut dignitate superior, intrantibus est ad dextram, atque ad virtutem hæc ducit; altera autem, quæ ad lævam est, ad vitiositatem pertinet. Dicuntur vero sic esse comparatæ, ut virtutis via primum quidem tractus non satis expeditos, sed tamen assiduo labore superabiles præbere videatur. Quid? quod ne ducibus quidem sine periculo comitantibus caret; mox autem via recta est et lata usque ad ipsam honestatis arcem, qua conscensa in locis præclaris eris et spectaculo frueris tum innumerabilium aliorum bonorum et summæ felicitatis, tum lucis simul reliqua omnia eximiæ pulchritudini suæ vi penetrantis simul splendidissimæ. Undique vero per totum, qua patet, orbem visuntur urbes ac terræ incolæ et cultores, de quibus genius ad consilia animi, danda missus singulatim disseret. Et hæc quidem ita se habet : via contra ad vitium ducens principio plana est, ut qui eam ingrediuntur exiguam omnino nec sinceram, sed vanam et fallacem voluptatem gustent. Itaque etiam quum duce postea destituta sit, confestim in flexuosum tramitem detorquetur, vallis acutis, altis et densis simulque voraginibus et præruptis refertum, in quæ viatores præcipitati fluvio cœnum et lapides volvente dejectosque absorbente et abripiente merguntur, adeo ut multi ex iis statim ibi pereant, reliquis non consilio, sed casu per proximas urbes et regionem totam quæ amplissima est aliis alio dispersis, de quibus itidem angelus supra commemoratus disseret. Quum igitur talis sit harum viarum natura, ducis munere fungitur atque in medio constitutus est dei magni præco et consultor genius supra dictus, qui animis descendere parantibus hæc fere denuntiabit : animi hominum, natura tam mortales quam immortales, qui illa quam in terris existimant vita in mortem incidistis, ea vero quæ ibi videbatur morte ad vitam reditis, quum exacto tempore vobis præfinito rursus ex corporum vinculis evolaveritis, quibus in isto mortis statu impediti fuistis, aliæ iterum vitæ his in terra actis similes pro meritis

ἀνελθὼν τοῖσι καλλίστοισι [s] ἔσεαι καὶ θέῃ ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν καὶ τῶν εὐδαιμονεστάτων, ἀτὰρ δὴ καὶ φωτός, παντὸς τοῦ λοιποῦ κάλλεϊ μυρίῳ προήκοντος καὶ αὐγοειδεστάτου [t]. Πέριξ δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσαν [u] γῆν ἀναπεπταμένην αἱ πόλιες ἔασι καὶ οἱ τὴν γῆν κατοικέοντες καὶ ἐργαζόμενοι, περὶ τῶν [x] ὡς ἕκαστα ἔχει ὁ ἐπὶ συμβουλίῃ [y] τῶν ψυχέων προπεμφθεὶς ἐρέει λόγος. Καὶ ἥδε μὲν ὧδέ κως ἔχει· ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κακίην ἄγουσά [z] ἐστι λείη [aa] τὰ μὲν κατ' ἀρχάς, ὡς ὀλίγου [bb] πάγχυ καὶ τούτου οὐ γνησίου, ἀπατηλοῦ δέ, καὶ ἐπὶ παραγωγῇ τῶν προσιόντων, γεύσασθαι αὐτοὺς [cc] τοῦ ἡδέος· ὥστε καὶ μηδενὸς μετὰ ταῦτα ἡγεμόνος εὑρισκομένου εὐθὺς ἄγει ἐς ὁδὸν σκολιὴν σκόλοπάς τε ἔχουσαν, οἵτινες δὴ [dd] ὀξέες, μεγάλοι, καὶ πυκνοὶ καταπεπήγασι, καὶ χαράδρας καὶ κρημνούς, κατὰ κεφαλῆς ὠθέοντας τοὺς πορευομένους [ee] κατὰ τοῦ συμψήσοντος καὶ παρασύροντος τοὺς κατενεχθέντας ἐς αὐτὸν [ff] ποταμοῦ κάτω βορβόρῳ καὶ λίθοις ῥέοντος· ὥστε πολλοὺς εὐθὺς οὕτω διαφθείρεσθαι, οἱ δὲ λοιποὶ τύχῃ, οὔτ' ἄρ' οἰκείῃ προμηθείῃ, ἐπὶ τὰς αὐτόθι ἐούσας πόλιας διασκεδαννύαται ἄλλοι ἄλλοσε καὶ ἐπὶ πᾶσαν πολλὴν ἐοῦσαν τὴν χώρην, περὶ τῶν [gg] δὴ καὶ αὐτῶν ὁ προειρημένος ἄγγελος ἀπηγήσεται [hh]. Τουτέων ἐουσέων τῶν ὁδῶν τοιουτέων, ἄγει ὁ προειρημένος καὶ ἔστι ἐν μέσῳ θεοῦ μεγάλου κῆρυξ σύμβουλός τε λόγος, ὃς ψυχῇσι τῇσι μελλούσῃσι [ii] κατιέναι τοιάδε προφανέει [kk]. Ψυχαὶ ἀνθρώπων, φύσιν ἔχουσαι θνηταί τε εἶναι καὶ ἀθάνατοι, καὶ ζωῇ [ll] μὲν τῇ ἐπὶ τῆς γῆς νομιζομένῃ θανάτῳ ἐγκυρέουσαι, θανάτῳ δὲ τῷ δοκέοντι αὐτόθι ζωὴν ἀπολαμβάνουσαι, ἐπεὰν χρόνου τοῦ τεταγμένου ὑμῖν ἀνυσθέντος αὖτις ἀπολυθῆτε σώματος τοῦ ἐν τῷ αὐτόθι θανάτῳ ὑποδεξαμένου ὑμέας, διαδέξονται αὖτις ὑμέας τρόπον [mm] τῆς ἐπὶ γῆς ζωῆς βίοι οἱ ὀφειλόμενοι [nn], καὶ διὰ τοῦτο παραινέω, θεοῦ μεγάλου Ἑρμέω [oo] καὶ θεῶν τῶν λοιπῶν προφήτης τε καὶ σύμβουλος λόγος, καὶ ἀπειθεούσῃσι [pp] μὲν προλέγω ἀθάνατα κακά, πειθομένῃσι [qq] δὲ ἀγαθὰ ἔσεσθαι τοῖσι τῶν θεῶν ὁμοιεύμενα. Οὐ χρὴ ὧν [rr] βραχυτάτης κιβδήλου τε καὶ εὐδιασκεδάστου τῆς ἡδονῆς ἕνεκα κακὰ μεγάλα καὶ τὰ παραμενέοντα [ss] τὸν πάντα χρόνον αἱρέεσθαι καὶ βίῳ τῷ βραχυτάτῳ βίον βλάψαι τὸν μετὰ ταῦτα μακρότατον, οὐδ' αὖ πόνον ὀλίγον καταδεισάσας ἀγαθὰ μεγάλα καὶ τὰ παραμενέοντα τὸν πάντα χρόνον καὶ εὐδαιμονίην βιοτῆς μηκίστης τῆς μετὰ ταῦτα προΐεσθαι.

(Stobæus Eclog. lib. II, cap. IX, pag. 410 seqq. ed. Heeren.; cap. VIII, p. 675 seqq. ed. Gaisford; pag. 115 seqq. ed. Meinek. Scripsi : [a] γένεϊ; codd. γένει. — [b] φατιζόμενα cum Jacobsio Animadv. ad Euripidis Tragœd. et Stob.; codd. φωτιζόμενα quod retinet Kœnius ad Gregor. Corinth. p. 510. — [c] ὄψις ἐούσας διαφανέας, ὁδοὶ διφάσιαι; codd. οἴεις (al. οὔεις vel ὄψεις) οὖσαι ἀφανέες· ὁδοὶ διαφανέες, ὁδοὶ διφασίαι, quod Kœnius l. c. mutavit in οὐκ ἐοῦσαι ἀφανέες, Meinekius in ὄψι ἐοῦσαι convertit. — [d] ψυχῇσι; codd. ψυχαῖς. — [e] ἀδαμαντίνῃ αἱμασιῇ παχυτάτῃ cum Heerenio; codd. ἀδαμαντίνη αἱμασιὴ παχυτάτη. — [f] ἀνηκούσῃ cum Jacobsio et Kœnio; codd. ἀνηκούσῃ. — [g] ὀκοῖα; vulgo ὀκοία. — [h] χερός; vulgo χειρός. — [i] αὐτῇσι; codd. αὐταῖς. — [k] λαιὴ cum L. Dindorfio; codd. λαιία. — [l] ἐοῦσα; codd. οὖσα. — [m] κως; codd. πως. — [n] οἷά τε; vulgo οἷα τε. — [o] συνεχέϊ ex Orellii emendatione; codd. εὐτυχέϊ. — [p] παραπέμποντας; codd. παραπέμψαντας. — [q] ἰθέῃ τε cum Kœnio ad Greg. Cor. p. 474; codd. θέητε vel θέτε. — [r] ἐπ' ἣν cum Kœnio ad Greg. Corinth. p. 465; codd. ἐπήν. — [s] τοῖσι καλλίστοισι; libri τοῖς καλλίστοις. — [t] αὐγοειδεστάτου cum Jacobsio; codd. αὐγοειδεστάτῳ. — [u] ἐπὶ πᾶσαν cum Meinekio; codd. περὶ πᾶσαν. — [x] περὶ τῶν; codd. περὶ ὧν. — [y] συμβουλίῃ; codd. συμβουλίῃ vel συμβουλίην. — [z] ἄγουσα cum Kœnio ad Greg. Cor. p. 509; codd. ἔχουσα. — [aa] ἐστι λείη cum Jacobsio; codd. ἐστιν οἵη. — [bb] ὡς ὀλίγου cum eodem; libri ὀλίγου. — [cc] γεύσασθαι αὐτοὺς; codd. γεῦσαι quod tuetur Kœnius locum sic refingens : ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κακίην ἄγουσά ἐστι οἵη τὸ μὲν κατ' ἀρχὰς ὀλίγου πάγχυ καὶ τούτου οὐ γνησίου, ἀπατηλοῦ δέ, καὶ ἐπὶ παραγωγῇ τῶν προσιόντων, γεῦσαι τοῦ ἡδέος. — [dd] οἵτινες δὴ cum Heerenio; codd. οἵτινες δὲ. — [ee] πορευομένους cum Heerenio; codd. εὑρισκομένους. — [ff] ἐς αὐτὸν cum Meinekio; codd. ἐπ' αὐτὸν. — [gg] τῶν; codd. ὧν. — [hh] ἄγγελος ἀπηγήσεται; codd. ἄγγελος ἀφηγήσεται. Est autem ἄγγελος idem qui supra nominabatur λόγος, quo nomine significatur genius singulis animis tributus. Vide Platonem de republ. lib. X, p. 617 seqq. Fortasse etiam intelligendus ille genius, de quo Cebes in tabula p. 11 ed. Salmas. ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκώς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρί, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος δαίμων καλεῖται. Προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσ-

vestris vos excipient. Quocirca vos admoneo, magni dei Mercurii et reliquorum numinum tum vates tum consultor genius, ac contumacibus quidem mala immortalia, dicto autem audientibus divina bona eventura esse prænuntio. Quare non decet fugacis, falsæ et levis voluptatis gratia magna atque in æternum duratura mala eligere, nec vita brevissima vitam sequentem eamque longissimam corrumpere, neque rursus exigui laboris formidine magna atque in perpetuum mansura bona vitæque posthac longissimæ futuræ beatitudinem abjicere.

ἔλθωσιν εἰς τὸν βίον· καὶ δεικνύει, ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. Cæterum vox ἄγγελος pro δαίμων usurpata inferioris ætatis Platonicum arguit. Sic Hierocles aurei carminis enarrator in Phil. Græc. Fragm. vol. I, p. 42 : οἱ δὴ καὶ εἰκότως ἀγαυοὶ ἥρωες λέγονται, ἀγαυοὶ μὲν ὡς ἀγαθοὶ ὄντες καὶ φωτεινοὶ ἀεὶ καὶ μήτ' ἐν κακίᾳ μήτ' ἐν λήθῃ ποτὲ γινόμενοι, ἥρωες δὲ ὡς ἔρωές τινες ὄντες καὶ ἔρωτες, οἷον ἐρωτικοὶ καὶ διαλεκτικοὶ ἐρασταὶ τοῦ θεοῦ, αἴροντες ἡμᾶς καὶ κουφίζοντες πρὸς τὴν θείαν πολιτείαν ἀπὸ τῆς ἐν γῇ διατριβῆς. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς καλεῖν ἔθος, ὡς ὄντας δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θείων νόμων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀγγέλους ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωΐαν κανόνας. Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. II, 38 ἐν δὲ τούτοις [ἀγαθοῖς δαίμοσιν] ἀριθμητέον καὶ τοὺς πορθμεύοντας, ὥς φησι Πλάτων, καὶ διαγγέλλοντας τὰ παρ' ἀνθρώπων θεοῖς καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις, τὰς μὲν παρ' ἡμῶν εὐχὰς ὡς πρὸς δικαστὰς ἀναφέροντας τοὺς θεούς, τὰς δὲ ἐκείνων παραινέσεις καὶ νουθεσίας μετὰ μαντειῶν ἐκφέροντας ἡμῖν. — [ii] λόγος, ὃς ψυχῇσι τῇσι μελλούσῃσι cum Meinekio; codd. λόγος, ψυχαῖς τε μελλούσαις. — [kk] προφανέει cum codicibus. Eadem enim hujus futuri ratio est quæ in præcedentibus verborum ἀπηγήσεται et ἐρέει. Itaque nolui cum Meinekio ponere προφωνέει. — [ll] ζωῇ cum Heerenio; codd. ζωή. — [mm] τρόπον cum Heerenio; codd. τρόπου. — [nn] ὀφειλόμενοι cum codd.; quam formam aliis locis librarii in ὀφειλεύμενοι mutarunt. Vid. fragm. 31, 40, 48, 59. — [oo] θεοῦ μεγάλου Ἑρμέω, id est, Ægyptiorum dei Thoth, quem Græci Ἑρμῆν τὸν τρισμέγιστον, Latini Mercurium ter maximum vocarunt. Vide Philonem Byblium apud Eusebium Præparat. Evang. lib. I, cap. IX, p. 31; Syncellum Chronograph. p. 40; Sanchuniathonem apud Eusebium Præp. Evang. lib. I, cap. X, p. 36; Ciceronem de nat. deor. III, 22; Lactantium I, 6; Martialem lib. V epigr. 25. — [pp] ἀπειθεούσῃσι μὲν προλέγω ἀθάνατα κακά; codd. ἀπειθεούσαις μὲν προλέγω θνητὰ κακά. — [qq] πειθομένῃσι; libri πειθομέναις. — [rr] ὧν; libri οὖν. — [ss] παραμενέοντα cum Gaisfordo; codices παραμένοντα. —)

DE ALBINO.

Albinus, Galeni præceptor, secundi post Chr. n. sæculi Platonicus, quem eximiam gloriam consecutum esse veteres scriptores testantur, videtur circa annum centesimum quinquagesimum floruisse. Quum autem Thrasyllus (1) ac Dercyllides (2) ab eo memorati sint, quorum alter Tiberio imperante, alter fortasse exeunte primo sæculo vixit, Albinum paulo ætate posteriorem fuisse res est certissima (3). Eundem apud Smyrnæos philosophiæ præcepta adolescentibus optimarum artium studiosis tradidisse conjicias. Smyrnæ certe eum audivit Galenus unum et viginti annos natus (4), postquam mortuo parente relicta patria urbe nobilissimam illam Asiæ civitatem petiit (5), ut medicorum et sapientiæ doctorum scholis interesset (6).

Constat eum optimis Platonis interpretibus annumeratum esse (7) magnique æstimasse antiquos ejus de rebus divinis et humanis judicium. Itaque Tertullianus lib. de anima cap. 28 : Quis ille, inquit, nunc vetus sermo? Pythagoricus, ut volunt, quin et divinus, ut Albinus existimat, aut Mercurii forsan Ægyptii. Idem cap. 29 ait : Hæc et Albinus, Platoni suo veritus, subtiliter quærit contrarietatum genera distinguere, quasi non et hæc tam absolute in contrarietatibus posita sint, quam et illa, quæ ad sententiam magistri sui interpretatur, vitam dico et mortem.

Neque negligendus nobis est locuples sapientiæ ejus testis Proclus, plura ex deperdito Albini in Platonis Timæum commentario referens, quæ illum separatim in eo genere elaborasse indicant. Ac primum quidem Albinus hæc Platonis in Timæo verba pag. 27. c. ἡμᾶς δὲ τοὺς περὶ τοῦ παντὸς λόγους ποιεῖσθαί πῃ μέλλοντας, ᾗ (vulgo ἢ) γέγονεν ἢ καὶ ἀγενές ἐστιν, εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν, ἀνάγκη θεούς τε καὶ θεὰς ἐπικαλουμένους εὔχεσθαι πάντα κατὰ νοῦν ἐκείνοις μὲν μάλιστα, ἑπομένως δὲ ἡμῖν εἰπεῖν sic explicabat, ut mundo et ortum et æternitatem tribui a Platone censeret. Quippe mundus ab ente differt, quatenus hoc semper est, ille et æternus est et a parente generatus. Quum enim e pluribus ac dissimilibus partibus constet, ortum eum habere necesse est, siquidem partes illas toto antiquiores judicari convenit. At quando partes illæ æternæ sunt, simul mundum æternum esse intelligitur (8).

Porro quam oratio cum iis rebus, quas exprimit, habere dicitur cognationem, eam Platone duce Albinus illustravit. « Ergo quum de re stabili, inquit Plato (9) pag. 29. B., et immutabili disputat, oratio talis sit, qualis illa, quæ neque redargui neque convinci potest. Quum autem ingressa est imitata et efficta membra, bene agi putat, si similitudinem veri consequatur. Quantum enim ad id, quod ortum est, æter-

(1) Vid. Democriti fragm. p. 95 seq. — (2) Isagog. in Plat. dialog. cap. 6. — (3) Vide Zumptii dissertationem quæ inscribitur : über den Bestand der philosophischen Schulen in Athen und die Succession der Scholarchen (Berolini 1843) p. 47 et 71. — (4) anno post Chr. n. 151. — (5) Vid. Fabric. Bibl. Græc. lib. IV cap. 17 Vol. 111 p. 510. (6) Galenus de libris propriis Tom. IV ed. Basil. p. 372 τρία δέ μοι βιβλία παρά τινων ἐδόθη γεγραμμένα πρὶν εἰς Σμύρναν ἐκ Περγάμου μεταβῆναι Πέλοπός τε τοῦ ἰατροῦ καὶ Ἀλβίνου τοῦ Πλατωνικοῦ χάριν. — (7) In bibliotheca Coisliniana p. 598 τὸν μὲν Πλάτωνα ὑπομνηματίζουσι πλεῖστοι, χρησιμώτεροι δὲ Γάϊος, Ἀλβῖνος, Πρισκιανός, Ταῦρος, Πρόκλος, Δαμάσκιος, Ἰωάννης ὁ Φιλόπονος, ὅστις καὶ κατὰ Πρισκιανοῦ ἠγωνίσατο, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ Ἀριστοτέλους. — (8) Proclus in Plat. Tim. p. 67. c. πάλιν τοίνυν τὸ ἢ γέγονεν ἢ ἀγενές ἐστιν οἱ μὲν ἐξηγήσαντο τὸ μὲν πρότερον η δασύνοντες, τὸ δὲ δεύτερον ψιλοῦντες, ὅσοι φασὶν αὐτὸν ἐρεῖν περὶ τοῦ παντὸς καθ' ὅσον γέγονεν ἀπ' αἰτίας, ἢ καὶ ἀγενές ἐστιν, ἵνα γενόμενον αὐτὸ θεωρήσαντες τὴν ἐν αὐτῷ φύσιν κατίδωμεν· καὶ ὅ γε Πλατωνικὸς Ἀλβῖνος ἀξιοῖ κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον ἀγένητον ὄντα γενέσεως ἔχειν ἀρχήν, ὃ καὶ πλεονάζει τοῦ ὄντος, ἐκείνου μόνον ἀεὶ ὄντος, τοῦ δὲ κόσμου πρὸς τῷ ἀεὶ εἶναι καὶ γενέσεως ἔχοντος ἀρχήν, ἵν' ᾖ καὶ ἀεὶ ὢν καὶ γενητός, οὐχ οὕτως ὢν γενητὸς ὡς κατὰ χρόνον (οὐ γὰρ ἂν ἦν καὶ ἀεὶ ὤν), ἀλλ' ὅλως λόγον ἔχων γενέσεως διὰ τὴν ἐκ πλειόνων καὶ ἀνομοίων σύνθεσιν, ἣν ἀναγκαῖον εἰς ἄλλην αἰτίαν τὴν ὑπόστασιν ἀναπέμπειν αὐτοῦ πρεσβυτέραν, δι' ἣν πρώτως ἀεὶ οὖσαν ἔστι πῃ καὶ αὐτὸς ἀεὶ ὢν καὶ οὐ μόνον γενητός, ἀλλὰ καὶ ἀγένητος. — (9) Plato Tim. p. 29. B. ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ὧνπέρ εἰσιν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ ξυγγενεῖς ὄντας. Τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ' ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν· τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος εἰκότας ἀνὰ λόγον τε ἐκείνων ὄντας· ὅ, τι περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. Ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντη πάντως αὐτοὺς αὑτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς, ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, μεμνημένον ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει

nitas valet : tantum ad fidem veritas. Quocirca si forte de deorum natura ortuque mundi disserentes minus id, quod avemus, omnino consequemur, ut tota dilucide et plane exornata oratio sibi constet et ex omni parte secum ipsa consentiat : haud sane erit mirum contentique esse debebitis, si probabilia dicentur. » De hoc igitur duplici rerum verborumque genere, quorum alterum certum et verum, alterum probabile est, diligenter egit Albinus. Etenim Proclus in Tim. p. 104. a. ὅτι δεῖ, inquit, τὸν λόγον συγγενῆ τοῖς πράγμασιν εἶναι, ὧν δὴ καί ἐστιν ἐξηγητής. Καὶ ἐοίκασιν ἐντεῦθεν ἀφορμὰς λαβόντες οἱ περὶ Ἀλβῖνον καὶ Γαῖον Πλατωνικοὶ διορίζειν, ποσαχῶς δογματίζει Πλάτων, καὶ ὅτι διχῶς, ἢ ἐπιστημονικῶς, ἢ εἰκοτολογικῶς, καὶ οὐ καθ' ἕνα τρόπον οὐδὲ ὡς μίαν ἀκρίβειαν τῶν παντοίων ἐχόντων λόγων, εἴτε περὶ τῶν ὄντων εἶεν εἴτε περὶ τῶν διὰ γενέσεως ὑφισταμένων, ἀλλ' ᾗπερ ἔχει τὰ πράγματα, ταύτῃ καὶ τῶν λόγων συνδιῃρημένων τοῖς πράγμασι καὶ οὕτως ἐχόντων τοῦ τε ἀκριβοῦς πέρι καὶ τοῦ σαφοῦς περὶ τὰ ὑποκείμενα αὐτοῖς πράγματα, ὡς τοὺς μὲν [τοὺς λόγους] λέγειν τῶν δογμάτων τὸ ἀκριβές, τοὺς δὲ τὸ εἰκός. Δεῖ γὰρ ὅμοιον εἶναι τὸν λόγον τοῖς πράγμασιν· οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἂν τὴν φύσιν ἐξηγήσαιτο, ἢ συγγενῶς ἔχων πρὸς αὐτά. Δεῖ γὰρ ὃ τὸ πρᾶγμα συνηρημένως ἐστί, τοῦτο εἶναι αὐτὸν ἀνειλιγμένως, ἵνα καὶ ἐκφαίνῃ τὸ πρᾶγμα καὶ ὑφειμένος ᾖ τῆς φύσεως αὐτοῦ· τὸν γὰρ τρόπον τοῦτον καὶ τὰ θεῖα αἴτια τοῦ λόγου τάς τε οὐσίας ἐκφαίνει τῶν πρὸ αὐτῶν καὶ συμφυῆ πρὸς αὐτά ἐστιν.

Denique Platonis (10) sententiam Tim. p. 41 D *vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem* aliter accepit Albinus cum Attico, aliter Porphyrius. Sic enim Proclus in Tim. p. 311. a. Τί τὸ ἀθάνατόν ἐστι τοῦτο, καὶ τί τὸ θνητόν, ἐζήτηται παρὰ τοῖς τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταῖς, καὶ οἱ μὲν τὴν λογικὴν ψυχὴν μόνην ἀθάνατον ἀπολείποντες φθείρουσι τήν τε ἄλογον ζωὴν σύμπασαν καὶ τὸ πνευματικὸν ὄχημα τῆς ψυχῆς, κατὰ τὴν εἰς γένεσιν ῥοπὴν τῆς ψυχῆς τὴν ὑπόστασιν διδόντες αὐτοῖς μόνον τε τὸν νοῦν ἀθάνατον διατηροῦντες ὡς μόνον καὶ μένοντα καὶ ὁμοιούμενον τοῖς θεοῖς καὶ μὴ φθειρόμενον, ὥσπερ οἱ παλαιότεροι καὶ ἕπεσθαι τῇ λέξει κρίναντες, δι' ἧς ὁ Πλάτων φθείρει τὴν ἄλογον, θνητὴν αὐτὴν καλῶν, τοὺς Ἀττικοὺς λέγω καὶ Ἀλβίνους καὶ τοιούτους τινάς· οἱ δὲ τούτων μετριώτεροι, ὥσπε οἱ περὶ Πορφύριον, καὶ πραότεροι παραιτοῦνται μὲν τὴν καλουμένην φθορὰν κατασκεδαννύναι τοῦ τε ὀχήματος καὶ τῆς ἀλόγου ψυχῆς, ἀναστοιχειοῦσθαι δὲ αὐτά φασι καὶ ἀναλύεσθαί τινα τρόπον εἰς τὰς σφαίρας, ἀφ' ὧν τὴν σύνθεσιν ἔλαχε, φυράματα δὲ εἶναι ταῦτα ἐκ τῶν οὐρανίων σφαιρῶν, καὶ κατιοῦσαν αὐτὰ συλλέγειν τὴν ψυχήν, ὥστε καὶ εἶναι ταῦτα καὶ μὴ εἶναι, αὐτὰ δὲ ἕκαστα μηκέτι εἶναι μηδὲ διαμένειν τὴν ἰδιότητα αὐτῶν. Cf. infra p. 311. e. (11) ubi ea quæ Proclus dicit, κατὰ Ἀττικοῦ καὶ Ἀλβίνου scripta esse nescio quis in margine codicis Augustani annotavit.

Jam quoniam apud veteres in honore atque in pretio fuit Albinus (12), credibile est, nos quoque de ejus doctrina melius existimaturos fuisse, si plura ipsius ingenii monumenta (13) exstarent. Nunc quum ex ejus scriptis sola supersit Isagoge in Platonis dialogos, in exiguo hoc fortunæ munere facile acquiescimus. Quamquam autem opusculum non sustinet exspectationem, quam titulus ambitiosior movere legentibus possit, tamen res quasdam minime vulgares eo contineri nemo negabit. Primus hanc Isagogen in Platonis dialogos e codice Holsteniano exscriptam in lucem protulit I. A. Fabricius

---

τούτου μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν. — (10) Plato Tim p. 41 D. τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες. — (11) Proclus in Tim. p. 311. e. ἀλλ' ἄρα τοῦτο, ὃ λέγουσί τινες, ὅτι μένει καὶ διαλύεται τὸ αὐτὸ διὰ τῆς ἀναστοιχειώσεως, καὶ διὰ τοῦτο θνητόν τε ἅμα καὶ οὐ θνητόν ἐστιν; ἀλλὰ τοῦτο καὶ καθ' αὑτὸ μὲν ἄτοπον· τῆς γὰρ ἑνώσεως ἀπολομένης πῶς ἔτι τὸ αὐτὸ διαμένειν φήσομεν; οὐ γάρ ἐστι ζωῶν συμφόρησις ἡ ἄλογος, ἀλλὰ μία ζωὴ πολυειδής· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰ οὐράνια ποτὲ μὲν ἀφαιρέσεις, ποτὲ δὲ προσθέσεις δέχεσθαι δίδωσιν, ὃ δὴ παντάπασιν αὐτῶν ἀλλότριόν ἐστιν. Ἀλλ' ἄρα φθαρτόν [schol κατὰ Ἀττικοῦ καὶ Ἀλβίνου], καὶ ἀπολείψομεν τὴν ζωὴν ταύτην ἅμα τῷ σώματι σκεδαννυμένην; Καὶ πῶς αἱ κολάσεις, πῶς δὲ αἱ καθάρσεις, πῶς δὲ αἱ τῶν βίων αἱρέσεις, αἱ μὲν κατὰ φαντασίαν, αἱ δὲ κατὰ θυμόν, αἱ δε κατ' ἐπιθυμίαν; αἵ τε εἰς τὰ ἄλογα τῶν ζῴων εἰσδύσεις πῶς; δι' ἀλογίας γὰρ ἡ συναφὴ πρὸς τὸ ἄλογον, ὥσπερ διὰ νοῦ πρὸς τὸν νοῦν. Μήποτε οὖν κάλλιον οὕτω λέγειν, ὥσπερ ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος, τὰς μὲν ἀκρότητας τῆς ἀλόγου ζωῆς τὸ πνεῦμα περιέχειν, καὶ εἶναι ταύτας μετὰ τοῦ ὀχήματος ἀϊδίους, ὡς ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ παρηγμένας, ταύτας δὲ ἐκτεινομένας καὶ μεριζομένας ποιεῖν τὴν ζωὴν ταύτην, ἣν προσυφαίνουσιν οἱ νέοι θεοί, θνητὴν μὲν οὖσαν διότι τὸν μερισμὸν τοῦτον ἀποτίθεσθαί ποτε τὴν ψυχὴν ἀναγκαῖον, ὅταν ἀποκαταστῇ τυχοῦσα καθάρσεως, πολυχρονιωτέραν δὲ τῆς τοῦ σώματος τούτου ζωῆς, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ψυχὴν καὶ ἐν Ἅιδου καὶ τοὺς βίους αἱρουμένην ἔχειν τὴν τοιαύτην ζωήν· κατὰ γὰρ αὐτὴν τὴν ῥοπὴν προσλαμβάνει τὴν θνητὴν ταύτην ζωὴν ἀπὸ τῶν νέων θεῶν. — (12) Ab hoc diversus fuit ejusdem nominis scriptor latinus citatus a Boëthio lib. 2 de musica cap. 12 et Cassiodoro cap. 5 de musica his verbis : Apud Latinos autem vir magnificus Albinus librum de hac re compendiosa brevitate conscripsit, quem in bibliotheca Romæ nos habuisse atque studiose legisse retinemus. Alios Albinos enumeratos vide apud Fabricium Bibliothecæ Græcæ vol. III p. 158 ed. Harl. et Biblioth. Lat. lib. IV pag. 789. — (13) Jacobus Pamelius ad Tertullianum pag. 378 Albinum dicit scripsisse Isagogicum dogmatum Platonis et alterum librum de ordine librorum ejusdem, quorum græca exemplaria serventur Romæ in bibliotheca Vaticana et Venetiis ad S. Antonium. Sed alterum illud opusculum inspicere mihi

anno 1707 inseruitque Bibliothecæ Græcæ volumini secundo (14), deinde iterum edidit I. F. Fischerus una cum Platonis Euthyphrone, Apologia Socratis, Critone et Phædone Lipsiæ anno 1783 (15), postremo C. I. Chr. Schneiderus secundum codicem Lobcovicianum emendatam publicavit Vratislaviæ anno 1852 (16). Hi omnes, quantum in ipsis situm erat, scriptoris verba castigarunt multumque ei profuerunt. Sed requirebatur accuratior recensio, qua et lacunæ libelli explerentur et menda a viris doctis non animadversa tollerentur. Hanc igitur institui simulque totum libellum latinum feci.

non licuit. — (14) Legitur pag. 44-50 cum Io. Anton. Winckleri interpretatione latina. — (15) Platonis dialogi IV Euthyphro, Apologia, Crito, Phædo. Acced. Albini Isagoge in ejusdem dialogos etc. Gr. ad fidem codicum manuscriptorum Tubing. August. aliorumque et librorum editorum veterum recensuit, animadversionibus illustravit, tertium edidit Ioannes Frid. Fischerus. Lipsiæ 1783 apud Schwickertum. — (16) Index scholarum in universitate litterarum Vratislaviensi per hiemem a. 1852 instituendarum. Præcedit Albini libellus a Car. Ern. Chr. Schneidero secundum codicem Lobcovicianum emendatus.

ΑΛΒΙΝΟΥ

ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΥΣ.

ALBINI

ISAGOGE IN PLATONIS

DIALOGOS.

α'. Ὅτι [b] τῷ μέλλοντι ἐντεύξεσθαι τοῖς Πλάτωνος διαλόγοις προσήκει πρότερον ἐπίστασθαι αὐτὸ τοῦτο, τί ποτέ ἐστιν ὁ διάλογος. Οὔτε γὰρ ἄνευ τέχνης τινὸς καὶ δυνάμεως γεγραμμένοι εἰσίν, οὔτε τεχνικῶς γνωρίσαι ῥᾴδιον τῷ γε θεωρίας ἀπείρως ἔχοντι. Ἀρέσκει δὲ τῷ φιλοσόφῳ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν [c] τὴν σκέψιν ποιούμενον τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος ἐξετάζειν, ἔπειτα τί τοῦτο [d] δύναται, καὶ τί μή, πρὸς ὅ, τι [e] τε χρήσιμον πέφυκε καὶ πρὸς ὃ μή. Λέγει δὲ ὧδε· Περὶ παντός, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν [f] ᾖ ἡ βουλή, ἢ περὶ [g] τοῦτο ἁμαρτάνειν ἀνάγκη· τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου. Ὡς οὖν εἰδότες [h] οὐ [i] διομολογοῦνται ἐν ἀρχῇ τῆς σκέψεως, προελθόντες δὲ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν· οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς οὔτ' ἄλλοις ὁμολογοῦσιν. Ἵνα οὖν μὴ τοῦτο πάθωμεν ἐντυγχάνοντες τοῖς Πλάτωνος διαλόγοις, αὐτὸ τοῦτο, ὅπερ ἔφην, σκεψώμεθα, τί ποτέ ἐστιν [k] ὁ διάλογος. Ἔστι [l] τοίνυν οὐκ ἄλλο τι, ἢ λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως συγκείμενος περί [m] τινος τῶν πολιτικῶν καὶ φιλοσόφων πραγμάτων μετὰ τῆς πρεπούσης ἠθοποιίας τῶν παραλαμβανομένων προσώπων καὶ τῆς κατὰ τὴν λέξιν κατασκευῆς.

aberrarit, adhibitis remediis ut ad bonam frugem se recipiat, multa a diis provisa esse animadvertas. Etenim tum artes ac disciplinæ, tum diræ ac preces, sacrificia, cærimoniæ, leges, vitæ instituta, judicia denique et pœnæ ad animos a peccatis avocandos inventa sunt, atque elapsos corporibus animos dii expiatores et genii omni culpa commissa liberant.

Cap. XIII.

Quomodo sempiterna fieri dicantur.

De diis igitur et mundo et rebus humanis, iis qui sapientiæ studio erudiri non possunt, nec insanabili ingenio prædili sunt, hæc sufficiant. Hæc autem nunquam esse facta, neque a se invicem separari, reliquum est ut dicamus: quandoquidem et nos in superioribus disputationibus diximus a primis secunda procreari. Quidquid fit, aut arte aut natura aut facultate quadam fit. Itaque illa quæ vel arte vel natura aliquid efficiunt effectis priora esse necesse est: quæ facultate, res creatas una secum constituunt, propterea quod facultatem etiam semper sibi junctam et inseparabilem habent; velut sol sane lumen, ignis calorem, nix frigus. Quodsi arte mundum dii fabricantur, non ut sit, sed ut talis sit efficiunt, quoniam quælibet ars speciem format. Qui ergo fit, ut sit mundus? Sin autem natura, quomodo quod natura ita comparatum est, ut procreet, ex semetipso non aliquid rei creatæ impertitur? et quum dii sine corpore sint, oportebat et mundum sine corpore esse. At si quis deos corporeos dixerit; unde corpore vacantium facultas? Jam si id concedamus, corrupto mundo, ejus opifex necessario pereat, siquidem naturæ convenienter procreat. Si ergo neque arte neque natura mundum dii ædificant, relinquitur, ut facultate tantum fabricentur. Atqui quidquid facultate efficitur, una cum eo, quod facultatem habet, subsistit. Neque eo modo generata interire unquam possunt, nisi quis genitorem gignendi facultate privaverit. Quamobrem qui mundum mortalem existimant aut deos esse negant, aut deos esse dicentes deum imbecillum faciunt. Quocirca qui facultate efficit cuncta, cuncta simul secum subsistere facit. Quum autem maxima facultas sit, non solum homines et bestias generari oportebat, sed deos et homines et genios; et quantum nostræ naturæ primus deus antecedit, tanto plures medias inter nos et illum facultates esse necesse est. Quæcunque enim plurimum inter se distant, plurima inter se media habent.

tea legebatur καὶ τοὺς θεοὺς θεραπεύομεν, καὶ μεταβάλλομεν. —)

Κεφ. ιε'.

Διὰ τί ἀνενδεεῖς ὄντας τοὺς θεοὺς τιμῶμεν.

Ἐκ δὲ τούτων καὶ ἡ περὶ θυσιῶν [a] καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς θεοὺς γινομένων λέλυται ζήτησις. Αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ θεῖον [b] ἀνενδεές· αἱ δὲ τιμαὶ τῆς ἡμετέρας ὠφελείας ἕνεκα γίνονται. Καὶ ἡ μὲν πρόνοια τῶν θεῶν διατείνει πανταχῆ, ἐπιτηδειότητος δὲ μόνον πρὸς ὑποδοχὴν δεῖται· πᾶσα δὲ ἐπιτηδειότης μιμήσει καὶ ὁμοιότητι γίνεται, διὸ οἱ μὲν ναοὶ τὸν οὐρανόν [c], οἱ δὲ βωμοὶ μιμοῦνται τὴν γῆν, τὰ δὲ ἀγάλματα τὴν ζωήν, καὶ διὰ τοῦτο ζώοις ἀπείκασται, αἱ δὲ εὐχαὶ τὸ νοερόν, οἱ δὲ χαρακτῆρες τὰς ἀῤῥήτους ἄνω δυνάμεις [d], βοτάναι δὲ καὶ λίθοι [e] τὴν ὕλην, τὰ δὲ θυόμενα ζῶα τὴν ἐν ἡμῖν ἄλογον ζωήν. Ἐκ δὲ τούτων ἁπάντων τοῖς μὲν θεοῖς πλέον οὐδέν· τί γὰρ ἂν πλέον γένοιτο θεῷ; ἡμῖν δὲ πρὸς ἐκείνους γίνεται συναφή.

[a] Καὶ ἡ περὶ θυσιῶν] de sacrificiis vide Iamblichum Segm. V de myster. cap. 24 et 25, Porphyrium de abstin. lib. II cap. 24 et Proclum in Tim. lib. I pag. 14. d. — [b] αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ θεῖον ἀνενδεές] Conf. Proclum in Tim. lib. I pag. 14. d. e. — [c] διὸ οἱ μὲν ναοὶ τὸν οὐρανόν] Lege Iamblichum de myster. segm. V cap. 23 p. 138. — [d] οἱ δὲ χαρακτῆρες] Videntur intelligi litterarum notæ ad arcanum sensum pertinentes. Hujusmodi autem voces, quibus magi et theurgi utebantur, fuerunt. — [e] βοτάναι δὲ καὶ λίθοι] De herbis et lapidibus, quorum ope theurgi tum deos evocabant et genios, tum malorum dæmonum iram averruncabant, consule Iamblichum Segm. V de myster. cap. 23, ubi Galeus commode citat Nicephorum ad Synes. de Somn. hæc scribentem: δαίμονες ἐξ ἀέρος καὶ γῆς θέλγονται τοῖσδε τοῖς λίθοις ἢ ταῖσδε ταῖς βοτάναις. —)

Κεφ. ιϛ'.

Περὶ θυσιῶν [a] καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν, ὅτι θεοὺς μὲν οὐδέν, ἀνθρώπους δὲ ὠφελοῦμεν.

Ἄξιον δὲ οἶμαι περὶ θυσιῶν βραχέα προσθεῖναι. Πρῶτον μὲν ἐπειδὴ πάντα παρὰ θεῶν ἔχομεν, δίκαιον δὲ τοῖς διδοῦσι τῶν διδομένων ἀπάρχεσθαι [b], χρημάτων μὲν δι' ἀναθημάτων, σωμάτων δὲ διὰ κόσμου [c], ζωῆς δὲ διὰ θυσιῶν ἀπαρχόμεθα· ἔπειτα αἱ μὲν χωρὶς θυσιῶν εὐχαὶ λόγοι μόνον εἰσί, αἱ δὲ μετὰ θυσιῶν ἔμψυχοι λόγοι [d]· τοῦ μὲν λόγου τὴν ζωὴν δυναμοῦντος, τῆς δὲ ζωῆς τὸν λόγον ψυχούσης. Ἔτι παντὸς πράγματος εὐδαιμονία ἡ οἰκεία τελειότης ἐστίν· οἰκεία δὲ τελειότης [e] ἑκάστῳ ἡ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν συναφή. Καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς εὐχόμεθα συναφθῆναι θεοῖς. Ἐπεὶ τοίνυν ζωὴ μὲν πρώτη ἡ τῶν θεῶν ἐστι, ζωὴ δέ τις καὶ ἡ ἀνθρωπίνη [f], βούλεται δὲ αὕτη συναφθῆναι ἐκείνῃ· μεσότητος δεῖται. Οὐδὲν γὰρ τῶν πλεῖστον διεστώτων ἀμέσως συνάπτεται, ἡ δὲ μεσότης ὁμοία εἶναι τοῖς συναπτομένοις ὀφείλει· ζωῆς οὖν μεσότητα ζωὴν ἐχρῆν εἶναι. Καὶ διὰ τοῦτο ζῶα θύουσιν ἄνθρωποι, οἵ τε νῦν εὐδαίμονες καὶ πάντες οἱ πάλαι· καὶ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἑκάστῳ θεῷ τὰ πρέποντα [g],

---

Cap. XIV.

Qua ratione dii qui non immutantur, irasci et mulceri dicantur.

Quodsi quis deos quidem non mutari consentaneum et verum putat, sed dubitat, quomodo bonis lætentur, malos aversentur, et peccantibus irascantur, delenimentis autem propitii reddantur: dicendum, deum omnino non lætari; nam quod lætatur et mœrore afficitur; neque irasci; est enim irasci animi perturbatio; neque muneribus capi, id enim esset voluptatibus corrumpi. Neque fas est propter res humanas deorum numen vel bene vel male se habere. Sed illi quidem boni sunt semper, et tantum prosunt, obsunt autem nunquam, quia semper iidem et sui similes sunt. Nos vero, dum boni sumus, propter similitudinem cum diis conjungimur, dum in pejus mutamus mores, propter dissimilitudinem ab iis separamur; et dum vitam cum virtute degimus, diis adhæremus, dum vitiis nos inquinamus, abalienamur ab illis, non quod illi irascantur, sed quod peccata tum deos, ne nobis illuceant, impediunt, tum geniis tortoribus nos addicunt. Si vero precibus et sacrificiis peccatorum veniam impetramus; ipsos deos neque placatos efficimus, nec mutamus, sed hujusmodi operibus et nostra ad deum conversione vitiositati nostræ medentes rursus deorum benevolentia fruimur. Quamobrem idem erit dicere, deum malos aversari et solem eorum qui oculis capti sunt sensum latere.

Cap. XV.

Cur deos nulla re indigentes colamus.

Propterea etiam de sacrificiis cæterisque, quæ ad res divinas rite perpetrandas pertinent, dubitatio tollitur. Ipsum enim deorum numen nulla re indiget; cultus vero diis nostri commodi causa adhibetur. Sed quum deorum providentia quoquoversus pateat, sola ad eam excipiendam sollertia opus est: omnis autem sollertia imitatione et similitudine comparatur: quocirca templa quidem cœlum, aræ terram imitantur, statuæ vitam, ideoque animantibus similes sunt. preces vero naturam intelligentem imitantur, litterarum notæ ineffabiles superorum deorum vires, herbæ et lapides materiam, hostiæ denique immolatæ vitam quæ in nobis est rationis expertem.

μετὰ πολλῆς τῆς ἄλλης θρησκείας. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανά.

[a] Περὶ θυσιῶν] Vide Iamblichum de myst. segm. V cap 21 et 26. — [b] δίκαιον δὲ τοῖς διδοῦσι τῶν διδομένων ἀπάρχεσθαι] Similiter Porphyrius de abstin. lib. II cap. 34 ἀπαρχὴ γὰρ ἑκάστῳ (τῶν θεῶν) ὧν δέδωκεν ἡ θυσία κτλ. — [c] σωμάτων δὲ διὰ κόσμου] corporum ornatum intelligimus comtos capillos et prolixos, quos postquam diu promiserant adolescentes præcidere et patrio amni consecrare solebant. Vid. Iliad. XXIII, 146 ubi Eustathius ait : ὅτι ἔθος ἦν, τρέφειν κόμην τοὺς νέους μέχρι τῆς ἀκμῆς, εἶτα κείρειν αὐτὴν ἐπιχωρίοις ποταμοῖς. Cf. Pausan. I, 37, 2. — [d] αἱ δὲ μετὰ θυσιῶν ἔμψυχοι λόγοι] Magnam esse vim et efficaciam precum cum sacrificiis conjunctarum Platonici sibi persuaserant. Qua de re agit Iamblichus de myst. segm. V cap. 25. — [e] οἰκεία δὲ τελειότης ἑκάστῳ ἡ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν συναφή] Porphyrius de abstinentia lib. II cap. 34 θύσομεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς· ἀλλὰ θύσομεν, ὡς προσήκει, διαφόρους τὰς θυσίας ὡς ἂν διαφόροις δυνάμεσι προσάγοντες· θεῷ μὲν τῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὥς τις ἀνὴρ σοφὸς ἔφη, μηδὲν τῶν αἰσθητῶν μήτε θυμιῶντες μήτε ἐπονομάζοντες· οὐδὲν γάρ ἐστιν ἔνυλον, ὃ μὴ τῷ ἀΰλῳ εὐθύς ἐστιν ἀκάθαρτον. Δι' ὃ οὐδὲ λόγος τούτῳ ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος, οὐδ' ὁ ἔνδον, ὅταν πάθει ψυχῆς ᾖ μεμολυσμένος, διὰ δὲ σιγῆς καθαρᾶς καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ καθαρῶν ἐννοιῶν θρησκεύομεν αὐτόν. Δεῖ ἄρα συναφθέντας καὶ ὁμοιωθέντας αὐτῷ τὴν αὑτῶν ἀναγωγὴν θυσίαν ἱερὰν προσάγειν τῷ θεῷ, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ὕμνον οὖσαν καὶ ἡμῶν σωτηρίαν. Ἐν ἀπαθείᾳ ἄρα τῆς ψυχῆς, τοῦ δὲ θεοῦ θεωρίᾳ ἡ θυσία αὕτη τελεῖται. — [f] ζωὴ δέ τις καὶ ἡ ἀνθρωπίνη] Sensus est : vita, quam in terris degimus, non est vera vita, quum mors potius appellanda videatur. Concedimus tamen et hanc vitam quodammodo posse vocari, quamquam tum denique vivemus, quum animi nostri corporum vinculis soluti erunt. Vide Philolai fragm. 23 et 24 vol. II pag. 7 et quæ ibi notavimus. Cf. Plato Gorg. 492. E. Phæd. 62. B. Cicero Tuscul. I, 31. — [g] καὶ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἑκάστῳ θεῷ τὰ πρέποντα] Vide Iamblichum de myster. segm. V cap. 20 p. 134. —)

Κεφ. ιζ'.

Ὅτι φύσει ἄφθαρτος ὁ κόσμος [a].

Τὸν δὲ κόσμον ὅτι μὲν οὐκ ἂν θεοὶ φθεροῦσιν [b], εἴρηται. Ὅτι δὲ καὶ τὴν φύσιν ἄφθαρτον ἔχει, λέγειν ἀκόλουθον. Πᾶν γὰρ τὸ φθειρόμενον ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ φθείρεται ἢ ὑπὸ ἄλλου. Εἰ μὲν οὖν ὑφ' ἑαυτοῦ ὁ κόσμος φθείρεται, ἔδει [c] καὶ τὸ πῦρ ἑαυτὸ καίειν, καὶ τὸ ὕδωρ ἑαυτὸ ξηραίνειν. Εἰ δὲ ὑπὸ ἄλλου· ἢ σώματος, ἢ ἀσωμάτου. Ἀλλ' ὑπὸ μὲν ἀσωμάτου ἀδύνατον· τὰ γὰρ ἀσώματα σώζει τὰ σώματα· οἷον φύσις [d] καὶ ψυχή· οὐδὲν δὲ ὑπὸ τοῦ φύσει σώζοντος φθείρεται. Εἰ δὲ ὑπὸ

At ex his omnibus dii nihil commodi capiunt; quid enim commodi deus consequatur? sed nos cum illis consuetudinem jungimus.

Cap. XVI.

De sacrificiis cæterisque honoribus, quibus nihil prosumus diis, sed hominibus utilitatem præbemus.

Æquum autem est, opinor, me de sacrificiis pauca adjicere. Primum quidem quum omnia a diis acceperimus, dantibus vero eorum quæ dantur primitias libare debeamus : pecuniarum per donaria, corporum per ornatum, vitæ per sacrificia primitias damus. Deinde adhibitæ sine sacrificiis preces verba tantummodo, cum sacrificiis verba animata sunt, verbo quidem vitam corroborante, vita vero verbum animante. Præterea cujusvis rei felicitas propria perfectio est; sed propria uniuscujusque perfectio in eo versatur, ut apte cum causa sua cohæreat. Quapropter nos cum diis conjungi cupimus. Quum igitur vita prima deorum sit, sed humana quoque quædam sit vita et hæc cum illa sociari velit : medio indiget. Nihil enim eorum quæ longissime inter se distant sine medio connectitur : medium autem iis quæ conjunguntur, simile esse debet. Vitæ ergo medium vitam esse oportebat : ideoque homines, tam illi qui nunc fortunati habentur, quam qui olim fuerunt cuncti, hostias immolant, easque non temere, sed quales cuique deo aptæ sunt, cum multis aliis cærimoniis. Ac de his quidem satis.

Cap. XVII.

Mundum natura esse sempiternum.

Deos porro non esse mundum perdituros, dictum est. Restat, ut eum naturam incorruptam habere dicamus. Quidquid enim destruitur, aut a se ipso, aut ab alio destruitur. Si igitur mundus a se ipso destruitur, oportet et ignem se ipsum comburere et aquam se ipsam exsiccare. Sin ab alio : aut a corpore, aut ab incorporeo. Sed ab incorporeo id fieri nequit : nam res incorporeæ corpora conservant : velut natura et animus; nihil autem ab eo quod suapte natura conservat destruitur. Si a corpore, aut ab iis quæ sunt, aut ab aliis. Et quidem, si ab iis quæ sunt, aut ab iis quæ in orbem feruntur interibunt quæ recte currunt, aut a corporibus recte currentibus ea quæ in orbem torquentur peribunt. Verum ut ea quæ in orbem feruntur corruptrice natura non sunt prædita (cur enim nihil inde corruptum videmus?) ita etiam quæ recte currunt illa attingere nequeunt : cur enim usque ad hoc tempus non potuerunt?

σώματος, ἢ ὑπὸ τῶν ὄντων, ἢ ὑπὸ ἑτέρων. Καὶ εἰ μὲν ὑπὸ τῶν ὄντων, ἢ ὑπὸ τῶν κύκλῳ κινουμένων τὰ ἐπ' εὐθείας, ἢ ὑπὸ τῶν ἐπ' εὐθείας τὰ κύκλῳ. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ κύκλῳ φθαρτικὴν ἔχει φύσιν· διὰ τί γὰρ μηδὲν ὁρῶμεν ἐκεῖθεν φθειρόμενον; οὐδὲ τὰ ἐπ' εὐθείας ἐκείνων ἅψασθαι δύναται· διὰ τί γὰρ ἄχρι νῦν οὐκ ἠδυνήθη; Ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐπ' εὐθείας ὑπ' ἀλλήλων φθείρεσθαι δύναται· ἡ μὲν γὰρ ἄλλου φθορὰ ἄλλου γένεσίς ἐστι· τοῦτο δὲ φθείρεσθαι μὲν οὐκ ἔστι, μεταβάλλεσθαι δέ. Εἰ δὲ ὑπ' ἄλλων σωμάτων ὁ κόσμος φθείρεται [e], πόθεν γενομένων, ἢ ποῦ ὄντων οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἔτι πᾶν τὸ φθειρόμενον ἢ εἴδει, ἢ ὕλῃ φθείρεται· ἔστι δὲ εἶδος μὲν τὸ σχῆμα, ὕλη δὲ τὸ σῶμα. Καὶ τῶν μὲν εἰδῶν φθειρομένων, τῆς δὲ ὕλης μενούσης, ἕτερα ὁρῶμεν γινόμενα. Εἰ δὲ ὕλη φθείρεται, πῶς ἐν τοσούτοις ἔτεσιν οὐκ ἐπέλιπεν; Εἰ δὲ ἀντὶ τῆς φθειρομένης ἑτέρα [f] γίνεται, ἢ ἐκ τῶν ὄντων ἢ ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίνεται· ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ τῶν ὄντων, τῶν ὄντων μενόντων ἀεί, καὶ ἡ ὕλη ἔστιν ἀεί. Εἰ δὲ καὶ τὰ ὄντα φθείρεται, οὐ τὸν κόσμον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πάντα λέγουσι φθείρεσθαι. Εἰ δὲ ἐκ τῶν μὴ ὄντων ἡ ὕλη, πρῶτον μὲν ἀδύνατον ἐκ τῶν μὴ ὄντων εἶναί τι. Εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, καὶ δυνατὸν ἐκ τῶν μὴ ὄντων εἶναι τὴν ὕλην, ἕως ἂν ᾖ τὰ μὴ ὄντα, ἔσται καὶ ἡ ὕλη· οὐ γὰρ δήποτε καὶ τὰ μὴ ὄντα ἀπόλλυται. Εἰ δὲ ἀνείδεον λέγουσι μὲν τὴν ὕλην, πρῶτον μὲν διὰ τί οὐ κατὰ μέρη, ἀλλ' ὅλῳ γίνεται τοῦτο τῷ κόσμῳ; ἔπειτα οὐ τὸ εἶναι τῶν σωμάτων, τὸ δὲ κάλλος φθείρουσι μόνον. Ἔτι πᾶν τὸ φθειρόμενον [g] ἢ ἀφ' ὧν ἐγένετο, εἰς ἐκεῖνα λύεται, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀφανίζεται. Ἀλλ' εἰ μὲν ἀφ' ὧν ἐγένετο εἰς ἐκεῖνα λυθείη, πάλιν γίνεται ἕτερα· διὰ τί γὰρ τὴν ἀρχὴν ἐγένετο; Εἰ δὲ εἰς τὸ μὴ ὂν ἄπεισι τὰ ὄντα, τί κωλύει καὶ τὸν θεὸν τοῦτο παθεῖν; Εἰ δὲ ἡ δύναμις κωλύει, οὐκ ἔστι δυνατοῦ ἑαυτὸν μόνον σώζειν. Καὶ ὁμοίως δὲ ἀδύνατον ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίνεσθαι τὰ ὄντα, καὶ τὰ ὄντα εἰς τὸ μὴ ὂν ἀφανίζεσθαι. Ἔτι ἀνάγκη τὸν κόσμον, εἰ φθείρεται, ἢ κατὰ φύσιν φθείρεσθαι ἢ παρὰ φύσιν. Παρὰ φύσιν δὲ φθείρεσθαι αὐτὸν ἀδύνατον [h]. Οὐδὲ γὰρ τὸ παρὰ φύσιν προτερεῖ τῆς φύσεως· εἰ δὲ κατὰ φύσιν, δεῖ ἑτέραν εἶναι τὴν μεταβάλλουσαν τοῦ κόσμου τὴν φύσιν, ὅπερ οὐ φαίνεται. Ἔτι πᾶν τὸ φύσει φθειρόμενον καὶ ἡμεῖς φθείρειν δυνάμεθα· τοῦ δὲ κόσμου τὸ μὲν κυκλικὸν σῶμα οὔτε ἔφθειρέ τίς ποτε, οὔτε μετέβαλε [i]· τὰ δὲ στοιχεῖα μεταβάλλειν μὲν δυνατόν, φθείρειν δὲ ἀδύνατον. Ἔτι πᾶν τὸ φθειρόμενον ὑπὸ χρόνου μεταβάλλεται καὶ γηρᾷ· ὁ δὲ κόσμος ἐν τοσούτοις ἔτεσιν ἀμετάβλητος μένει. Τοσαῦτα καὶ πρὸς τοὺς ἰσχυροτέρων ἀποδείξεων δεομένους εἰπόντες αὐτὸν ἡμῖν εὐχόμεθα ἵλεων τὸν κόσμον γενέσθαι [k].

[a] Ὅτι φύσει ἄφθαρτος ὁ κόσμος] Vide Ocellum Lucanum de univ. nat. cap. 1 in Fragm. Phil. Gr. vol. I p. 388 seqq. Placuit tamen multis veterum, alium mundum esse sempiternum, alium mortalem. Philo Judæus περὶ κόσμου ἀφθαρσίας ait : δύναται δὲ κατὰ Στωϊκοὺς ὁ μέν τις κόσμος ἀΐδιος, ὁ δέ τις φθαρτὸς λέγεσθαι· φθαρτὸς μὲν ὁ κατὰ διακόσμησιν· ἀΐδιος δὲ ὁ μετὰ τῆς ἐκπυ-

Sed nec quæ recte feruntur mutuo incursu perire possunt; unius enim corruptio alterius generatio est; at hoc destrui utique non est, sed immutari. Si vero aliis corporibus mundus corrumpitur, unde illa exstiterint aut ubi sint, declarari non potest. Præterea quodcunque corrumpitur, aut forma aut materia corrumpitur : est autem forma figura, materia corpus. Quocirca formis pereuntibus, manente materia, alias formas gigni videmus. Quodsi materia corrumpitur, quomodo tot annorum spatio non defecit? Si vero pro ea quæ corrumpitur alia nascitur, aut ex his quæ sunt, aut ex iis quæ non sunt, originem habet. At si ex iis quæ sunt, quum ea quæ sunt semper maneant, et materia semper est. Sin autem et illa quæ sunt corrumpuntur, non solum mundum, sed etiam reliqua omnia corrumpi affirmant. Si ex iis, quæ non sunt, materia nascitur, primum quidem ex iis quæ non sunt non potest quidquam esse. Sed si id fiet poteritque ex iis quæ non sunt materia esse, quam diu ea quæ non sunt erunt, tam diu erit et materia : neque enim unquam ea quæ non sunt, intereunt. Iam si informem dicunt materiam, primum quidem quamobrem non singulis partibus, sed universo mundo hoc contingit? Deinde non substantiam corporum, sed eorum pulchritudinem tantum perdent. Præterea quidquid corrumpitur, aut ex quibus coaluit, in ea solvitur, aut in id quod non est mutatur. Verum si ex quibus coaluit, in ea solutum fuerit, rursus alia nascentur; quam ob causam enim omnino factum est? Quodsi in id quod non est ea quæ sunt abeunt, quid obstat, quominus deo etiam hoc accidat? At si potentia ejus obstat, non est potentis se ipsum tantummodo servare. Sed similiter etiam fieri nequit, ut tum ex iis quæ non sunt ea quæ sunt procreentur, tum ea quæ sunt in id quod non est convertantur. Insuper necesse est mundum, si corrumpatur, aut secundum naturam aut præter naturam corrumpi. Atqui fieri non potest, ut præter naturam corrumpatur. Neque enim id quod naturæ repugnat ipsam naturam vincit. Sin autem secundum naturam corrumpitur, aliam esse naturam oportet, quæ mundi naturam, quod non videtur, immutet. Ad hæc quidquid natura corrumpitur, id nos quoque corrumpere possumus : sed rotundum mundi corpus nemo neque corrupit unquam neque immutavit : verum elementa ut immutare licet, ita perdere non licet. Accedit, ut quodcunque corrumpitur, tempore immutetur et senescat : sed mundus tot annorum spatio immutabilis manet. Hæc tam multa etiam cum iis qui firmioribus probationibus indigent locuti, ipsum mundum, ut nobis propitius sit obtestamur.

ρώσεως παλιγγενεσίαις καὶ περιόδοις ἀθανατιζόμενος οὐδέποτε ληγούσαις. In eandem sententiam Didymus apud Eusebium lib. XV Præp. Evang. mundum ambigue dici tradens, addit : καὶ τὸ ἐκ πάσης τῆς οὐσίας ποιόν, καὶ τὸ τὴν διακόσμησιν τὴν τοιαύτην καὶ διάταξιν ἔχον. Διὸ κατὰ μὲν τὴν προτέραν ἀπόδοσιν ἀΐδιον τὸν κόσμον εἶναί φασι· κατὰ δὲ τὴν διακόσμησιν, γεννητὸν καὶ μεταβλητόν. Cf. Lipsius de Physiolog. Stoic. lib. II dissert. XX. — [b] ὅτι μὲν οὐκ ἂν θεοὶ φθεροῦσιν] Vide Hermannum de particula ἄν lib. I cap. 8 Opusc. vol. IV p. 28 seqq. — [c] εἰ μὲν οὖν ὑφ' ἑαυτοῦ ὁ κόσμος φθείρεται, ἔδει κτλ.] Similiter Eurip. Iphig. Aul. 944 ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνήρ, ἐγὼ τὸ μηδέν, Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν, ὡς οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος γεγώς, εἴπερ φονεύει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει. Plato Charmid. p. 158. B. εἰ μέν σοι ἤδη πάρεστιν ὃ λέγει Κριτίας ὅδε, σωφροσύνη, καὶ εἶ σώφρων ἱκανῶς, οὐδὲν ἔτι σοι ἔδει οὔτε τῶν Ζαμόλξιδος, οὔτε τῶν Ἀβάριδος τοῦ Ὑπερβορέου ἐπῳδῶν κτλ. ubi vide Heindorfium. — [d] οἷον φύσις] Iamblichus apud Stobæum Eclog. lib. I cap. V, 18 pag. 186 ed. Heeren. φύσιν δὲ λέγω τὴν ἀχώριστον αἰτίαν τοῦ κόσμου καὶ ἀχωρίστως περιέχουσαν τὰς ὅλας αἰτίας τῆς γενέσεως, ὅσα χωριστῶς αἱ κρείττονες οὐσίαι καὶ διακοσμήσεις συνειλήφασιν ἐν ἑαυταῖς. — [e] εἰ δὲ ὑπ' ἄλλων σωμάτων ὁ κόσμος φθείρεται, πόθεν γενομένων κτλ.] Lege Ocellum cap. I § 11. — [f] ἑτέρα] scripsi; codd. ἕτερα. — [g] ἔτι πᾶν τὸ φθειρόμενον ἢ ἀφ' ὧν ἐγένετο, εἰς ἐκεῖνα λύεται] Consule Ocellum cap. I § 10. Cf. Philo de mundo non interituro p. 720 ed. Colon. — [h] ἔτι ἀνάγκη τὸν κόσμον, εἰ φθείρεται, ἢ κατὰ φύσιν φθείρεσθαι ἢ παρὰ φύσιν. Παρὰ φύσιν δὲ φθείρεσθαι αὐτὸν ἀδύνατον. Οὐδὲ γὰρ τὸ παρὰ φύσιν προτερεῖ τῆς φύσεως· εἰ δὲ κατὰ φύσιν, δεῖ ἑτέραν εἶναι τὴν μεταβάλλουσαν τοῦ κόσμου τὴν φύσιν, ὅπερ οὐ φαίνεται].Sic emendavi ac supplevi locum corruptum et mutilum. Codices enim hæc habent : ἔτι ἀνάγκη τὸν κόσμον, εἰ φθείρεται, ἢ κατὰ φύσιν φθείρεσθαι ἢ παρὰ φύσιν. Οὐδὲ τὸ παρὰ φύσιν πρότερον ἔχει τῆς φύσεως· εἰ δὲ παρὰ φύσιν, δεῖ ἑτέραν εἶναι τὴν μεταβάλλουσαν τοῦ κόσμου τὴν φύσιν, ὅπερ οὐ φαίνεται. — [i] μετέβαλε scripsi ; codd. μετέβαλλε. Cæterum cf. Ocellum cap. I § 15 et Philonem de mundo non interituro p. 737. C. ed. Colon. — [k] αὐτὸν ἡμῖν εὐχόμεθα ἵλεων τὸν κόσμον γενέσθαι].Simile votum legimus in fine cap. IV : τοσαῦτα περὶ μύθων εἰποῦσιν ἡμῖν αὐτοί τε οἱ θεοὶ καὶ τῶν γραψάντων τοὺς μύθους αἱ ψυχαὶ ἵλεῳ γένοιντο. Sed mundum a plurimis sapientiæ doctoribus olim pro deo esse habitum satis constat. Sic Plinius initio Naturalis historiæ : mundum, inquit, et hoc quod nomine alio cœlum appellare libuit, cujus circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi par est æternum, immensum, neque genitum, neque interiturum unquam. Qua de re Porphyrio auctore laudato disserit Eusebius Præp. Evang. lib. III cap. 9 pag. 103 ed. Vigeri. Adde Epiphanium lib. I adv. hær. 7 pag. 21 et 132. —)

Κεφ. ιη'.

Διὰ τί ἀθεΐαι γίνονται· καὶ ὅτι θεὸς οὐ βλάπτεται.

Καὶ μὴν [a] οὐδὲ τὸ ἀθεΐας [b] περί τινας τόπους τῆς γῆς γενέσθαι, πολλάκις δὲ ὕστερον ἔσεσθαι, ἄξιον ταράττειν τοὺς ἔμφρονας· ὅτι τε οὐκ εἰς θεοὺς γίνεται ταῦτα, ὥσπερ οὐδὲ αἱ τιμαὶ ἐκείνους ὠφελοῦσαι ἐφάνησαν [c]· καὶ διὰ τὸ ἀδυνατεῖν μέσης οὐσίας οὖσαν τὴν ψυχὴν ἀεὶ κατορθοῦν· καὶ τὸ μὴ δύνασθαι πάντα τὸν κόσμον τῆς τῶν θεῶν προνοίας ἀπολαύειν ὁμοίως, ἀλλὰ τὰ μὲν αἰωνίως, τὰ δὲ κατὰ χρόνον, καὶ τὰ μὲν πρώτως, τὰ δὲ δευτέρως μετέχειν ἐκείνης· ὥσπερ καὶ τῶν αἰσθήσεων πασῶν μὲν ἡ κεφαλή, μιᾶς δὲ ὅλον [d] τὸ σῶμα αἰσθάνεται. Καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, οἱ τὰς ἑορτὰς καταστησάμενοι καὶ ἀποφράδας [e] ἐποίησαν, ἐν αἷς τὰ μὲν ἤργει τῶν ἱερῶν, τὰ δὲ ἐκλείετο, τῶν δὲ καὶ τὸν κόσμον ἀφῄρουν, τὴν ἀσθένειαν [f] τῆς ἡμετέρας ἀφοσιούμενοι φύσεως. Καὶ κολάσεως δὲ εἶδος εἶναι ἀθεΐαν οὐκ ἀπεικός· τοὺς γὰρ γνόντας θεοὺς καὶ καταφρονήσαντας εὔλογον ἐν ἑτέρῳ βίῳ καὶ τῆς γνώσεως στέρεσθαι, καὶ τοὺς ἑαυτῶν βασιλέας ὡς θεοὺς

Cap. XVIII.

Cur facinora impietatis plena admittantur : ac deum non lædi.

Neque vero facinora impietatis plena, quæ quibusdam orbis terrarum locis tum commissa sunt, tum sæpius postea committentur, viros prudentes turbare debent : partim quia hæc non committuntur in deos, quemadmodum ne cultus quidem illis prodesse visus est : partim quia animus media natura præditus non potest omnia semper prospere gerere, et quia totus mundus deorum providentia eodem modo administrari nequit, sed aliæ ejus partes perpetuo, aliæ stato tempore, atque earum quædam priore,, nonnullæ posteriore loco providentia reguntur : quemadmodum et in capite omnes sensus sunt, in toto corpore unus inest. Quamobrem qui dies festos instituerunt, ut par est, etiam dies nefastos præfinierunt, quibus qua sacrificiorum cura intermittebatur, qua templa vel obserabantur vel ornatu privabantur ab iis qui naturæ nostræ imbecillitatem expiabant. Sed pœnæ quoque speciem impietatem esse, verisimile est. Etenim qui deos agnoverunt et contemserunt, eos in alia vita illorum etiam cognitione carere probabile est. Item qui proprios reges ut deos venerati sunt, eos non alia pœna quam deorum amissione affici oportet.

τιμήσαντας ἔδει [g] τὴν δίκην αὐτῶν ποιῆσαι τῶν θεῶν ἐκπεσεῖν.

[a] Καὶ μὴν οὐδὲ] scripsi ; codd. καὶ μὲν οὐδέ. — [b] ἀθεΐα est impietas, qua deos aut non esse credimus, aut, si credamus, non colimus. Sunt qui eo nomine doctrinam christianam quam multi tum profitebantur a Sallustio notatam esse censeant. Vide Heraldi annotationem ad Arnob. lib. I cap. XXIX tom. I p. 310 ed. Orelli. — [c] ὥσπερ οὐδὲ αἱ τιμαὶ ἐκείνους ὠφελοῦσαι ἐφάνησαν] Vid. supra cap. XVI. — [d] ὅλον] reposui ; codd. ὅλων. — [e] ἀποφράδας] Lucian. Pseudolog. c. 12 ἀποφράδες ἡμέραι, ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι, μήτε εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι, μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργῆται, μήθ' ὅλως τι τῶν αἰσίων τελῆται. Augustinus in Expositione Epist. ad Galat. cap. IV : Vulgatissimus est error gentilium iste, ut vel in agendis rebus, vel in exspectandis eventibus vitæ ac negotiorum suorum ab astrologis et Chaldæis notatos dies et menses et annos et tempora observent. Marinus in vita Procli pag. 45 καὶ τὰς παρ' Αἰγυπτίοις δὲ ἀποφράδας ἐφύλαττε μᾶλλον ἢ αὐτοὶ ἐκεῖνοι, ubi consule Fabricium et Boissonadium p. 106. — [f] ἀφῄρουν, τὴν ἀσθένειαν] scripsi ; codd. ἀφῄρουν, πρὸς τὴν ἀσθένειαν. — [g] ἔδει] i. e. δεῖ. Vide Heindorf. ad Plat. Charmid. p. 158. B. et Dorvill. ad Charit. p. 670. Cæterum ne quis verba τῶν δὲ καὶ τὸν κόσμον ἀφῄρουν, τὴν ἀσθένειαν τῆς ἡμετέρας ἀφοσιούμενοι φύσεως et quæ sequuntur male accipiat, hoc dicit Sallustius. Ut legum inventores olim non solum dies festos, sed etiam nefastos instituerunt, quo ardentius homines clausis templis et intermissa sacrificiorum cura ludos solemnes festosque dies cuperent ac diligerent : sic dii nonnunquam impietatem tanquam malum disseminari patiuntur, quo citius mortales cum damno suo sacrificia instauranda esse discant. —

Κεφ. ιθ'.

Διὰ τί οἱ ἁμαρτάνοντες [a] οὐκ εὐθέως κολάζονται.

Εἰ δὲ μηδὲ τούτων, μηδὲ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων εὐθὺς αἱ δίκαι τοῖς ἁμαρτήσασιν ἕπονται, θαυμάζειν οὐ δεῖ· ὅτι οὐ δαίμονές εἰσι μόνον [b] οἱ κολάζοντες τὰς ψυχάς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ὑπάγει τῇ δίκῃ, καὶ ὅτι μένουσι τὸν ἅπαντα χρόνον, οὐκ ἐχρῆν ἐν ὀλίγῳ [c] πάντων τυχεῖν· καὶ διὰ τὸ δεῖν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν εἶναι. Εἰ γὰρ τοῖς ἁμαρτήσασιν εὐθὺς ἠκολούθουν αἱ δίκαι, φόβῳ δικαιοπραγοῦντες ἄνθρωποι ἀρετὴν οὐκ ἂν εἶχον. Κολάζονται δὲ τοῦ σώματος ἐξελθοῦσαι· αἱ μὲν ἐνταῦθα πλανώμεναι, αἱ δὲ εἴς τινας τόπους τῆς γῆς θερμούς, ἢ ψυχρούς, αἱ δὲ ὑπὸ δαιμόνων ταραττόμεναι. Πάντως δὲ μετὰ τῆς ἀλόγου ὑπομένουσι, μεθ' ἧσπερ καὶ ἥμαρτον· δι' ἣν καὶ τὸ σκιοειδὲς σῶμα ὑφίσταται [d], ὃ περὶ τοὺς τάφους καὶ μάλιστα τῶν κακῶς ζησάντων ὁρᾶται.

[a] Διὰ τί οἱ ἁμαρτάνοντες] Vide Plutarchi librum de sera numinis vindicta et Proclum super decem rationibus de providentia dubitandi cap. VIII p. 153 seqq. ed. Cousin. — [b] ὅτι οὐ δαίμονές εἰσι μόνον οἱ κολάζοντες τὰς ψυχάς]. Hos ultores dæmones memorat Plutarchus libro citato vol. X p. 274 ed. Hutten. εἶναι δὲ λίμνας παραλλήλας, τὴν μὲν χρυσοῦ περιζέοντος, τὴν δὲ μολύβδου ψυχροτάτην, ἄλλην δὲ τραχεῖαν, σιδήρου· καί τινας ἐφεστάναι δαίμονας, ὥσπερ οἱ χαλκεῖς ὀργάνοις ἀναλαμβάνοντας καὶ καθιέντας ἐν μέρει τὰς ψυχὰς τῶν δι' ἀπληστίαν καὶ πλεονεξίαν πονηρῶν, et Chrysippus apud eundem Plutarchum de orac. defect. vol. IX ed. Hutten. τιμωροὶ δαίμονες, οἷς οἱ θεοὶ δημίοις χρῶνται κολαστικοῖς ἐπὶ τοὺς ἀνοσίους καὶ ἀδίκους ἀνθρώπους. — [c] ἐν ὀλίγῳ] ut apud Platonem Apol. Socr. p. 22. B. — [d] δι' ἣν καὶ τὸ σκιοειδὲς σῶμα ὑφίσταται, ὃ περὶ τοὺς τάφους κτλ.] Plato in Phædone p. 81. B. C. ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ φίλε, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι καὶ βαρὺ καὶ γεῶδες καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον, φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ Ἅιδου, ὥσπερ λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τάφους κυλινδουμένη, περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι, διὸ καὶ ὁρῶνται. Quem locum Wyttenbachius et Heindorfius illustrarunt. —)

Cap. XIX.

Cur peccantes non statim puniantur.

Si vero neque horum nec cæterorum delictorum pœna sontes confestim tenentur, non est quod miremur; quia non modo dæmones puniunt animas, sed ipsæ quoque semet ipsas accusant, et quia perpetuo manentes non decebat brevi tempore omnia nancisci; simul etiam quod humanam virtutem esse oportet. Si enim peccantes protinus pœnam subirent, propter metum recte facientes homines virtutem non haberent. Puniuntur autem animæ, postquam ex corporum vinculis evolarunt : siquidem aliæ hic vagantur, aliæ in locis quibusdam terræ calidis aut frigidis, aliæ denique a dæmonibus perterrentur. Omnino vero cum irrationali naturæ suæ parte plectuntur, cum qua et deliquerunt; propter quam etiam tenebricosum corpus subsistit, quod circa sepulcra eorum potissimum qui flagitiose vixerunt, conspicitur.

Κεφ. κ'.

Περὶ μετεμψυχώσεως, [a] καὶ πῶς εἰς ἄλογα λέγονται φέρεσθαι.

Αἱ δὲ μετεμψυχώσεις, εἰ μὲν εἰς λογικὰ γένοιντο, αὐτὸ τοῦτο, ψυχαὶ γίνονται τῶν σωμάτων [b]· εἰ δὲ εἰς ἄλογα, ἔξωθεν ἕπονται, ὥσπερ καὶ ἡμῖν οἱ εἰληχότες ἡμᾶς δαίμονες [c]. Οὐ γὰρ ἄν ποτε [d] λογικὴ ἀλόγου ψυχὴ γένοιτο. Τὴν δὲ μετεμψύχωσιν ἐκ τῶν ἐκ γενετῆς παθῶν ἔστιν ἰδεῖν [e]. Διὰ τί γὰρ οἱ μὲν τυφλοί, οἱ δὲ παρειμένοι, οἱ δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν κακῶς ἔχοντες τίκτονται; καὶ ἐκ τῆς φύσεως ἐχούσας ἐν σώματι πολιτεύεσθαι τὰς ψυχάς, μὴ δεῖ ἅπαξ ἐξελθούσας [f] τὸν ἅπαντα αἰῶνα μένειν ἐν ἀργείᾳ; Εἰ γὰρ μὴ πάλιν αἱ ψυχαὶ εἰς σώματα φέροιντο, ἀνάγκη ἀπείρους εἶναι, ἢ τὸν θεὸν ἀεὶ ἑτέρας ποιεῖν. Ἀλλ' οὐδὲ ἄπειρόν τι ἐν τῷ κόσμῳ· ἐν γὰρ πεπερασμένῳ ἄπειρόν τι οὐκ ἂν γένοιτο. Οὐδὲ ἄλλας γίνεσθαι δυνατόν· πᾶν γάρ, ἐν ᾧ τι γίνεται καινόν, καὶ ἀτελὲς εἶναι ἀνάγκη. Τὸν δὲ κόσμον ἐκ τελείου γενόμενον τέλειον εἶναι προσήκει.

[a] Περὶ μετεμψυχώσεως] Vide Proclum in Timæum lib. V pag. 329; Plotinum Enn. III lib. II cap. 13 et Enn. IV lib. III cap. 16; Iamblichum de theolog. Ægypt. IV cap. 4; Hieroclis locum de providentia apud Photium Cod. 251; Platonem Phæd. cap. 31 ἐνδοῦνται δὲ (αἱ ψυχαὶ τῶν φαύλων), ὥσπερ εἰκός, εἰς τὰ τοιαῦτα ἤθη, ὁποῖ' ἄττ' ἂν μεμελετηκυῖαι τύχωσιν ἐν τῷ βίῳ· οἷον τοὺς μὲν γαστριμαργίας τε καὶ ὕβρεως καὶ φιλοποσίας μεμελετηκότας, καὶ μὴ διευλαβουμένους, εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη καὶ τῶν τοιούτων θηρίων εἰκὸς ἐνδύεσθαι· τοὺς δέ γε ἀδικίας καὶ τυραννίδας καὶ ἁρπαγὰς προτετιμηκότας εἰς τὰ τῶν λύκων τε καὶ ἱεράκων καὶ ἰκτίνων γένη κτλ. Adde Ovidium Met. XV, 158 seqq. et nos de Empedocle in Phil. Gr. Fragm. vol. I p. XVIII seq. — [b] εἰ μὲν εἰς λογικὰ γένοιντο, αὐτὸ τοῦτο, ψυχαὶ γίνονται τῶν σωμάτων] Similiter Thucydides II, 39 εἰ ῥαθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν. — [c] οἱ εἰληχότες ἡμᾶς δαίμονες] Vide Iamblichum de Myster. segm. IX cap. 1 et quæ dixi de Empedocle in Phil. Gr. Fragm. vol. I p. XX seqq. — [d] οὐ γὰρ ἄν ποτε] scripsi; codd. οὐ γὰρ μήποτε, quod non defenditur loco Parmenideo in Phil. Gr. Fragm. vol. I vs. 52 οὐ γὰρ μήποτε τοῦτο δαῇς εἶναι μὴ ἐόντα. Hujus enim loci alia ratio est. — [e] τὴν δὲ μετεμψύχωσιν ἐκ τῶν ἐκ γενετῆς παθῶν ἔστιν ἰδεῖν] Plotinus Enn. III lib. II cap. 13 p. 264 [illegible] τὸν λόγον, ὃς οὐ πρὸς τὸ παρὸν ἑκάστοτε ὁρᾷ μόνον, ἀλλὰ πρὸς τὰς πρόσθεν περιόδους καὶ αὖ τὸ μέλλον· ὥστε ἐκεῖθεν τάττειν τὴν ἀξίαν, καὶ μετατιθέναι ἐκ δεσποτῶν τῶν πρόσθεν δούλους ποιοῦντα, εἰ ἐγένοντο κακοὶ δεσπόται· καὶ ὅτι σύμφορον αὐτοῖς οὕτω· καὶ εἰ κακῶς ἐχρήσαντο πλούτῳ, πένητας, καὶ ἀγαθοῖς οὐκ ἀσύμφορον πένητας εἶναι, καὶ φονεύσαντας ἀδίκως, φονευθῆναι, ἀδίκως μὲν τῷ ποιήσαντι, αὐτῷ δὲ δικαίως τῷ παθόντι· καὶ τὸν πεισόμενον συναγαγεῖν εἰς τὸ αὐτὸ τῷ ἐπιτηδείῳ ποιήσειν ἃ παθεῖν ἐχρῆν ἐκεῖνον. Μὴ γὰρ δὴ κατὰ συντυχίαν δοῦλον, μηδὲ αἰχμάλωτον ὡς ἔτυχεν, μηδὲ ὑβρισθῆναι εἰς σῶμα εἰκῇ· ἀλλ' ἦν ποτε ταῦτα ποιήσας, ἃ νῦν ἐστι πάσχων. Καὶ μητέρα τις ἀνελὼν ὑπὸ παιδὸς ἀναιρεθήσεται, γενόμενος γυνή, καὶ βιασάμενος γυναῖκα, ἔσται ἵνα βιασθῇ. Ὅθεν καὶ θεία φήμη, Ἀδράστεια. Αὕτη γὰρ ἡ διάταξις Ἀδράστεια ὄντως καὶ ὄντως Δίκη καὶ σοφία θαυμαστή. Hierocles in fragmento de providentia apud Photium in Bibl. cod. CCLI: ἡμεῖς μὲν γὰρ τῇ κρίσει δικαστῶν δαιμόνων πρὸς τὴν τῶν προβεβιωμένων ἀξίαν λαγχάνομεν ἕκαστος βίον· ἐν ᾧ πάντα συνείληπται, ἔθος, πόλις, πατήρ, μήτηρ, καιρὸς ἀποκυήσεως, σῶμα τοιόνδε, ἀνατροφαί, καὶ τύχαι παντοῖαι τῷ βίῳ προσήκουσαι, τρόπος τελευτῆς, καὶ καιρὸς ἀποτεταγμένος· καὶ τούτων ἁπάντων φύλαξ καὶ ἀποπληρωτὴς ὁ εἰληχὼς Δαίμων ἕστηκεν. Existimat igitur Sallustius qui in priore vita alios oculis privaverint eos iterum in hanc vitam ita proficisci, ut cæci nascantur; similesque renascentibus veterum delictorum pœnas irrogari. — [f] μὴ δεῖ ἅπαξ ἐξελθούσας τὸν ἅπαντα αἰῶνα μένειν ἐν ἀργείᾳ;] scripsi; codd. μὴ δεῖν ἅπαξ ἐλθούσας τὸν ἅπαντα αἰῶνα μένειν ἐν ἀργείᾳ. Cf. Plato de

Cap. XX.

De animarum migratione, et quomodo in bruta animalia transire dicantur.

Animarum autem migrationes, si in naturas intelligentes fiunt, id ipsum, corporum animæ evadunt: si vero in bruta animalia, extra corpus sequuntur, quemadmodum et genii qui nos nacti sunt comites se nobis dant. Neque enim unquam ratione prædita bestiæ anima fiat. Cæterum animarum migrationes ex innatis affectibus intelligi licet. Cur enim alii cæci, alii marcido corpore, alii etiam ab ipso animo ægri nascuntur? Quum autem natura hoc ita comparatum sit, ut animæ in corpore versentur, num semel corporibus elapsas per omnium sæculorum memoriam otiose vivere oportet? Nam nisi rursus animæ in corpora transeunt, innumeras esse necesse est, aut deum semper alias gignere. Sed ne infinitum quidem quidquam est in mundo; nam in finito nihil quod infinitum sit exorietur. Neque vero fieri potest, ut aliæ nascantur; omne enim, in quo aliquid novum fit, simul imperfectum sit necesse est. Mundum vero a perfecto procreatum perfectum esse decet.

Rep. lib. VI, p. 486 μή πη δοκοῦμέν σοι οὐκ ἀναγκαῖα ἕκαστα διεληλυθέναι καὶ ἑπόμενα ἀλλήλοις τῇ μελλούσῃ τοῦ ὄντος ἱκανῶς τε καὶ τελέως ψυχῇ μεταλήψεσθαι; —)

Κεφ. κα΄.

Ὅτι καὶ ζῶντες [a] καὶ τελευτήσαντες εὐδαίμονες οἱ ἀγαθοί.

Αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν ζήσασαι ψυχαί, τά τε ἄλλα εὐδαιμονοῦσαι, καὶ τῆς ἀλόγου [b] χωρισθεῖσαι, καὶ καθαραὶ παντὸς γενόμεναι σώματος θεοῖς τε συνάπτονται [c], καὶ τὸν ὅλον κόσμον συνδιοικοῦσιν ἐκείνοις. Καίτοι καὶ εἰ μηδὲν αὐταῖς τούτων ἐγίνετο, αὐτή γε ἡ ἀρετὴ [d] καὶ ἡ ἐκ τῆς ἀρετῆς ἡδονή τε καὶ δόξα, ὅ τε ἄλυπος καὶ ἀδέσποτος βίος εὐδαίμονας ἤρκει [e] ποιεῖν τοὺς κατ' ἀρετὴν ζῆν προελομένους καὶ δυνηθέντας.

[a] Ὅτι καὶ ζῶντες κτλ.] Vide Iamblichi caput ultimum de mysteriis. — [b] καὶ τῆς ἀλόγου χωρισθεῖσαι, καὶ καθαραὶ παντὸς γενόμεναι σώματος] Plato in Phædone p. 114 οἳ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως βιῶναι, οὗτοί εἰσιν οἱ τῶνδε μὲν τῶν τόπων τῶν ἐν τῇ γῇ ἐλευθερούμενοί τε καὶ ἀπαλλαττόμενοι ὥσπερ δεσμωτηρίων, ἄνω δὲ εἰς τὴν καθαρὰν οἴκησιν ἀφικνούμενοι καὶ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκιζόμενοι. Τούτων δὲ αὐτῶν οἱ φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθηράμενοι ἄνευ τε σωμάτων ζῶσι τὸ παράπαν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, καὶ εἰς οἰκήσεις ἔτι τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται, ἃς οὔτε ῥᾴδιον δηλῶσαι οὔτε ὁ χρόνος ἱκανὸς ἐν τῷ παρόντι. — [c] θεοῖς τε συνάπτονται] Hierocles Comment. in aur. carm. in Phil. Gr. vol. I p. 482 seq. Τοῦτο πέρας τῶν πόνων τὸ κάλλιστον, τοῦτο, ὡς Πλάτων φησίν, ὁ μέγας ἀγὼν καὶ ἐλπὶς ἡ μεγάλη. Τοῦτο φιλοσοφίας ὁ τελειότατος καρπός, τοῦτο τῆς ἱερατικῆς καὶ τελεστικῆς τέχνης τὸ μέγιστον ἔργον, οἰκειῶσαι μὲν καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰ ὄντως καλά, ἀπολῦσαι δὲ τῶν τῇδε πόνων, ὡς ἔκ τινος καταγείου σπηλαίου τῆς ἐνύλου ζωῆς, καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰς αἰθερίους αὐγάς, καὶ ταῖς μακάρων ἐνιδρῦσαι νήσοις, τοὺς διὰ τῶν προειρημένων ὁδεύσαντας. Τούτοις γὰρ καὶ τὸ τῆς ἀποθεώσεως ἀπόκειται γέρας· ἐπειδὴ εἰς θεῶν γένος οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ, ἢ τῷ κτησαμένῳ ἀλήθειαν μὲν καὶ ἀρετὴν ἐν ψυχῇ, καθαρότητα δὲ ἐν τῷ πνευματικῷ αὐτῆς ὀχήματι. Οὕτω γὰρ ὑγιής τε καὶ ὁλόκληρος γενόμενος εἰς τὸ τῆς ἀρχαίας ἕξεως εἶδος ἀποκαθίσταται, διὰ τῆς πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον ἑνώσεως ἀπολαβὼν ἑαυτόν, καὶ πάντα τὸν θεῖον κόσμον ἀναγνωρίσας, καὶ τὸν δημιουργὸν τουδὶ τοῦ παντός, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ἐξευρών. Τοῦτο δὲ γενόμενος ὡς οἷόν τε μετὰ τὴν κάθαρσιν, ὃ ἀεί εἰσιν οἱ μὴ εἰς γένεσιν πίπτειν πεφυκότες, ταῖς μὲν γνώσεσιν ἑνοῦται τῷ παντί, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνάγεται τὸν θεόν· σῶμα δὲ συμφυὲς ἔχων, τόπου δεῖται εἰς κατάταξιν ἀστροειδῆ, οἷον θέσιν ζητῶν. Conf. Alcinoum de doctr. Platonis cap. XXVII. — [d] αὐτή γε ἡ ἀρετή] Iamblichus in epistola ad Macedonium apud Stobæum Eclog. Eth. lib. II, cap. 7, 44 τὸν κατὰ νοῦν ἄρα βίον καὶ τὸν ἐχόμενον τῶν θεῶν διαζῆν μελετητέον· οὗτος γὰρ ἡμῖν μόνος ἀποδίδωσι τὴν ἀδέσποτον τῆς ψυχῆς ἐξουσίαν, ἀπολύει τε ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων δεσμῶν, καὶ ποιεῖ ζῆν οὐκ ἀνθρώπινόν τινα βίον, ἀλλὰ τὸν θεῖον καὶ τῇ βουλήσει τῶν θείων ἀγαθῶν ἀποπληρούμενον. — [e] ἤρκει] omissa ἄν particula. Vid. Hermann. Opusc. IV p. 70 seqq. —

Cap. XXI.

Omnes bonos tam vivos quam mortuos esse beatos.

Animæ vero quæ cum virtute vixerunt, cætera beatæ et ab irrationali naturæ suæ parte sejunctæ et ab omni concretione mortali segregatæ simul diis adjunguntur, simul rerum universitatem una cum illis administrant. Verum etiamsi nihil tale iis contingeret, ipsa certe virtus quæque ex virtute tum percipitur voluptas tum nascitur gloria atque ad hoc vita molestiis liberata neque cujusquam imperio obnoxia ad eos qui honeste vivere non modo constituerunt, sed etiam potuerunt beatos faciendos sufficeret.

DE PLATONE

EJUSQUE DISCIPULIS ET SUCCESSORIBUS.

Platonicam philosophiam ita illustrabo, ut pauca de sectæ conditore præfatus primum librorum ejus ordinem excutiam ac Thrasylli tetralogias commemorem, deinde de Speusippo, tum de Xenocrate, de Crantore et aliis disseram. *Plato* (1) Aristonis et Perictiones filius, e Colytto pago Atheniensis, initio avi sui nomine appellatus est, post autem sive e frontis sive e pectoris latitudine alterum nomen invenit (2). Natus est sexennio post Isocratem tertio Olympiadis 87 anno, ante Christum 430, die Thargelionis mensis septimo, quo Delii Apollinem in lucem editum esse affirmant. Namque idoneum ejus rei auctorem Apollodorum in Chronicis Diogenes Laertius laudat (3). Cæterum antiqua et generosa stirpe eum ortum esse fama fuit. Quippe Aristo pater per Codrum ab ipso Neptuno originem deduxit, maternum vero genus prudentia civili adeo inclaruit, ut Perictione, Glauci filia, Solonem sapientissimum legum atticarum inventorem majorum suorum progenitorem agnosceret (4).

Mira quædam et vix credibilia de ortu ejus traduntur. Ferunt igitur spectrum Apollini simile cum matre ejus Perictione concubuisse atque Aristonem noctu per quietem eandem vidisse speciem, qua monebatur, ne cum Perictione rem haberet, quoad peperisset (5). Fabulose porro narrant parentes Platonem recens natum

(1) Diogenes Laertius lib. III, 1 Πλάτων, Ἀρίστωνος καὶ Περικτιόνης ἢ Ποτώνης, ἥτις τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα, Ἀθηναῖος. Τούτου γαρ ἦν ἀδελφὸς Δρωπίδης, οὗ Κριτίας, οὗ Καλλαισχρος, οὗ Κριτίας ὁ τῶν τριάκοντα, καὶ Γλαύκων, οὗ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη, ἧς καὶ Ἀρίστωνος Πλάτων, ἕκτος ἀπὸ Σόλωνος. Ὁ δὲ Σόλων εἰς Νηλέα καὶ Ποσειδῶνα ἀνέφερε τὸ γένος. Φασὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀνάγειν εἰς Κόδρον τὸν Μελάνθου, οἵτινες ἀπὸ Ποσειδῶνος ἱστοροῦνται, κατὰ Θράσυλλον. Suidas s. v. Πλάτων, Ἀρίστωνος τοῦ Ἀριστοκλέους καὶ Περικτιόνης ἢ Ποτώνης τὸ γένος ἑλκούσης ἀπὸ Σόλωνος. Ἕκτη γὰρ ἦν ἀπ' ἐκείνου, παῖς γενομένη Δρωπίδου ποιητοῦ, τοῦ ἀδελφοῦ Σόλωνος· ὁ δὲ Σόλων εἰς Νηλέα ἀναφέρει τὸ γένος· καὶ Ἀρίστων δέ, ὁ Πλάτωνος πατήρ, ἐκ τοῦ Κοδρου γένους κατήγετο, τοῦ Μελάνθου υἱοῦ. Olympiodorus vit. Platonis : λέγεται γὰρ ὁ Πλάτων υἱὸς γενέσθαι πατρὸς μὲν Ἀρίστωνος τοῦ Ἀριστοκλέους, ἀφ' οὗ τὸ γένος εἰς Σόλωνα τὸν νομοθετην ἀνέφερε. Διὸ καὶ κατὰ ζῆλον προγονικὸν νόμους ἔγραψεν ἐν ιβ' βιβλίοις, καὶ πολιτείας σύστασιν ἐν ια'. Μητρὸς δὲ προῆλθε Περικτιόνης, ἥτις ἀπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου κατήγετο. — (2) Diogenes Laertius lib. III, 4 ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ, παλαιστῇ· ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος ὄνομα, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς. Ἔνιοι δὲ διὰ τὴν πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας οὕτως ὀνομασθῆναι· ἢ ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον, ὥς φησι Νεάνθης. Suidas l. c. Προσηγορεύετο δὲ Ἀριστοκλῆς· διὰ δὲ τὸ πλατὺς εἶναι τὸ στέρνον Πλάτων ἐπωνομάσθη· ἄλλοι δέ, ὡς πλατὺν ἐν λόγοις Πλάτωνα κληθῆναι. Hesychius Milesius v. Πλάτων. Πλατὺς δὲ ὢν τὰ στέρνα ἢ το μέτωπον Πλάτων προσηγορεύθη. οἱ δὲ ὡς πλατὺν ἐν λόγοις οὕτω φασὶν κληθῆναι. Τίμων δὲ κωμῳδῶν αὐτὸν ἐν Σίλλοις φησί· τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν. Cf. Diog. Laert. lib. III, 7. Vid. Fragm. Phil. vol. I, pag. 89. Apulejus doctr. Platon. init. : Platoni habitudo corporis cognomentum dedit : namque Aristotocles prius nominatus, Aristo ei fuisse pater dictus est. Cæterum Perictione Glauci filia, mater fuit, et de utroque nobilitas satis clara. Nam Aristo pater per Codrum ab ipso Neptuno originem duxit. Ab Solone sapientissimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus derivatus est sanguis. — (3) Diogenes Laertius III, 2 καὶ γίνεται Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί. — (4) Proclus ad Platonis Timæum pag. 25. F. (pag. 58 ed. Schneider.) ἡ μὲν ἱστορία ἡ κατὰ τὸ Σόλωνος γένος καὶ τὴν Πλάτωνος πρὸς αὐτὸν συγγένειαν τοιαύτη τίς ἐστιν· Ἐξηκεστίδου παῖδες ἐγένοντο Σόλων καὶ Δρωπίδης, καὶ Δρωπίδου μὲν Κριτίας, οὗ μνημονεύει καὶ Σόλων ἐν τῇ ποιήσει λέγων· εἰπέμεναι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν· οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι· Κριτίου δὲ Κάλλαισχρος καὶ Γλαύκων, Καλλαίσχρου δὲ αὖ Κριτίας οὗτος. Δηλοῖ δὲ ὁ ἐν Χαρμίδῃ Κριτίας, τὸν Γλαύκωνα, τὸν Χαρμίδου πατέρα, θεῖον ἑαυτοῦ καλῶν. Γλαύκωνος δὲ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη, τῆς δὲ Περικτιόνης ὁ Πλάτων· ὥστε ὁ Γλαύκων Κριτίου θεῖος ἦν, πατὴρ δὲ Χαρμίδου, Χαρμίδης δὲ θεῖος Πλάτωνος, Σόλων δὲ ἀδελφὸς τοῦ ἐπιπάππου Κριτίου. Τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς τοιοῦτον· ὁ δέ γε θεῖος Ἰάμβλιχος ἄλλως πως παραδίδωσι τὴν τοῦ γένους διαδοχήν· αὐτόθεν γὰρ τοῦ Δρωπίδου παῖδα τὸν Γλαύκωνα ποιεῖ. Ἄλλοι δὲ Καλλαίσχρου Κριτίαν καὶ Γλαύκωνα παῖδας λέγουσιν, ὥσπερ καὶ Θέων ὁ Πλατωνικός· καίτοι ἐν Χαρμίδῃ φησὶν ὁ Κριτίας, ὅτι παῖς ἐστι Χαρμίδης Γλαύκωνος, τοῦ ἡμετέρου θείου, καὶ, τοῖς ῥήμασιν οὑτωσὶ λέγων, ἀνεψιὸς δὲ ἐμός. Οὔτ' ἄρα Δρωπίδου υἱὸς ὁ Γλαύκων οὔτε Κριτίου τοῦ νεωτέρου ἀδελφός. — (5) Diogenes Laertius III, 2 Σπεύσιππος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περὶ δείπνου, καὶ Κλέαρχος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ, καὶ Ἀναξιλίδης ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ φιλοσόφων φασίν, ὡς Ἀθήνησιν ἦν λόγος, ὡραίαν οὖσαν τὴν Περικτιόνην βιάζεσθαι τὸν Ἀρίστωνα, καὶ μὴ τυγχάνειν, παυόμενόν τε τῆς βίας ἰδεῖν τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄψιν· ὅθεν καθαρὰν γάμου φυλάξαι ἕως τῆς ἀποκυήσεως. Hesychius Milesius : Φασὶ δέ, ὡς ἔκ τινος θείας ὄψεως ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔγκυος γέγονεν, ἐπιφανέντος αὐτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος. Καὶ ἡνίκα ἔτεκε

in Hymetto posuisse, diis montanis Pani, Nymphis et Apollini pastorali pro eo sacra facturos. Ibi puero infanti apes in labellis consederunt eaque favis impleverunt, ut facile suspicari liceret singulari illum orationis suavitate aliquando fore haud absimilem Nestoris, cujus etiam ex lingua melle dulcior fluebat oratio (6). Hunc autem, ubi adolevit, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet,. optimi magistri erudiverunt. Etenim litteras didicit apud Dionysium grammaticum (7), de quo in Rivalibus mentionem facit, et ad corpus labore ac gymnicis certaminibus firmandum Aristonem Argivum palæstritam doctorem adhibuit. Nec defuerunt qui eum picturæ quoque fuisse studiosum ac poemata scripsisse memoriæ proderent, primo dithyrambica, deinde melica ac tragica. Ad conficiendum autem doctrinæ orbem

---

τὸν Πλάτωνα, τότε αὐτῇ ὁ ἀνὴρ συνεγένετο. Suidas s. v. Πλάτων : ἱστόρηται δέ, ὡς ἔκ τινος θείας ὄψεως ἡ μήτηρ Πλάτωνος ἔγκυος ἐγένετο, ἐπιφανέντος αὐτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος· καὶ ἡνίκα ἔτεκε τὸν Πλάτωνα, τότε αὐτῇ ὁ ἀνὴρ συνεγένετο. Olympiodorus vit. Plat. φασὶν οὖν ὅτι φάσμα Ἀπολλωνικὸν συνεγένετο τῇ μητρὶ αὐτοῦ τῇ Περικτιόνῃ, καὶ ἐν νυκτὶ φανὲν τῷ Ἀρίστωνι ἐκέλευσεν αὐτῷ μὴ μιγνύναι τῇ Περικτιόνῃ μέχρι τοῦ χρόνου τῆς ἀποτάξεως (leg. ἀποτέξεως). Plutarchus Convivat. Disput. lib. VIII. Quæst. I cap. 2-3 Vol. XI p. 342 ed. Hutten. διὸ τοὺς Ἀπόλλωνι τὴν Πλάτωνος τέκνωσιν ἀνατιθέντας οὐκ ἂν οἶμαί τινα φάναι καταισχύνειν τὸν θεόν, ἐπὶ μείζονα πάθη καὶ νοσήματα τοῦτον ἡμῖν διὰ Σωκράτους ἰατρόν, ὥσπερ ἑτέρου Χείρωνος, ἀπειργασμένον, ἅμα δὲ τῆς λεγομένης Ἀρίστωνι, τῷ Πλάτωνος πατρί, γενέσθαι καθ' ὕπνον ὄψεως καὶ φωνῆς ἀπαγορευούσης, μὴ συγγενέσθαι τῇ γυναικί, μηδὲ ἅψασθαι δέκα μηνῶν, ἐμνημόνευσεν. Ὑπολαβὼν δὲ Τυνδάρης ὁ Λακεδαιμόνιος, Ἄξιον μέν ἐστιν, ἔφη, περὶ Πλάτωνος ᾄδειν καὶ λέγειν τό· — οὐδὲ ἐῴκει Ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο. Origenes contra Celsum libro I οὐδὲν δ' ἄτοπον πρὸς Ἕλληνας καὶ ἑλληνικαῖς ἱστορίαις χρήσασθαι, ἵνα μὴ δοκῶμεν μόνοι τῇ παραδόξῳ ἱστορίᾳ ταύτῃ κεχρῆσθαι Ἔδοξε γάρ τισιν, οὐ περὶ ἀρχαίων τινῶν ἱστοριῶν καὶ ἡρωϊκῶν, ἀλλὰ καὶ περί τινων χθὲς καὶ πρώην γεγενημένων ἀναγράψαι ὡς δυνατὸν ὅτι καὶ Πλάτων ἀπὸ τῆς Ἀμφικτιόνης (leg. Περικτιόνης) γέγονε, κωλυθέντος τοῦ Ἀρίστωνος αὐτῇ συνελθεῖν, ἕως ἀποκυήσει τὸν ἐξ Ἀπόλλωνος σπαρέντα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀληθῶς μῦθοι, κινήσαντες εἰς τὸ ἀναπλάσαι τοιοῦτό τι περὶ ἀνδρός, ὃν ἐνόμιζον μείζονα τῶν πολλῶν ἔχοντα σοφίαν καὶ δύναμιν, καὶ ἀπὸ κρειττόνων καὶ θειοτέρων σπερμάτων τὴν ἀρχὴν τῆς συστάσεως τοῦ σώματος εἰληφέναι, ὡς τοῦθ' ἁρμόζον τοῖς μείζοσιν ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Idem libro VI καὶ πρὸς ταῦτά φημι, ὅτι περὶ μὲν Πλάτωνος Ἀρίστανδρος, οἶμαι, ἀνέγραψεν, ὡς οὐκ Ἀρίστωνος υἱοῦ, ἀλλὰ φάσματος ἐν Ἀπόλλωνος εἴδει προσελθόντος τῇ Ἀμφικτιόνῃ (leg. Περικτιόνῃ). Καὶ ἄλλοι δὲ πλείονες τῶν Πλατωνικῶν ἐν τῇ Πλάτωνος βιοτῇ ταῦτ' εἰρήκασι. Apulejus doctr. Plat. init. Sunt qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicant, quum quædam Apollinis figuratio Perictionæ se miscuisset. Mense etiam, qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus est, die qua apud Delon Latona fertur Apollinem Dianamque peperisse. Hieronymus adv. Jovinian. lib. I : Speusippus, sororis Platonis filius, et Clearchus et Anaxilides Perictionen, matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt, et sapientiæ principem non aliter arbitrantur nisi de partu virginis editum. — (6) Olympiodorus vit. Plat. Καὶ γεννηθέντα τὸν Πλάτωνα λαβόντες οἱ γονεῖς, βρέφος ὄντα, τεθείκασιν ἐν τῷ Ὑμηττῷ, βουλόμενοι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖ θεοῖς, Πανὶ καὶ Νύμφαις καὶ Ἀπόλλωνι Νομίῳ θῦσαι· καὶ κειμένου αὐτοῦ, μέλιτται προσελθοῦσαι πεπληρώκασιν αὐτοῦ τὸ στόμα κηρίων μέλιτος ἵνα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ γένηται· τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Καλεῖ δὲ αὐτὸν πάντοθεν καὶ τοῖς κύκνοις ὁμόδουλον, ὡς ἐξ Ἀπόλλωνος προελθών· Ἀπολλωνιακὸν γὰρ τὸ ὄρνεον. Ælianus var. hist. X, 21 ὅτι τὸν Πλάτωνα ἡ Περικτιόνη ἔφερεν ἐν ταῖς ἀγκάλαις. Θύοντι δὲ τῷ Ἀρίστωνι ἐν Ὑμηττῷ ταῖς Μούσαις ἢ ταῖς Νύμφαις οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερουργίαν ἦσαν, ἡ δὲ κατέκλινε Πλάτωνα ἐν ταῖς πλησίον μυῤῥίναις, δασείαις οὔσαις καὶ πυκναῖς. Καθεύδοντι δὲ ἑσμὸς μελισσῶν Ὑμηττίου μέλιτος ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι ὑπῇδον, τὴν τοῦ Πλάτωνος εὐγλωττίαν μαντευόμεναι ἐντεῦθεν. — (7) Diogenes Laertius III, 4 καὶ ἐπαιδεύθη μὲν γράμματα παρὰ Διονυσίῳ, οὗ καὶ μνημονεύει ἐν τοῖς Ἀντερασταῖς· ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ, παλαιστῇ ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος ὄνομα, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς. Ἔνιοι δὲ διὰ τὴν πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας οὕτως ὀνομασθῆναι, ἢ ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον, ὥς φησι Νεάνθης. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ παλαῖσαί φασιν αὐτὸν Ἰσθμοῖ, καθὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων, καὶ γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι, καὶ ποιήματα γράψαι, πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας. Plato initio dialogi qui inscribitur Ἐρασταί ait : εἰς Διονυσίου τοῦ γραμματικοῦ (al. γραμματιστοῦ) εἰσῆλθον. Olympiodorus vit. Plat. ἐν ἡλικίᾳ δὲ γενόμενος πρῶτον μὲν ἐφοίτησε Διονυσίῳ τῷ γραμματιστῇ πρὸς μάθησιν κοινῶν γραμμάτων, οὗ καὶ ἐν Ἐρασταῖς μέμνηται, ἵνα μήτε (leg. μηδὲ) Διονύσιος, ὁ διδάσκαλος, ἄμοιρος εἴη τῆς παρα Πλάτωνι μνήμης. Εἶτα μετ' ἐκεῖνον γυμναστῇ μὲν ἐχρήσατο διδασκάλῳ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ, ὑφ' οὗ καὶ Πλάτων, ὥς φασι, μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς λεγόμενος τῷ τοῦ πάππου ὀνόματι. Ἐκλήθη δ' οὕτως διὰ τὸ δύο μόρια τοῦ σώματος ἔχειν πλατύτατα, τό τε στέρνον καὶ τὸ μέτωπον, ὡς δηλοῦσι πανταχοῦ αἱ ἀνακείμεναι αὐτοῦ εἰκόνες, οὕτω φαινόμεναι. Ἄλλοι δέ φασι μὴ διὰ τοῦτο μετονομασθῆναι αὐτόν, ἀλλὰ διὰ τὸ πλατύ, καὶ κεχυμένον, καὶ ἀναπεπταμένον τοῦ ἀνακειμένου χαρακτῆρος· καθάπερ φασὶ καὶ Θεόφραστον οὕτω μετονομασθῆναι διὰ τὸ θεῖον τῆς φράσεως, πρότερον Τύρταμον λεγόμενον. Apulejus doctr. Plat. init. Nam Speusippus domesticis instructus documentis pueri ejus acre in percipiendo ingenium et admirandæ verecundiæ indolem laudat, et pubescentis primitias labore atque amore studendi imbutas refert, et in viro harum incrementa virtutum et ceterarum convenisse testatur. Doctorem habuit in prima litteratura Dionysium, at in palæstra Aristonem, Argis oriundum. Tantosque progressus exercitatio contulit ei, ut Pythia et Isthmia de lucta certaverit. Picturæ non aspernatus artem tragœdiis et dithyrambis se utilem finxit. Jamque carminum confidentia elatus certatorem se profiteri cupiebat, nisi Socrates humilitatem cupidinis ex ejus mentibus expulisset, et veræ laudis gloriam in ejus animum inserere curasset. Ælianus var. hist. lib. II cap. 30 Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος τὰ πρῶτα ἐπὶ ποιητικὴν ὥρμησε καὶ ἡρωϊκὰ ἔγραφε μέτρα· εἶτα αὐτὰ κατέπρησεν, ὑπεριδὼν αὐτῶν, ἐπεὶ τοῖς Ὁμήρου αὐτὰ ἀντικρίνων ἑώρα κατὰ πολὺ ἡττώμενα. Ἐπέθετο οὖν τραγῳδίᾳ, καὶ δὴ καὶ τετραλογίαν εἰργάσατο, καὶ ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι, δοὺς ἤδη τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα. Πρὸ τῶν Διονυσίων δὲ παρελθὼν ἤκουσε Σωκράτους, καὶ ἅπαξ αἱρεθεὶς ὑπὸ τῆς ἐκείνου Σειρῆνος, τοῦ ἀγωνίσματος οὐ μόνον ἀπέστη τότε, ἀλλὰ καὶ τελέως τὸ γράφειν τραγῳδίαν ἀπέῤῥιψε, καὶ

reliquis artibus musicam adjecit, qua Draco Atheniensis et Metellus Agrigentinus Plutarcho teste eum instituerunt (8). Sed his omnibus studiis depositis viginti annos natus tertio Olympiadis 92 anno Socratem audire cœpit. Narratur vero Socrates, antequam Plato ad ipsum a patre deduceretur, jucundissimo usus esse somnio. Vidit enim in somno cygni pullum relinquere aram, quæ in Academia Cupidini consecrata erat, dein celeri volatu gremium suum petere, mox sedentem supra genua plumescere, postremo alatum avolare cœlum ac terras cantu suo mulcentem. Postridie (9) Socrati visum illud in conventu hominum referenti Aristo filium erudiendum tradidit. Quem postquam aspexit atque ex facie divinum ejus ingenium auguratus est: Hic ille erat, amici, inquit, ex Academia Cupidinis cygnus. Addit Origenes lib. VI contra Celsum p. 280 Platonem ipsum tertio oculo sibi auctum esse visum.

Quanti autem hunc unum magistrum faceret, ipse sæpenumero declaravit, multaque amoris erga eum documenta postea in scriptis dedit. Mortuo Socrate (10), quem quarto Olympiadis 94 anno ex vita hominum demigrasse constat, Plato partim Cratylo Heracliteo, partim Hermo-

---

ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν. — (8) Plutarchus de musica cap. XVII Vol. XIV pag. 224 ed. Hutten. πάνυ γὰρ προέσχε τῇ μουσικῇ ἐπιστήμῃ Πλάτων, ἀκουστὴς γενόμενος Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου καὶ Μετέλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου. Porphyrius apud Cyrillum lib. 1 contra Julianum: ἐπαιδεύθη δὲ ὁ Πλάτων παρὰ μὲν Διονυσίῳ γράμματα, παρὰ δὲ Ἀρίστωνι, τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ, τὰ κατὰ τὴν γυμναστικήν. Olympiodorus vit. Plat. Μουσικῆς δὲ διδάσκαλον ἔσχε Δράκοντα τὸν Δάμωνος μαθητήν· μέμνηται δὲ τούτου ἐν τῇ Πολιτείᾳ. Τρία δὲ καὶ ταῦτα ἐπαιδεύοντο οἱ Ἀθήνησι παῖδες· φημὶ δὲ γράμματα, μουσικήν, παλαίειν· οὐχ ἁπλῶς· ἀλλὰ γράμματα μὲν διὰ τὸ κοσμεῖν τὸν λόγον τὸν ἐν αὐτοῖς, μουσικὴν δὲ διὰ τὸ τιθασσεύειν τὸν θυμόν, παλαίειν δὲ καὶ γυμνάζεσθαι διὰ τὸ ἀναῤῥωννύναι τὸ τῆς ἐπιθυμίας χαλαρόν. (Καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης δὲ παρ' αὐτῷ τὰ τρία ταῦτα φαίνεται παιδευθείς· διὸ καί φησι πρὸς αὐτὸν Σωκράτης, Αὐλεῖν δὲ οὐκ ἐβούλου, καὶ τὰ ἑξῆς.) Ἐφοίτησε δὲ καὶ παρὰ γραφεῦσι, παρ' ὧν ὠφελήθη τὴν μῖξιν τῶν χρωμάτων, ὧν ἐν Τιμαίῳ μέμνηται. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ παρὰ τοῖς τραγικοῖς ἐπαιδεύθη, παιδευταῖς νομιζομένοις εἶναι τῆς Ἑλλάδος. Προσῆλθε δὲ τούτοις διὰ τὸ ἀπὸ τῆς τραγικῆς γνωμικὸν καὶ σεμνόν, καὶ ἡρωϊκὸν τῶν ὑποθέσεων. Καὶ τοῖς διθυράμβοις δὲ πρὸς τιμὴν τοῦ Διονύσου, ἐφόρου λεγομένου τῆς γενέσεως, ὡμίλησε· τούτῳ γὰρ ὁ διθύραμβος ἀνέκειτο, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα εἶχε. Διθύραμβος γὰρ ὁ Διόνυσος, ὡς ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθών, τῆς τε Σεμέλης καὶ τοῦ μηροῦ Διός. Εἰώθεισαν γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τὰ αἰτιατὰ ὀνομάζειν τοῖς τῶν αἰτίων ὀνόμασι, καθάπερ καὶ τὸν Διόνυσον καλοῦσι· διὸ καὶ ὁ Πρόκλος περὶ τούτων φησίν, Ὅσσ' εἶδον τεκέεσσιν ἐφημίξαντο τοκῆες. Ὅτι δὲ τοὺς διθυράμβους ὁ Πλάτων ἤσκητο, δῆλον ἐκ τοῦ Φαίδρου τοῦ διαλόγου, πάνυ πνέοντος τοῦ διθυραμβώδους χαρακτῆρος· ἅτε τοῦ Πλάτωνος τοῦτον πρῶτον γράψαντος διάλογον, ὡς λέγεται. Ἐποίησε δὲ καὶ τραγικὰ ποιήματα καὶ διθυραμβικά, καὶ ἄλλα τινά, ἅπερ πάντα κατέκαυσε τῆς Σωκράτους πειραθεὶς διατριβῆς, εἰπών τι τοιοῦτον ἔπος, Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε· Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει. — (9) Diogenes Laertius III, 5 λέγεται δὲ ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδεν κύκνου νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι, ἡδὺ κλάγξαντα· καὶ μεθ' ἡμέραν Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι· τὸν δέ, τοῦτον εἰπεῖν εἶναι τὸν ὄρνιν. Pausanias lib. I, cap. XXX, 3 Ἀκαδημίας δὲ οὐ πόῤῥω Πλάτωνος μνῆμά ἐστιν, ᾧ προεσήμαινεν ὁ θεὸς ἄριστον τὰ ἐς φιλοσοφίαν ἔσεσθαι. Προεσήμαινε δὲ οὕτως. Σωκράτης τῇ προτέρᾳ νυκτὶ ᾗ Πλάτων ἔμελλεν ἔσεσθαί οἱ μαθητής, ἐσπτῆναί οἱ κύκνον ἐς τὸν κόλπον εἶδεν ὄνειρον· ἔστι δὲ κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξα, ὅτι Λιγύων τῶν Ἠριδανοῦ πέραν [ὑπὲρ] γῆς τῆς Κελτικῆς Κύκνον ἄνδρα μουσικὸν γενέσθαι βασιλέα φασί, τελευτήσαντα δὲ Ἀπόλλωνος γνώμῃ μεταβαλεῖν λέγουσιν αὐτὸν ἐς τὸν ὄρνιθα. Apulejus doctr. Plat. init. somnium etiam Socratis scitum ferunt. Nam vidisse sibi visus est cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, volasse, et in ejus (leg. suo) gremio resedisse: et postea olorem illum pennis cœlum petiisse, canore musico auditus hominum deorumque mulcentem. Quum hoc ergo Socrates in conventu hominum referret, Aristo Platonem puerum, oblaturus Socrati magistro commodum prosequebatur. Quem ubi aspexit ille, ingeniumque intimum de exteriori conspicatus est facie: Hic ille erat, amici, inquit, de Academia cupidinis cygnus. Olympiodorus vit. Plat. Φασὶ δ' ὅτι, ἡνίκα ὁ Σωκράτης ἤμελλε δέχεσθαι, ὄναρ εἶδεν, ὅτι κύκνος ἄπτερος ἐν τοῖς γόνασιν αὐτοῦ καθῆστο, καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσας ἀνέπτη εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἔκλαγξέ τι λιγυρόν, ὡς πάντας θέλξαι τοὺς ἀκούοντας· τοῦτο δὲ ἐδήλου τὴν μέλλουσαν δόξαν τοῦ ἀνδρός. — (10) Diogenes Laertius III, 6-7. Τοὐντεῦθεν δὴ γεγονώς, φασίν, εἴκοσιν ἔτη, διήκουσε Σωκράτους. Ἐκείνου δ' ἀπελθόντος προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ Ἡρακλειτείῳ, καὶ Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι. Ἔπειτα γενόμενος ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, καθά φησιν Ἑρμόδωρος, εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν. Ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν· κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικούς, Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον· ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας. Διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγοις συμμῖξαι, διὰ δὲ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη. Olympiodorus vit. Plat. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Σωκράτους διδασκάλῳ πάλιν ἐχρήσατο Κρατύλῳ τῷ Ἡρακλειτείῳ, εἰς ὃν καὶ διάλογον ὁμώνυμον ἐποίησεν, ἐπιγράψας Κρατύλος, ἢ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων. Μετὰ τοῦτον δὲ πάλιν στέλλεται εἰς Ἰταλίαν, καὶ διδασκαλεῖον εὑρὼν ἐκεῖ τῶν Πυθαγορείων συνιστάμενον Ἀρχύταν, πάλιν ἔσχε διδάσκαλον τὸν Πυθαγόρειον ὁμώνυμον· ἔνθα καὶ Ἀρχύτου μέμνηται· (leg. ἔνθεν καὶ κτλ.) Aristoteles Metaph. I, 6 μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν. Ἐκ νέου τε γὰρ συνήθης γενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν καὶ ὕστερον οὕτως ὑπέλαβεν κτλ. Apulejus doctr. Plat. I, 1. Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus. Verum quum se Socrati dedisset, non solum ingenio atque doctrina cæteros Socraticos vicit, verum etiam labore et elegantia illustravit. Sapientiam ab eo sibi traditam labore qu[illegible] est, et eleganti perque venusta majestate verborum plurimum ei adhibuit dignitatis. Sed posteaquam Socrates homines reliquit, quæsivit, unde proficeret, et ad Pythagoræ disciplinam se contulit. Quam etsi ratione diligenti et magnifica instructam videbat, rerum tamen continentiam et castitatem magis cupiebat imitari. Et quod Pythagoreorum ingenium adjutum aliis disciplinis

geni Parmenidis philosophiam profitenti operam dedit. Deinde quum esset annorum duodetriginta, varias terras regionesque lustravit. Nam non solum Megara se contulit, ut cum Euclide versaretur, sed etiam Cyrenas profectus Theodorum mathematicum convenit atque inde petita Italia Archytam Tarentinum et reliquos Pythagoreos Philolaum, Eurytum, Echecratem, denique Timæum, et Acrionem Locros cognovit. Quemadmodum vero in Italiam discendi causa contenderat, Pythagoreorum disciplinam Socraticis sermonibus adjuncturus : sic postea Ægyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et cœlestia acciperet. Statuerat insuper Persarum magos adire, sed hoc consilium propter bella quæ tum in Asiam gerebantur abjecit.

Ex Ægypto reversus Deliis explanavit sensum oraculi, quo Græci jubebantur, si e præsentibus malis se emergere vellent, aram in insula Delo Apollini consecratam duplicare (11). Sed plenam eum tot itineribus factis ac tot sapientiæ doctoribus auditis artium mathematicarum cognitionem consecutum esse, intelligitur ex illo invento, quod Vitruvii verbis exponam. Ait ille Lib. IX cap. 1 : « Et primum Platonis e multis ratiocinationibus utilissimis unam, quemadmodum ab eo explicata sit, ponam. Locus aut ager paribus lateribus si erit quadratus, eumque oportuerit iterum ex paribus lateribus duplicare, quia id genere numeri ac multiplicationibus non invenitur, ex descriptionibus linearum emendatis reperitur. Est autem ejus rei hæc demonstratio Quadratus locus, qui erit longus et latus pedes denos, efficit areæ pedes centum. Si ergo opus fuerit eum duplicare, et aream pedum ducentorum item ex paribus lateribus facere, quærendum erit, quam magnum latus ejus quadrati fiat, ut ex eo ducenti pedes duplicationibus areæ respondeant. Id autem numero nemo potest invenire : namque si XIV constituentur, erunt multiplicati pedes CXCVI. Si XV, pedes CCXXV. Ergo quoniam id non explicatur numero in eo quadrato longo et lato pedes decem (a b c d), quæ fuerit linea ab angulo (b) ad angulum (d) diagonios (b d) perducatur, uti dividatur in duo trigona æqua magnitudine (b a d et b c d), singula areæ pedum quinquagenum : ad ejus lineæ diagonalis longitudinem locus quadratus (b e f d) paribus lateribus describatur. Ita quam magna duo trigona in minore quadrato quinquagenum pedum linea diagonia fuerint designata, eadem magnitudine et eodem pedum numero quatuor in majore erunt effecta. Hac ratione duplicatio grammicis rationibus a Platone, uti est schema subscriptum, fuit explicata. »

---

sentiebat, ad Theodorum Cyrenas, ut geometriam disceret, est profectus. Et astrologiam adusque Ægyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret. Et ad Italiam iterum venit, et Pythagoreos Eurytum Tarentinum et seniorem Archytam sectatur; atque ad Indos et magos intendisset animum, nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica. Hieronymus lib. II, epist. 1 ad Paulinum : Plato Ægyptum et Archytam Tarentinum eamque oram Italiæ, quæ quondam Magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragravit, ut qui Athenis magister erat et potens, cujusque doctrinam Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus, malens aliena verecunde discere, quam impudenter ingerere. Cicero Tuscul. I, 17: Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et in ea cum alios multos, tum Archytam Timæumque cognovisse, et didicisse Pythagorea omnia, primumque de animorum æternitate non solum sensisse idem quod Pythagoram, sed rationes etiam attulisse. Cf. de fin. V, 29. Valerius Maximus lib. VIII cap. 7: Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, et locum et hominem doctrinæ fertilissimum, ingenii quoque divina instructus abundantia, quum omnium jam mortalium sapientissimus haberetur, eo quidem usque, ut si ipse Jupiter cœlo descendisset, nec elegantiore, nec beatiore facundia usurus videretur, Ægyptum peragravit, dum a sacerdotibus ejus gentis geometriæ multiplices numeros atque cœlestium observationum rationem percipit. Quoque tempore a studiosis juvenibus certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebantur, ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas vastissimosque campos, effusam barbariem et flexuosos fossarum ambitus Ægyptiorum senum discipulus lustrabat. Quo minus miror eum in Italiam transgressum, ut ab Archyta Tarenti, a Timæo et Arione et Ceto Locris Pythagoræ præcepta et instituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia litterarum undique colligenda erat, ut invicem per totum terrarum orbem dispergi et dilatari posset. Philostratus lib. I Apoll. cap. 1 Πλάτων βαδίσας εἰς Αἴγυπτον καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν τε καὶ ἱερέων ἐγκαταμίξας τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις. Clemens Alexandrinus in Admonitione ad gentes pag 46 ed. Sylburg. Platonem alloquens : οἶδά σου τοὺς διδασκάλους, κἂν ἀποκρύπτειν ἐθέλῃς. Γεωμετρίαν παρ' Αἰγυπτίων μανθάνεις· ἀστρονομίαν παρὰ Βαβυλωνίων· ἐπῳδὰς τὰς ὑγιεῖς παρὰ Θρᾳκῶν λαμβάνεις· πολλά σε καὶ Ἀσσύριοι πεπαιδεύκασι· νόμους δὲ τοὺς ὅσοι ἀληθεῖς, καὶ δόξαν τὴν τοῦ θεοῦ παρ' αὐτῶν ὠφέλησαι τῶν Ἑβραίων. Cf. Lactantius lib. IV Instit. cap. 2. — (11) Plutarchus de genio Socratis cap. 7 vol. X p. 309 ed. Hutten. ἦν δὲ χρησμὸς Δηλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι παῦλαν τῶν παρόντων κακῶν ἔσεσθαι διπλασιάσασι τὸν ἐν Δήλῳ βωμόν. Οὔτε δὲ τὴν διάνοιαν ἐκεῖνοι συμβάλλειν δυνάμενοι, καὶ περὶ τὴν τοῦ βωμοῦ κατασκευὴν γελοῖα πάσχοντες, (ἑκάστης γὰρ τῶν τεσσάρων πλευρῶν διπλασιαζομένης, ἔλαθον τῇ αὐξήσει τόπον στερεὸν ὀκταπλάσιον ἀπεργασάμενοι, δι' ἀπειρίαν ἀναλογίας, ἣ τῷ μήκει διπλάσιον παρέχεται) Πλάτωνα τῆς ἀπορίας ἐπεκαλοῦντο βοηθόν. Ὁ δέ, τοῦ Αἰγυπτίου μνησθείς, προσπαίζειν ἔφη τὸν θεὸν Ἕλλησιν, ὀλιγωροῦσι παιδείας, οἷον ἐφυβρίζοντα τὴν ἀμαθίαν ἡμῶν, καὶ κελεύοντα γεωμετρίας ἅπτεσθαι μὴ παρέργως· οὐ γάρ τοι φαῦλον οὐδ' ἀμβλὺ διανοίας ὁρώσης, ἄκρως δὲ τὰς γραμμὰς ἠσκημένης ἔργον εἶναι, καὶ δυοῖν μέσων ἀνάλογον λῆψιν· ᾗ μόνῃ διπλασιάζεται σχῆμα κυβικοῦ σώματος, ἐκ πάσης ὁμοίως αὐξόμενον διαστάσεως· τοῦτο μὲν οὖν Εὔδοξον αὐτοῖς τὸν Κνίδιον ἢ τὸν Κυζικηνὸν Ἑλικῶνα

Ter maria transmisit tum ad Siciliæ res visendas, tum ad utrumque Dionysium penitus cognoscendum ac Dionem propius inspiciendum (12). Verum Sicilienses illæ peregrinationes obfuerunt ei magis quam profuerunt, quum modo benigne exciperetur ac liberaliter haberetur, modo vitæ periculum adiret, atque adeo in servitutem assertus venundaretur. Recuperata libertate Athenas regressus philosophiæ præcepta in suburbano gymnasio, quod in nemore situm ab Academo heroe Academia vocabatur, tradere cœpit (13). Quo factum est, ut ejus sectatores a loco ubi docebat postera ætate οἱ ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας appellarentur. Clavum imperii tenere noluit, quamvis rerum civilium peritus esset, ut ex ejus dialogis apparet (14). Sunt autem hæc apud Platonem scripta divinitus: Quales in republica principes sint, tales reli-

---

συντελέσειν. Μὴ τοῦτο δὲ οἴεσθαι χρῆναι ποθεῖν τὸν θεόν, ἀλλὰ προστάσσειν Ἕλλησι πᾶσι, πολέμου καὶ κακῶν μεθεμένους, Μούσαις ὁμιλεῖν, καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ μαθημάτων τὰ πάθη καταπραΰνοντας, ἀβλαβῶς καὶ ὠφελίμως ἀλλήλοις συμφέρεσθαι. — (12) Diog. Laert. III, 18 τρὶς δὲ πέπλευκεν εἰς Σικελίαν· πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων, ὅτε καὶ Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους, τύραννος ὤν, ἠνάγκασεν ὥστε συμμῖξαι αὐτῷ. Ὁ δέ, διαλεγόμενος περὶ τυραννίδος, καὶ φάσκων ὡς οὐκ ἔστι τοῦτο κρεῖττον ὃ συμφέρον αὐτῷ μόνον, εἰ μὴ καὶ ἀρετῇ διαφέροι, προσέκρουσεν αὐτῷ. Ὀργισθεὶς γάρ, οἱ λόγοι σου, φησί, γεροντιῶσι. Καὶ ὅς, Σοῦ δέ γε τυραννιῶσιν. Ἐντεῦθεν ἀγανακτήσας ὁ τύραννος πρῶτον μὲν ἀνελεῖν ὥρμησεν αὐτόν· εἶτα παρακληθεὶς ὑπὸ Δίωνος καὶ Ἀριστομένους, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, παρέδωκε δ' αὐτὸν Πόλλιδι τῷ Λακεδαιμονίῳ κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ, ὥστε ἀποδόσθαι. Κἀκεῖνος ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν, ἐπίπρασκεν. Ὅτε καὶ Χάρμανδρος Χαρμανδρίδου ἐγράψατο αὐτῷ δίκην θανάτου, κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς τεθέντα νόμον, τὸν πρῶτον ἐπιβάντα Ἀθηναίων τῇ νήσῳ ἄκριτον ἀποθνήσκειν. Ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὶς τὸν νόμον, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Εἰπόντος δέ τινος, ἀλλὰ κατὰ παιδιάν, φιλόσοφον εἶναι τὸν ἐπιβάντα, ἀπέλυσαν. Ἔνιοι δέ φασι παραχθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τηρούμενον μηδ' ὁτιοῦν φθέγξασθαι· ἑτοίμως δὲ ἐκδέξασθαι τὸ συμβαῖνον. Οἱ δὲ ἀποκτεῖναι μὲν αὐτὸν οὐ διέγνωσαν, πωλεῖν δὲ ἔκριναν τῷ τρόπῳ αἰχμαλώτων. Λυτροῦται δὴ αὐτὸν κατὰ τύχην παρὼν Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος εἴκοσι μνῶν· οἱ δέ, τριάκοντα· καὶ ἀναπέμπει Ἀθήναζε πρὸς τοὺς ἑταίρους. Οἱ δ' εὐθὺς τἀργύριον ἐξέπεμψαν, ὅπερ οὐ προσήκατο, εἰπών, μὴ μόνους ἐκείνους ἀξίους εἶναι Πλάτωνος κήδεσθαι. Ἔνιοι δὲ καὶ Δίωνα ἀποστεῖλαί φασι τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν μὴ προσέσθαι, ἀλλὰ κηπίδιον αὐτῷ τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ πρίασθαι. Τον μέντοι Πόλλιδα λόγος ὑπό τε Χαβρίου ἡττηθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Ἑλίκῃ καταποντωθῆναι, τοῦ δαιμονίου μηνίσαντος αὐτῷ διὰ τὸν φιλόσοφον, ὡς καὶ Φαβωρῖνός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων. Οὐ μὴν δὲ ἡσύχαζεν ὁ Διονύσιος· μαθὼν δὲ ἐπέστειλε Πλάτωνι, μὴ κακῶς ἀγορεύειν αὐτόν. Καὶ ὃς ἀντεπέστειλε, μὴ τοσαύτην αὐτῷ σχολὴν εἶναι, ὥστε Διονυσίου μεμνῆσθαι. Δεύτερον πρὸς νεώτερον ἧκε Διονύσιον, αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζησομένους. Ὁ δέ, καίπερ ὑποσχόμενος, οὐκ ἐποίησεν. Ἔνιοι δέ φασι καὶ κινδυνεῦσαι αὐτὸν ὡς ἀναπείθοντα Δίωνα καὶ Θεώταν ἐπὶ τῇ τῆς νήσου ἐλευθερίᾳ· ὅτε καὶ Ἀρχύτας αὐτὸν ὁ Πυθαγορικός, γράψας ἐπιστολὴν πρὸς Διονύσιον, παρῃτήσατο, καὶ διέσωσεν εἰς Ἀθήνας. Ἔστι δὲ ἡ ἐπιστολὴ ἥδε (Vid. Fragm. Phil. Gr. Vol. I, p. 562). Τρίτον ἦλθε διαλλάξων Δίωνα Διονυσίῳ. Οὐ τυχὼν δέ, ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα. Eadem narrat Plutarchus vit. Dionis c. 13 seq. sed latius omnia perscribit, usus Platonis epistolis, quas subditicias esse nobis persuasum est. Vide Salomon. de Platonis quæ vulgo feruntur epistolis. Berol. 1835. Olympiodorus vit. Plat. ἐπειδὴ δὲ δεῖ τὸν φιλόσοφον φιλοθεάμονα εἶναι τῶν τῆς φύσεως ἔργων, στέλλεται καὶ εἰς Σικελίαν θεασόμενος τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρός, τοὺς ἐν τῇ Αἴτνῃ· καὶ οὐ Σικελικῆς τραπέζης χάριν, ὦ γενναῖε Ἀριστείδη, ὡς σὺ φῄς. Γενόμενος ἐν Συρακούσαις πρὸς Διονύσιον τὸν μέγαν, τύραννον ὄντα, ἐπειρᾶτο εἰς ἀριστοκρατίαν μεταβάλλειν τὴν τυραννίδα· διὸ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφίκτο, καὶ τοῦ Διονυσίου ἐρομένου αὐτόν, τίνα νομίζεις ἐν ἀνθρώποις εὐδαίμονα εἶναι; ὡς δὴ νομίζων, ὅτι περὶ αὐτοῦ φήσει ὁ φιλόσοφος, κολακεύων αὐτόν· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι Σωκράτην. Πάλιν ἐπανήρετο αὐτόν, τί νομίζεις ἔργον ἀνδρὸς εἶναι πολιτικοῦ; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, τοὺς πολίτας βελτίους ποιεῖν. Τρίτον αὐτὸν ἐπανήρετο, Τί οὖν; τὸ ὀρθῶς δικάζειν σμικρὸν σοὶ δοκεῖ; δόξαν γὰρ εἶχεν ὁ Διονύσιος ἐπὶ τῷ ὀρθῶς δικάζειν· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο μηδὲν ὑποστειλάμενος, Σμικρὸν μὲν οὖν, καὶ πολιτικοῦ μέρος ἔσχατον· ἀκεσταῖς γὰρ ἐοίκασιν οἱ ὀρθῶς δικάζοντες, οἵτινες τὰ διερρωγότα ἱμάτια ἀνυφαίνουσι. Τέταρτον αὐτὸν ἐπανήρετο, τί τύραννον εἶναι; οὐκ ἀνδρεῖον; Πάντων μὲν οὖν, ἔφη, δειλότατον, ὁπότε καὶ τὰ κουρευτικὰ μαχαίρια δέδοικε, μὴ διὰ τούτων ἀπόληται. Ἐπὶ τούτοις οὖν ὁ Διονύσιος ἀγανακτήσας προεῖπεν αὐτῷ ἡλίου ὄντος ὑπὲρ γῆς ἐκ τῶν Συρακουσῶν ἀπαλλάττεσθαι. Καὶ οὕτως ἀτίμως ὁ Πλάτων ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν ἐδιώχθη. Τῆς δὲ δευτέρας ὁδοῦ τῆς εἰς Σικελίαν αἰτία αὕτη. Μετὰ τὴν θάνατον Διονυσίου τοῦ μεγάλου διαδέχεται τὴν τυραννίδα Διονύσιος ὁ Διονυσίου, μητρὸς ἀδελφὸν ἔχων τὸν Δίωνα, ὃς ἐκ πρώτης ὁδοῦ ὡμιλήκει ... Πλάτωνος. Γράφει οὖν αὐτῷ ὁ Δίων, Ὅτι, ἐὰν παραγένῃ, νῦν ἐλπίς ἐστι μεταβαλεῖν τὴν τυραννίδα εἰς ἀριστοκρατίαν. Διὰ τοῦτο τοίνυν τὴν δευτέραν ὁδὸν ποιησάμενος, καὶ διαβληθεὶς ὑπὸ τῶν δορυφόρων τοῦ Διονυσίου πρὸς αὐτόν, ὡς βουλεύεται τὴν ἀρχὴν περιποιῆσαι τῷ Δίωνι, καὶ καταλῦσαι τὸν Διονύσιον, κρατηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, παρεδόθη Πόλλιδι τῷ Αἰγινήτῃ, ἐμπορευομένῳ εἰς Σικελίαν, πρὸς πρᾶσιν. Ὁ δὲ ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν, εὗρεν Ἀννίκεριν ἐκεῖ, τὸν Λίβυν, μέλλοντα πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἦλιν, ἐφ' ᾧ τεθρίππῳ ἀγωνίσασθαι. Περιτυχὼν οὖν τῷ Πόλλιδι, ὠνεῖται παρ' αὐτοῦ τὸν Πλάτωνα, κρείττω τὴν δόξαν ταύτην πάσης ἐν τεθρίππῳ νίκης ἀγωνισάμενος· περὶ οὗ καὶ Ἀριστείδης φησίν, ὅτι οὐδεὶς ἐγίνωσκεν Ἀννίκεριν, εἰ μὴ Πλάτωνα ἐπρίατο. Τῆς δὲ τρίτης ὁδοῦ πάλιν ἀφορμὴ γέγονε τῆς εἰς Σικελίαν αὕτη· δημευθεὶς ὁ Δίων ὑπὸ τοῦ Διονυσίου καὶ ἀφαιρεθεὶς τῶν ὄντων, ἐν δεσμωτηρίῳ ἐβλήθη. Γράφει οὖν τῷ Πλάτωνι, ὅτι ὑπέσχετο ὁ Διονύσιος ἀφεῖναι αὐτόν, εἰ Πλάτων αὖθις ἀφίξεται πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ τῷ ἑταίρῳ βοηθήσων ἑτοίμως ὑπέστη καὶ τὴν τρίτην ὁδόν. — (13) Diogenes Laertius III, 7 ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας, διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. Τὸ δ' ἐστὶ γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἀκαδήμου, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν ἀστρατεύτοις φησίν. Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ Τίμων εἰς τὸν Πλάτωνα λέγων φησί· τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν. Vid. Fragm. Phil. vol. I p. 89. Olympiodorus vit. Plat. ἀφικόμενος δὲ εἰς τὰς Ἀθήνας διδασκαλεῖον ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ συνεστήσατο, μέρος τι τούτου τοῦ γυμνασίου τέμενος ἀφορίσας ταῖς Μούσαις. — (14) Diogenes Laertius III, 23 πολιτείας μὲν οὐχ ἥψατο, καίτοι πολιτικὸς ὢν ἐξ ὧν γέγραφεν. Αἴτιον δὲ τὸ ἤδη τὸν δῆμον ἄλλοις πολιτεύμασιν ἐνεθίσθαι. —

quos solere esse cives (15). Idem porro jubet tantum contendere in republica, quantum probare tuis civibus possis; vim neque parenti, neque patriæ afferri oportere. Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ rei publicæ fuisse : quod quum offendisset populum Atheniensem prope jam desipientem senectute, quemque nec persuadendo nec cogendo regi posse vidisset, tum persuaderi posse diffideret, tum cogi fas esse non arbitraretur. (16) Consiliis tamen juvare nunc Dionem nunc alios rerum publicarum rectores non dubitavit. Quid? quod Archelao Macedonum regi carissimus fuit, licet in scriptis eum reprehenderit. Philippum quoque Macedonem Perdiccæ primum commendare non erubuit, qui provinciæ ab hoc præpositus copiisque, quas aluerat, confisus, regnum post ejus obitum occupavit (17).

De Platonis eloquentia et ornato dicendi genere nulla inter scriptores controversia est, quia nemo dubitat illum sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate divina quadam et Homerica excellere. Multum enim supra prosam orationem surgit, ut non hominis ingenio, sed Delphico quodam oraculo instinctus videatur (18). Quis enim uberior in dicendo quam Plato? Quare Jovem si Græce loquatur, sic loqui ajunt philosophi (19). Neque injuria Cicero hunc unum quasi quendam philosophorum deum (20) eundemque simul intelligendi simul dicendi gravissimum auctorem et magistrum nominat (21). Recte autem Aristoteles apud Diogenem Laertium III, 37 Platoni illud sermonis genus quod inter poema et prosam medium sit, assignat. (22) Itaque videmus visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam comicorum poetarum : apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis (23).

Summa temperantia in victu id consecutus est Plato, ut ad extremam senectutem veniret (24). Idem jamjam moriturus genium suum fortunamque laudavit, primum quod homo potius quam brutum animal, deinde quod Græcus, non barbarus, denique quod Socratis temporibus natus esset (25). Mortem obiit archonte Theo-

(15) Cicero Epist. ad Fam. I, 9; Plato de legg. lib. IV μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλην θᾶττον, καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν, καὶ τοὺς νόμους ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ. — (16) Cicero Epist. ad Fam. I, 9; Plato Crit. c 12 πανταχοῦ ποιητέον ἃ ἂν κελεύῃ ἡ πόλις — καὶ ἡ πατρίς, ἢ πείθειν αὐτήν, ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε, βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα. —

(17) Athenæus XI p. 506. d. e. f. καὶ ὁ Κρίτων δ' αὐτοῦ Σοφοκλέους περιέχει καταδρομήν. ὁ δὲ Γοργίας οὐ μόνον ἀφ' οὗ τὸ ἐπίγραμμα, ἀλλὰ καὶ Ἀρχελάου τοῦ Μακεδονίας βασιλέως· ὃν οὐ μόνον ἐπονείδιστον γένος ἔχειν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπέκτεινε τὸν δεσπότην. Οὗτος δ' ἐστὶ Πλάτων, ὃν Σπεύσιππός φησι φίλτατον ὄντα Ἀρχελάῳ, Φιλίππῳ τῆς βασιλείας αἴτιον γενέσθαι. Γράφει γοῦν Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν οὕτως· « Σπεύσιππος πυνθανόμενος Φίλιππον βλασφημεῖν περὶ Πλάτωνος εἰς ἐπιστολὴν ἔγραψέ τι τοιοῦτον, Ὥσπερ ἀγνοοῦντας τοὺς ἀνθρώπους ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας Φίλιππος διὰ Πλάτωνος ἔσχεν. Εὐφραῖον γὰρ ἀπέστειλε τὸν Ὠρείτην πρὸς Περδίκκαν Πλάτων, ὃς ἔπεισεν ἀπομερίσαι τινὰ χώραν Φιλίππῳ. Διατρέφων δ' ἐνταῦθα δύναμιν, ὡς ἀπέθανε Περδίκκας, ἐξ ἑτοίμου δυνάμεως ὑπαρχούσης, ἐπέπεσε τοῖς πράγμασι. » — (18) Quintilianus X, 1, 81. — (19) Cicero Brut. cap. 31 — (20) Cicero de nat. deor. II, 12. — (21) Cicero Orat. cap. 3. — (22) Diogenes Laertius III, 37 φησὶ δ' Ἀριστοτέλης τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου. — (23) Cicero Orat. cap. 20. — (24) Seneca epist. 58 Plato ad senectutem se diligentia pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte sortitus, et illi nomen latitudo pectoris fecerat : sed navigationes ac pericula multum detraxerant viribus : parsimonia tamen et eorum, quæ aviditatem evocant, modus, et diligens sui tutela perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus causis. Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiæ suæ beneficio contigisse, quod natali suo decessit, et annum unum atque octogesimum implevit sine ulla deductione. Ideo magi, qui forte Athenis erant, immolaverunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanæ rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. —

(25) Plutarchus vit. Marii cap. 46 Vol. III p. 129 ed. Hutten. Πλάτων μὲν οὖν ἤδη πρὸς τῷ τελευτᾶν γενόμενος, ὕμνει τὸν αὑτοῦ δαίμονα καὶ τὴν τύχην, ὅτι πρῶτον μὲν ἄνθρωπος, εἶτα Ἕλλην, οὐ βάρβαρος, οὐδ' ἄλογον τῇ φύσει θηρίον γένοιτο· πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τοῖς Σωκράτους χρόνοις ἀπήντησεν ἡ γένεσις αὐτοῦ. Lactantius div. inst. lib. III cap. 19. Non dissimile Platonis illud est, quod ajebat, se gratias agere naturæ : primum, quod homo natus esset potius quam mutum animal : deinde, quod mas potius, quam femina : quod Græcus, quam barbarus : postremo, quod Atheniensis, et quod temporibus Socratis. Dici non potest, quantam mentibus cæcitatem, quantosque pariat errores ignoratio veritatis. Ego plane contenderim, nunquam quidquam dictum esse in rebus humanis delirius : quasi vero si aut barbarus, aut mulier, aut asinus denique natus esset, idem ipse Plato esset, ac non ipsum illud, quod natus fuisset. Sed videlicet Pythagoræ credidit, qui, ut vetaret homines animalibus vesci, dixit, animas de corporibus in aliorum animalium corpora commeare, quod et vanum et impossibile est · vanum, quia necesse non fuit veteres animas in nova corpora inducere, quum idem artifex, qui primas aliquando fecerat, potuerit semper novas facere : impossibile, quia rectæ rationis anima tam immutare naturam status sui non potest, quam ignis, aut deorsum niti, aut in transversum fulminis modo flammam suam fundere. Existimavit igitur homo sapiens, potuisse fieri, ut anima, quæ tunc erat in Platone, in aliquod mutum animal includeretur; essetque humano sensu prædita, ut intelligeret ac doleret incongruenti se corpore oneratam. Quanto sanius faceret, si gratias agere se diceret, quod ingeniosus,

philo primo Olymp. 108 anno, ante Chr. 348, unum et octoginta annos natus (26) · Atque alii quidem scribentem fato perfunctum esse ajunt, alii inter nuptialem cœnam mortalitate interceptum putant. Vitam autem natali suo die finivit tertio decimo Philippi regis anno successore in Academia relicto Speusippo, septem annis ante natum Epicurum (27).

Primus ac præcipuus dialogorum auctor habetur Plato qui hoc scriptionis genus non intentatum aliis philosophis maxime excoluit summamque ei dignitatem adjecit. Ante eum videlicet Zeno Eleates et Alexamenus Teïus dialogos scripserant, postea Platonis exemplum secuti plerique philosophi tales libros qui in magna argumentorum varietate versabantur ediderunt. Nam et Aristotelis et Theophrasti et Dicæarchi Peripatetici, et Zenonis et Chrysippi et Epicuri et aliorum hujusmodi sermones memorantur, qui tamen omnes interciderunt. Addo Plutarchum et Lucianum, quorum plurimi exstant et pulcherrimi dialogi, alterius graves et severi, ac de rebus seriis conscripti, alterius jocosi et urbani. Sed de horum virtutibus dicere nihil attinet, quum satis habeam notare, Platonis ingenio rudem adhuc et impolitam dialogorum formam sic immutatam esse, ut merito ei ornatæ orationis et inventionis palma deferatur (28).

Platonem qui multos artium liberalium magistros et vivendi præceptores habuisset, Pythagoræ, Heracliti, Socratis, Zenonis ac Parmenidis potissimum decreta confudisse et communi-

---

quod docilis natus esset, quod in iis opibus, ut liberaliter erudiretur. Nam quod Athenis natus est, quid in eo beneficii fuit? An non plurimi exstiterunt in aliis civitatibus excellenti ingenio atque doctrina viri, qui meliores singuli, quam omnes Athenienses fuerunt? — (26) Diogenes Laertius III, 2 τελευτᾷ δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν γάμοις δειπνῶν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος, βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. Νεάνθης δέ φησιν αὐτὸν τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν. Ἔστιν οὖν Ἰσοκράτους νεώτερος ἔτεσιν ἕξ· ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ Λυσιμάχου, Πλάτων δὲ ἐπὶ Ἀμεινίου γέγονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησεν· ἦν δὲ τὸν δῆμον Κολυττεύς, ὥς φησιν Ἀντιλέων ἐν δευτέρῳ Περὶ χρόνων. Idem III, 40 καὶ ἐτελεύτα μὲν ὃν εἴπομεν τρόπον, Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος τρισκαιδέκατον, καθὰ καὶ Φαβωρῖνός φησιν ἐν ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ· ὑφ' οὗ καὶ ἐπιτιμηθῆναί φησιν αὐτὸν Θεόπομπος. Μυρωνιανὸς δ' ἐν ὁμοίοις φησὶ, Φίλωνα παροιμίας μνημονεύειν περὶ τῶν Πλάτωνος φθειρῶν, ὡς οὕτως αὐτοῦ τελευτήσαντος. Καὶ ἐτάφη ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, ἔνθα τὸν πλεῖστον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν, ὅθεν καὶ Ἀκαδημαϊκὴ προσηγορεύθη ἡ ἀπ' αὐτοῦ αἵρεσις. Καὶ παρεπέμφθη πανδημεὶ πρὸς τῶν αὐτόθι. Pausanias lib. I cap. XXX, 3 Ἀκαδημίας δὲ οὐ πόῤῥω Πλάτωνος μνῆμά ἐστιν. Lucianus Longæv. cap. 21 Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα· [ἔτη βιοὺς ἐτελεύτησεν]. Censorinus de die natali cap. 15 tales viros non prius vita excessisse, quam ad annum illum octogesimum et unum pervenerint, in quo Plato finem vitæ et legitimum esse existimavit et habuit. Valerius Maximus VIII, 7. Altero etiam et octogesimo anno decedens sub capite Sophronis mimos habuisse fertur : sic ne extrema quidem ejus hora agitatione studii vacua fuit. Cicero de Senect. 5 : Est etiam quiete et pure et eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus, qualem accepimus Platonis, qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est. Hieronymus epist. ad Nepotianum de vita Clericorum : Plato octogesimo primo anno scribens est mortuus. Athenæus V p. 217. b. δύο δὲ καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ μετὰ Καλλίμαχον. Olympiodorus vit. Plat. μέλλων τελευτᾶν ἐνύπνιον εἶδεν, ὡς κύκνος γενόμενος ἀπὸ δένδρου εἰς δένδρον μετέρχεται. καὶ ταύτῃ πόνον πλεῖστον παρεῖχε τοῖς ἰξευταῖς. Ὁ Σιμμίας, ὁ Σωκρατικός, ἔκρινεν, ὅτι ἄληπτος ἔσται τοῖς μετ' αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι βουλομένοις αὐτόν· ἰξευταῖς γὰρ ἐοίκασιν οἱ ἐξηγηταί, τὰς ἐννοίας τῶν ἀρχαίων πειρᾶσθαι βουλόμενοι· ἄληπτος δέ ἐστιν, ἐπειδὴ καὶ φυσικῶς καὶ ἠθικῶς καὶ θεολογικῶς καὶ ἁπλῶς πολλαχῶς ἐστιν ἀκούειν τῶν αὐτοῦ, καθάπερ καὶ τῶν Ὁμήρου. Δύο γὰρ αὗται ψυχαὶ λέγονται γενέσθαι παναρμόνιοι· διὸ παντοδαπῶς ἐστιν ἀκούειν ἀμφοτέρων. Ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ, πολυτελῶς αὐτὸν ἔθαψαν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπέγραψαν ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ· Τοὺς δύ' Ἀπόλλων φῦσ' Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα· τὸν μὲν ἵνα ψυχήν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σόοι. — (27) Diogenes Laertius X, 14 ἐγεννήθη δὲ (φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς) κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐννάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Σωσιγένους ἄρχοντος μηνὸς Γαμηλιῶνος ἑβδόμῃ ἔτεσιν ὕστερον τῆς Πλάτωνος τελευτῆς ἑπτά. (28) Diogenes Laertius III, 47-48 διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πρώτῳ περὶ ποιητῶν Ἀλεξαμενὸν Στυρέα ἢ Τήϊον, ὡς καὶ Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασι. Δοκεῖ δέ μοι Πλάτων, ἀκριβώσας τὸ εἶδος, καὶ τὰ πρωτεῖα δικαίως ἂν ὥσπερ τοῦ κάλλους οὕτω καὶ τῆς εὑρέσεως ἀποφέρεσθαι. Athenæus XI pag. 505. B [Πλάτων] ὁ τοὺς ἄλλους ἁπαξαπλῶς κακολογήσας, ἐν μὲν τῇ Πολιτείᾳ Ὅμηρον ἐκβάλλων καὶ μιμητικὴν ποίησιν, αὐτὸς δὲ τοὺς διαλόγους μιμητικῶς γράψας, ὧν τῆς ἰδέας οὐδ' αὐτὸς εὑρετής ἐστιν. Πρὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦθ' εὗρε τὸ εἶδος τῶν λόγων ὁ Τήϊος Ἀλεξαμενός, ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ καὶ Σωτίων. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ ποιητῶν οὕτως γράφει « Οὐκοῦν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις, ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηΐου τοὺς πρώτους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων. » ἄντικρυς φάσκων ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης πρὸ Πλάτωνος διαλόγους γεγραφέναι τὸν Ἀλεξαμενόν. Patet autem in verbis λόγους καὶ μιμήσεις pro λόγους reponendum esse διαλόγους. Vide Valckenarium ad Theocriti Adoniaz p. 194 Olympiodorus vit. Plat. Ἔχαιρε δὲ πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ, καὶ Σώφρονι· παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. Λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καί, ἡνίκα ἐτελεύτησεν, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα· καὶ ἐπίγραμμα δὲ τοιοῦτον εἰς Ἀριστοφάνην αὐτὸς πεποίηκεν· Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται, Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους. Dionysius Halicarnassensis de Compositione verborum vol. V pag. 208 seq. ed. Reisk. ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Πᾶσι γὰρ δή που τοῖς φιλολόγοις γνώριμος τὰ περὶ τῆς φιλοπονίας τἀνδρὸς ἱστορούμενα, τά τ' ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὴν δέλτον, ἥν τελευτήσαντος αὐτοῦ λέγουσιν εὑρεθῆναι ποικίλως μετακειμένην τὴν ἀρχὴν τῆς πολιτείας ἔχουσαν τήνδε· « κα-

scuisse, res est certissima (29). Namque in naturæ contemplatione Pythagoreos atque Heraclitum, in morali philosophia Socratem, in disserendi subtilitate Zenonem et Parmenidem, Eleaticos philosophos, sequitur. Neque tamen reprehendendus est Aristoteles, quod Platonis rationem ex Heraclitea et Socratica doctrina potissimum repetit. Quippe Plato partim Heracliteis placitis adductus, ut visa quæ a sensibus proficiscuntur sciri posse negaret, partim Socratem imitatus, qui ad quærendas communes notiones incubuerat, semotas a rebus fluxis quæ sensibus percipiuntur statuit ideas, quarum communione visa illa exorirentur. Præter sensibilia autem et idearum exempla formas geometricas cum numeris medio inter utrumque genus loco ponendas ideasque omnium rerum principia esse censuit. Quibus in præceptis quid habeat ille commune cum Pythagoreis, quid ascitum ab aliis, quid proprium, dedita opera docet Stagirites. Sed hæc hactenus.

Transeo ad Platonis scripta quæ ex inferioris ætatis scriptoribus recensuit Thrasyllus. De hoc igitur prius nobis commentandum est, quam ad Platonem accedere liceat. Quamvis autem multi citentur Thrasylli, quos Jonsius (30) de scriptt. hist. ph. lib. III cap. 3, 2 p. 13 enumerat, eum tamen de quo hic agitur, non esse alium quam philosophum illum et mathematicum qui sub Augusto et Tiberio imperatoribus (31) vixit, jam pri-

τέθη· χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος. » — (29) Diogenes Laertius III, 8 μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. Τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ' Ἡράκλειτον, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. Apulejus doct. Plat. I, 1 Nam quamvis de diversis officinis hæc ei essent philosophiæ membra suscepta, naturalis ab Heracliticis, intellectualis a Pythagoreis atque moralis ex ipso Socratis fonte : unum tamen ex omnibus et quasi proprii partus corpus effecit. Hesychius Milesius : Οὗτος μῖξιν ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων, Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. Τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ' Ἡράκλειτον, τα δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. Apulejus Flor. 2 extr. Porro noster Plato nihil ab hac secta vel paululum devius pythagorissat. Aristoteles Metaph. I, 6 μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν. Ἐκ νέου τε γὰρ συγγενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλειτείαις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν καὶ ὕστερον οὕτως ὑπέλαβεν. Σωκράτους δὲ περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐθέν, ἐν μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος καὶ περὶ ὁρισμῶν ἐπιστήσαντος πρώτου την διάνοιαν, ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος διὰ τὸ τοιοῦτον ὑπέλαβεν ὡς περὶ ἑτέρων τοῦτο γινόμενον καὶ οὐ τῶν αἰσθητῶν τινος· ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὸν κοινὸν ὅρον τῶν αἰσθητῶν τινος, ἀεί γε μεταβαλλόντων. Οὗτος μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα· κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων τοῖς εἴδεσιν. Τὴν δὲ μέθεξιν τοὔνομα μόνον μετέβαλεν· οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι μιμήσει τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν, Πλάτων δὲ μεθέξει, τοὔνομα μεταβαλών. Τὴν μέντοι γε μέθεξιν ἢ τὴν μίμησιν, ἥτις ἂν εἴη τῶν εἰδῶν, ἀφεῖσαν ἐν κοινῷ ζητεῖν. Ἔτι δὲ παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ εἴδη τὰ μαθηματικὰ τῶν πραγμάτων εἶναί φησι μεταξύ κτλ. Vid. Bonitzii Commentar. p. 86 seqq.

(30) Cf. Meurs. Opp. ed. Lam. T. VI p. 447; Voss. Histor. gr. II, 6 p. 479; Fabric. Bibl. græc. IV, 22, 1; Sevin in *Memoires de l'Académie des inscriptions et belles-lettres* 1732, Tom. X p. 89-97; Hepke de philosophis qui Romæ docuerunt. Berol. 1842. 8 p. 56; Muller Fragm. hist. gr. T. III p. 501-504; Martin. ad Theon. Smyrn. de Astron. p. 69-72; C. Fr. Hermannus in disputatione de Thrasyllo grammatico et mathematico. Gottingæ 1852 et nos ad Democriti fragm. p. 95-106. — (31) De hoc Juvenalis scholiasta ad Sat. VI, 574 ait : Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicæ sectæ ac deinde mathesi, qua præcipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore ejusdem artis familiariter vixit : quem postea Tiberius in insula Rhodo præcipitare voluit in pelagum quasi conscium promissæ dominationis. Quem dolum quum præsensisset, fugit. Tacitus Ann. VI, 20-21 scientia Chaldæorum artis, cujus apiscendæ etiam apud Rhodum magistrum Thrasyllum habuit, peritiam ejus hoc modo expertus. Quotiens super tali negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. Is litterarum ignarus, corpore valido, per avia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset, et regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subjectum mare præcipitabat, ne index arcani exsisteret. Igitur Thrasyllus iisdem rupibus inductus, postquam percunctantem commoverat, imperium ipsi et futura sollerter patefaciens, interrogatur, an suam quoque genitalem horam comperisset : quem tum annum, qualem diem haberet? Ille, positus siderum ac spatia dimensus, hærere primo, dein pavescere, et quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo exclamat, ambiguum sibi ac prope ultimum discrimen instare. Tum complexus eum Tiberius, præscium periculorum et incolumem fore gratatur; quæque dixerat oraculi vice accipiens inter intimos amicorum tenet. Suetonius vit. Tiber. c. 14 Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiæ professorem contubernio admoverat, tum maxime expertus est affirmantem, nave provisa gaudium afferri, quum quidem illum, durius et contra prædicta cadentibus rebus, ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatur una, præcipitare in mare destinasset. Idem c. 62. Quod nisi eum et mors prævenisset, et Thrasyllus consulto, ut ajunt, differre quædam, spe longioris vitæ, compulisset plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur. Idem vit. Octav. c. 98 versum, compositum ex tempore, clare pronuntiavit : κτιστοῦ δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον. Conversusque ad Thrasyllum, Tiberii comitem, contra accubantem et ignarum rei, interrogavit, cujusnam poetæ putaret esse : quo hæsitante, subjecit alium : ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον; ac de hoc quoque consuluit : quum ille nihil aliud responderet, quam, cujuscunque essent, optimos esse : cachinnum sustulit atque in jocos effusus est. Idem vit Calig. c. 19 quod Thrasyllus, mathematicus, anxio de successore Tiberio et in verum nepotem proniori, affirmasset, non magis Cajum imperaturum, quam per Baja-

dem viri docti animadverterunt. Is enim Platonis pariter ac Democriti (32) scripta in tetralogias digessit. Quod ipsum testatur Diogenes Laertius lib. IX, 45 his verbis : τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὡσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Quippe ut in eo opere cui indicem fecerat τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων teste Diogene lib. IX, 41 et 45 de Democriti vita et ingenii monumentis disputaverat : ita eum in alio volumine de Platone copiose dixisse probabile est. Cæterum non antiquiorem Thrasyllum a Laertio significari, e pluribus patet erroribus, in quos non incidisset, si aut vivendo attigisset Democritum, aut saltem prior ætate fuisset. Inter hos errores numeramus et eum, quod de temporis spatio, quo vixerit Democritus, falsa tradidit, et quod de Anterastis ita judicavit, ut neque, sintne Platonis an non sint exploratum ei fuisse appareat, neque quibus argumentis Democrito in hoc dialogo locum vindicaverit, satis intelligatur. Sed de utroque lapsu jam alibi disseruimus (33). Quæ quum ita sint, tamen ne Thrasyllus quidem nobis despiciendus est, qui in conficiendo et Platonis et Democriti scriptionum elencho antiquiores videtur auctores secutus. Quod ut credam, pluribus adducor rationibus.

Ac primum quidem Thrasyllus apud Diogenem lib. III, 56 affirmat, Platonem libros suos ita dedisse foras, ut tragicorum poetarum tetralogias imitaretur, vel ut verba græca ponam : Θρασύλλος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους (34). Thrasyllus igitur opinabatur, quemadmodum tragici Græcorum poetæ in publicis ludis ac certaminibus de palma inter sese certantes compositis quattuor fabulis in publicum prodire solebant, sic Platonem non singulos, sed quaternos dialogos argumento plerumque cohærentes emisisse. Atqui si eodem Diogene (35) auctore nonnulli, in quibus Aristophanes grammaticus fuit, dialogos Platonicos magnam partem (36) in trilogias descripserunt a republica incipientes, ex qua cum Timæo et Critia prima classis constaret, alii contra mutato ordine ac diversissimis rationibus operum Platonicorum classes constituerunt, hoc inter cæteros et Thrasyllum interesse judicandum est, quod cæteri quidem ad libidinem aliter atque aliter vel ipsius materiæ, vel rerum tractationis, vel scribendi generis habita ratione Platonis scripta distribuerunt, hic autem singulis quas condidisse fertur classibus quattuor assignans dialogos ipsumque Platonem opera sua κατὰ τετραλογίαν publicasse contendens, non tam novi quid invenit, quam quod a veteribus acceperat intactum reliquit. Neque

---

num sinum equis discursurum. Notandum vero, Thrasyllum proximo ante Tiberii obitum anno Tauro et Libone Coss. debitum naturæ reddidisse, quum fatalem sibi horam ex astris auguratus esset. Dio Cassius LVIII, 27 τότε μὲν γὰρ ὁ Θράσυλλος, τῷ δ' ἐπιόντι ἦρι ἐκεῖνος ἐπί τε Γναίου Πρόκλου καὶ ἐπὶ Ποντίου Νιγρίνου ὑπάτων ἐτελεύτησε. Idem Tacito et Suetonio consentanea refert lib. LV, 11 αὐτός τε γὰρ ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ὢν καὶ Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων, πάντα καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐκείνοις πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο· καὶ λόγος ἔχει, ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐπεὶ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνῄδει, ὤσειν, ὡς εἶδεν αὐτὸν τὸν ὑφορμίσαντα, ἤρετο διὰ τί συννένοφεν, εἰπόντος δὲ κίνδυνόν τινα ὑποπτεύειν, θαυμάσας οὐκέτ' αὐτὸ ἐποίησεν. Οὕτω γάρ που πάντα ἐκεῖνος σαφῶς ᾔδει, ὥστε καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς εἰς Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρά τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον, πόῤῥωθεν κατιδὼν προσπλέον προειπεῖν αὐτῷ ὃ ἀγγέλλειν ἔμελλεν. Cf. Crameri Anecd. Par. T. II p. 277. Ejusdem Thrasylli filium Neronis imperium prædixisse Tacitus narrat Annal. VI, 22. Nominis varia scriptura apud Græcos est. A Latinis constanter Thrasyllus appellatur. Adde locis supra allatis hunc Juvenalis versum Sat VI, 575 : Non ibit pariter numeris revocata Thrasylli. Græce autem qui Θράσυλλος dicitur, eundem licet Θρασύλον vocare et Θ[illegible]. Vide C. Keilium doctissime de hoc nominum genere disserentem in spec. onomatolog. gr (Lipsiæ 1840) pag. 68 et quos ibi excitat veterum scriptorum explicatores. Nam, ut unum hujusmodi nomen præterea proferam, notissimæ sunt variæ ejusdem vocabuli formæ Βάθυλλος, Βαθύλος, Βαθύλαος. Cf. Demosth. πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ προικὸς μητρῴας pag. 1009, 26 Steph. (pag. 265 ed Bekker). Anthol. Pal. 7, 30. Athen. I p. 20. D. Alciph. III, 68, 6. Hinc efficitur, errasse Huebnerum qui in Diogenis Laertii editione ubique scripsit Θρασύλος pro Θράσυλλος, fisus Ambrosiana Diogenis translatione laudatoque Boissonadio ad Aristæneti epist. p. 441. Vide ejus adn. ad Diog. lib. III, 1 ; IX, 41, ubi codd. Θράσυλλος habent, et ad III, 56 ubi cunctæ membranæ in scriptura Θρασύλαος consentiunt. — (32) Vid. Phil. Gr. Fragm. Vol. I pag. 337. — (33) Democriti Abderitæ fragm. p. 10-24, 54 seqq. — (34) Bœckhius Ind. lectt. Berol. 1841, 42 pag. 4 : « ἐκδοῦναι αὐτὸν, inquit, *refertur ad Platonem; Thrasyllus tamen hæc de se, non de Platone dixerat; ipse enim Thrasyllus hunc instituerat dialogorum ordinem.* » Sed hæc explicatio grammaticæ legibus repugnat, nisi forte scriptor inepte locutus est. Vid. Matthiæ Gramm. gr. § 536. not. — (35) Diogenes Laertius lib. III, 61 . ἔνιοι δέ, ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός, εἰς τριλογίας ἕλκουσι τοὺς διαλόγους. Καὶ πρώτην μὲν τιθέασιν, ἧς ἡγεῖται Πολιτεία, Τίμαιος, Κριτίας· δευτέραν, Σοφιστής, Πολιτικός, Κρατύλος· τρίτην, Νόμοι, Μίνως, Ἐπινομίς· τετάρτην, Θεαίτητος, Εὐθύφρων, Ἀπολογία· πέμπτην, Κρίτων, Φαίδων, Ἐπιστολαί· τὰ δ' ἄλλα καθ' ἓν καὶ ἀτάκτως. Ἄρχονται δὲ οἱ μὲν ὡς προείρηται ἀπὸ τῆς Πολιτείας· οἱ δ' ἀπὸ Ἀλκιβιάδου τοῦ μείζονος· οἱ δ' ἀπὸ Θεάγους· ἔνιοι δὲ Εὐθύφρονος· ἄλλοι Κλειτοφῶντος· τινὲς Τιμαίου· οἱ δ' ἀπὸ Φαίδρου· ἕτεροι Θεαιτήτου· πολλοὶ δὲ Ἀπολογίαν τὴν ἀρχὴν ποιοῦνται. — (36) Non omnes Platonis libros hac lege diviserunt, sed quum quindecim ejus volumina quinque trilogiis complexi essent, reliquæ

enim dubium est, quin multi alii eandem dividendorum Platonis operum viam rationemque probarint. Nam etiamsi Diogenes (37) ait, a Thrasyllo primam ob argumenti similitudinem eam poni tetralogiam, qua ostendere velit, qualis philosophi vita esse debeat, atque idcirco Thrasyllus videri potest non servasse receptum dialogorum ordinem, sed quodammodo mutasse, tamen e verbis, quæ lib. III, 61 indici librorum Platonicorum ad Thrasyllum auctorem relato subjungit, καὶ οὗτος μὲν οὕτω διαιρεῖ, καί τινες *atque is quidem sic dividit et* (alii) quidam (pari modo distribuunt), cogi oportet, præter Thrasyllum alios quoque eodem modo libros Platonicos ordinasse. Huc accedit gravissima Varronis auctoritas, qui de ling. lat. lib. VII, 37 Phædonem spectans citat Platonem in quarto (38). Est autem in Thrasylli classibus Phædon quartus primæ tetralogiæ dialogus. Inde probabilis ducitur conjectura, Platonis librorum ordinem qui Thrasyllo tribuitur, et qui nunc quoque in plerisque codd. manu exaratis reperitur, jam ante Thrasyllum non tantum Varroni, sed omnibus fuisse notum, ita ut solus librorum numerus ad designandos singulos dialogos sufficeret. Jam si recte argumentamur, cum ea quam modo pronuntiavimus sententia fortasse sic conjungi potest quod memoriæ prodit Thrasyllus, Platonem opera sua κατὰ τετραλογίαν foras dedisse, ut dicamus Thrasyllum, quum a veteribus accepisset, a Platone nonnullos dialogos κατὰ τετραλογίαν divulgatos esse, quumque eum quem Varro et reliqui omnes noverant dialogorum Platonicorum ordinem in membranis invenisset, hac servata librorum serie suas tetralogias constituisse. In his tetralogiis negari nequit quin quædam sint Platone non indignæ, veluti prima et secunda, quarum illa ex Euthyphrone, Apologia Socratis, Critone et Phædone composita est, hæc ex Cratylo, Theæteto, Sophista et Politico constat; sed plerasque omnes minus bene materiæ similitudine esse partas, quasdam etiam vix ferendas videri, perspicuum est. Sed enim, si primam tetralogiam cum secunda comparamus, jam hæc nascitur difficultas, quod Cratylus et Theætetus temporis ordine Euthyphronem præcedunt, id quod facile est ad intelligendum Cratyli finem cum Theæteti argumento, ac Theæteti finem cum Euthyphronis initio conferenti. Neque vero diffiteor, referri Theætetum ad Sophistam, omninoque, si unius materiæ, non temporis ducatur ratio, Cratylum, Theætetum, Sophistam et Politicum justam haberi posse tetralogiam. Quodsi Thrasylli tetralogiæ unam nobis hanc utilitatem afferunt, quod nunc quoque videmus, quo ordine jam ante ipsius ætatem Platonis scripta in vulgatis exemplaribus fuerint, quæritur, unde ortus sit hic ordo quo in universum non minus temporis quam materiæ ratio negligitur. Hujus originem inde repetendam reor, quod Plato quem verisimile est ante Socratis mortem et majora quæ suscepit itinera, nihil quod litteris consignasset, emisisse, forsitan omnium prima ingenii sui monumenta junctim ediderit Euthyphronem, Socratis Apologiam, Critonem et Phædonem, ut gratissimum erga præceptoris manes animum testificaretur, neve posteras gentes (æquales enim omnes sciebant) ignorare sineret, quæ causa mortis et qualis ipsa mors Socratis fuisset. Quæ res nescio an effecerit, ut, quoniam primi, quos Platonem edidisse opinor, dialogi numero quattuor sunt, quumque fieri queat, ut postea quoque aliquando quattuor dialogos una vulgaverit, incertus rumor ad posteros serperet, Platonem opera sua omnia κατὰ τετραλογίαν in lucem protulisse. Enimvero huic opinioni non obstat, quod inter Platonicos qui exstant dialogos nonnulli reperiuntur longe illis quattuor et rudiores et imperfectiores, quos ante illos a philosopho scripto mandatos esse a verisimilitudine non abhorret, et quod multi tam argumento quam tempore scripta sine ordine posuerunt.

— (37) Diogenes Laertius lib. III, 57 : πρώτην μὲν οὖν τετραλογίαν τίθησι τὴν κοινὴν ὑπόθεσιν ἔχουσαν· παραδεῖξαι γὰρ βούλεται, ὁποῖος ἂν εἴη ὁ τοῦ φιλοσόφου βίος. — (38) Optimi codd. locum sic exhibent : *Plato in quarto de fluminibus apud inferos quæ sint, de his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo græca.* In nonnullis legitur : *Plato in* IIII *de fl.* etc. Muellerus e Scioppii conjectura edidit : « *Plato in quattuor fluminibus apud inferos quæ sint, in his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo græca,* » testem adhibens Platonem Phædone p. 112 multa fabulose de quattuor illis fluminibus narrantem. At vereor, ne Muellerus Platonem ipsum hic non inspexerit, neve cum Scioppio initium quod integrum est, male tentaverit, haud levi mendo in mediis verbis relicto. Nimirum quattuor illa flumina apud Platonem l. c. sunt Oceanus, Acheron, Pyriphlegethon et Styx sive Cocytus. Ait enim scriptor, ut bene Wyttenbachius interpretatur, postremum cognominari (ἐπονομάζεσθαι) Stygem, proprium autem ei nomen esse (ὄνομα δὲ τούτῳ ἐστί) Cocytum. Tartarum vero Plato perhibet esse hiatum, in quem fluvii omnes confluant et unde rursus effluant (εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα συῤῥέουσί τε πάντες οἱ ποταμοὶ καὶ ἐκ τούτου πάλιν ἐκρέουσιν). Itaque Varronis verba in hunc modum emendo : *Plato in quarto de fluminibus apud inferos loquens hiatum, in quem se effundunt*, Tartarum appellat; quare *Tartari origo græca.*

(38) Diogenes Laertius lib. III, 57 εἰσὶ τοίνυν, φησὶν (ὁ Θράσυλλος), οἱ πάντες αὐτῷ γνήσιοι διάλογοι ἓξ καὶ πεντήκοντα, τῆς μὲν πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης, τῶν δ᾽

pra not. 27. — (110) David. Proleg. in Aristot Categ. in Scholl. Aristot. pag. 23 ed. Brandis. ἕβδομος τρόπος τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων ὁ ὀνομασθεὶς ἀπό τινος συμβεβηκότος ὡς οἱ Περιπατητικοὶ ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος κατὰ περίπατον τὴν συνουσίαν ποιουμένου διὰ τὸ ἅμα τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα γυμνάζειν. Καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀναχωρήσαντος διαδέχεται τὴν σχολὴν αὐτοῦ Σπεύσιππος ὁ υἱὸς τῆς Πρωτώνης (leg. Ποτώνης) ἀδελφῆς τοῦ Πλάτωνος· οὐκ ἐτύγχανε γὰρ τηνικαῦτα παρὼν ὁ Ἀριστοτέλης· μετασταλεὶς γὰρ ἦν ὑπὸ Φιλίππου ἐν Μακεδονίᾳ ἐπὶ τὸ παιδεῦσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, ὃν παραλαβὼν οὕτως ἐπαίδευσε τὴν βασιλικὴν ἐπιστήμην ὡς ἐπιλέγειν τὸν Ἀλέξανδρον, ἡνίκα μηδὲν ὠφέλησεν, ὅτι σήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, οὐδένα γὰρ εὐεργέτησα. Καί ποτε τοῦ Ἀριστοτέλους εἰπόντος ὅτι ἄπειροι κόσμοι κατὰ Δημόκριτον, ἐπιδακρῦσαί φασι τὸν Ἀλέξανδρον εἰπόντα «οὐδ' ἑνὸς ὅλου κόσμου ἠδυνήθην ἐπικρατῆσαι.» Ἐκεῖθεν δὲ ὑποστρέψας ὁ Ἀριστοτέλης διαδέχεται τὴν σχολὴν τοῦ Σπευσίππου σὺν Ξενοκράτει, καὶ ἀμφότεροι ἐλέγοντο Περιπατητικοὶ τοῖς τόποις διαφέροντες· οἱ μὲν γὰρ ἐκαλοῦντο Λύκειοι Περιπατητικοὶ ὡς οἱ Ἀριστοτελικοί, οἱ δὲ Ἀκαδημιακοὶ Περιπατητικοὶ οἱ τοῦ Ξενοκράτους. Τῷ χρόνῳ δέ, οἷα συμβαίνει, ἐξέλιπε μὲν τὸ ὄνομα τοῦ τόπου καὶ ἐκαλοῦντο Περιπατητικοὶ χωρὶς τοῦ Λύκειοι οἱ Ἀριστοτελικοί, τῶν δὲ Ξενοκρατείων ἐξέλιπε τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα καὶ ἐκαλοῦντο Ἀκαδημιακοί. Περιπατητικοὶ οὖν ἐκαλοῦντο οὐχ ὅτι κατὰ περιπάτους ἐξηγοῦντο, ἀλλ' ὅτι διεδέξαντο τὴν σχολὴν τοῦ Πλάτωνος διὰ τοῦ Σπευσίππου κατὰ περιπάτους ποιουμένου τὰς ἐξηγήσεις. Philoponus in Aristot. Categ. init. in Scholl. Aristot. pag. 35 ed. Brandis ἐπειδὴ γὰρ ὁ Πλάτων ἐξηγούμενος ἐβάδιζε, θέλων τὸ ἑαυτοῦ σῶμα γυμνάζειν ὡς ἂν μὴ ἀσθενέστερον γεγονὸς ἐμποδὼν γένοιτο ταῖς ψυχικαῖς ἐνεργείαις, οἱ διαδεξάμενοι αὐτὸν ὠνομάσθησαν οὕτως, οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου. Διεδέξαντο δὲ ὁ Ξενοκράτης καὶ ὁ Ἀριστοτέλης, ὧν ἐν Λυκείῳ μὲν ἐπαίδευσεν Ἀριστοτέλης, ὁ δὲ Ξενκοκράτης ἐν Ἀκαδημίᾳ· ὕστερον δὲ τοῖς μὲν ὁ τόπος ἐξέλιπε, καὶ ὠνομάσθησαν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τοῦ διδασκάλου Περιπατητικοί, τοῖς δὲ ἡ ἐνέργεια, καὶ ὠνομάσθησαν ἀπὸ τοῦ τόπου Ἀκαδημαϊκοί. — (111) Cf. Plato de Republ. VII pag. 521 sqq. Plotinus Ennead. lib. I p. 20. F. (p. 42 ed. Creuzer.) Ὁ δὲ φιλόσοφος τὴν φύσιν ἕτοιμος οὗτος καὶ οἷον ἐπτερωμένος, καὶ οὐ δεόμενος χωρίζεσθαι, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οὗτοι, κεκινημένος πρὸς τὸ ἄνω. Ἀπορῶν δὲ τοῦ δεικνύντος δεῖται μόνον. Δεικτέον οὖν καὶ λυτέον βουλόμενον καὶ αὐτὸν τῇ φύσει καὶ πάλαι λελυμένον. Τὰ μὲν δὴ μαθήματα δοτέον πρὸς συνεθισμὸν κατανοήσεως καὶ πίστεως ἀσωμάτου. Καὶ γὰρ ῥᾳδίον (leg. ῥᾳδίως) δέξεται, φιλομαθὴς ὤν, καὶ φύσει ἐνάρετον τὸ πρὸς τελείωσιν ἀρετῶν ἀκτέον. Καὶ μετὰ τὰ μαθήματα λόγους διαλεκτικοὺς δοτέον, καὶ ὅλως διαλεκτικὸν ποιητέον. De artium mathematicarum studiis, quæ in Academia viguerunt, tractavit Syrianus Comment. in Aristot. Met. lib. XII pag. 56 sqq. interp. lat. Venet. 1558. De mathematicæ autem principiis pauca e Speusippi libris excerpta reperiuntur apud Proclum Diadochum in prim. Euclid. element. lib. II, 8 p. 22 ed. Basil. 1533, pag. 45 interp. lat. Patav. 1560. Vid. fragm. 229. — (112) Plato Phædr. pag. 266 b. τούτων δὴ ἔγωγε αὐτός τε ἐραστής, ὦ Φαῖδρε, τῶν διαιρέσεων καὶ συναγωγῶν, ἵν' οἷός τε ὦ λέγειν τε καὶ φρονεῖν κτλ. Id. Sophist. p. 253. D. τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μήτε ταὐτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι, μήτε ἕτερον ὂν ταὐτόν, μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι; Dionysius Halicarnassensis Art. rhetor. XI, 7 Vol. V pag. 407 ed. Reisk. ἡ γὰρ τέχνη τῆς διαιρέσεως, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, διαιρέσεις καὶ συναγωγαί, δεῖξαι τὰ εἴδη πόσα ἐστὶ καὶ πόσας ἔχει τομάς, καὶ πάντα συναγαγεῖν εἰς ταὐτό. Τοῦτο γάρ ἐστι διαιρέσεως τεχνης, ἓν πολλά, πολλὰ ἕν. Alexander Aphrodisiensis Polegg. in Aristot. top. pag. 3 [cf. Scholl. Arist. pag. 251 ed. Brandis.] τὴν μὲν πρόθεσιν τὴν κατὰ τὴν τοπικὴν πραγματείαν, καὶ πρὸς πόσα τε καὶ τίνα χρήσιμός ἐστι τῷ φιλοσόφῳ ἥδε ἡ μέθοδος, καὶ τί τὸ τέλος αὐτῆς, αὐτὸς λέγει, τὸ μὲν ἀρχόμενος εὐθὺς τὸ δὲ ὀλίγον προελθών, δι' ὧν γνώριμον ποιεῖται ὅτι καὶ τοῖς προηγουμένως φιλοσοφοῦσιν ἀξία σπουδῆς ἡ διαλεκτικὴ πρὸς τὴν εὕρεσιν τῆς ἀληθείας αὐτῆς συντελοῦσα, ὃ τέλος ἐστὶ τῆς φιλοσόφου θεωρίας. Ἡμᾶς δὲ καλῶς ἔχει προειδέναι ὅτι τὸ τῆς διαλεκτικῆς ὄνομα οὐκ ἐπὶ ταὐτὸν σημαινόμενον πάντες οἱ φιλόσοφοι φέρουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ὁριζόμενοι τὴν διαλεκτικὴν ἐπιστήμην τοῦ εὖ λέγειν ὁρίζονται, τὸ δὲ εὖ λέγειν ἐν τῷ ἀληθῆ καὶ προσήκοντα λέγειν εἶναι τιθέμενοι, τοῦτο δὲ ἴδιον ἡγούμενοι τοῦ φιλοσόφου κατὰ τῆς τελεωτάτης φιλοσοφίας φέρουσιν αὐτό, καὶ διὰ τοῦτο μόνος ὁ φιλόσοφος κατ' αὐτοὺς διαλεκτικός. Πλάτων δὲ τὴν διαιρετικὴν μέθοδον ἐξυμνῶν καὶ θριγκὸν αὐτὴν φιλοσοφίας λέγων, ταύτης δὲ θέμενος ἔργον εἶναι τὸ δύνασθαι τό τε ἓν πολλὰ ποιεῖν καὶ τὰ πολλὰ εἰς ἓν συνάγειν, ὅπερ ἂν εἴη ἴσον τῷ τὰ γένη δύνασθαι διαιρεῖν εἰς εἴδη, καὶ εἰς τὰ ὑπὸ ταῦτα καὶ πάλιν τὰ ἄτομα συντιθέναι τε καὶ εἰς ἓν γένος ἀνάγειν τε καὶ συγκεφαλαιοῦσθαι, τὴν αὐτὴν ταύτην καὶ διαλεκτικὴν καλεῖ. Io. Philoponus ad Aristot. Analytt. post II, 5 fol. 78. b. [in Scholl. Arist. pag. 243. a. ed. Brandis] οἱ περὶ Πλάτωνα ἐπειρῶντο διὰ τῆς διαιρετικῆς μεθόδου συλλογίζεσθαι καὶ ἀποδεικνύειν τόδε ὁρισμὸν εἶναι τοῦδε, λέγοντες ὡς εἰ ὁ ὁρισμὸς ἐκ γένους καὶ συστατικῶν διαφορῶν σύγκειται, ἐδείξαμεν διὰ τῆς διαιρετικῆς καὶ τὸ ζῶον ὑπάρχειν τῷ ἀνθρώπῳ, ἑκάστην διαφοράν, ἤγουν τὸ πεζὸν καὶ τὸ δίπουν ὁρισμὸν εἶναι τοῦ ἀνθρώπου. —

perspexerimus, rerum investigationem comparationemque certis definitionibus præferens (113). Etsi vero omnem divisionem ac definitionem refellere videbatur, tamen rerum multitudinem ita digerendam esse ratus, ut similia similibus jungerentur, multo plura quam Plato vel scientiæ pervestigatione vel disserendi ratione comprehendit.

Quocirca quod præclare Cicero ait, omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habere quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se contineri (114) : id, si credimus Diodoro in Commentariis, primus perspexit Speusippus (115). Verum quemadmodum multa diligentius cognovit, de iisque subtilius scripsit, quam Plato : sic non pauca quæ ipse intacta dimisisset aliorum ingeniis expolienda et accuratiore consideratione perspicienda reliquit (116). De reliquo quum aliæ res sub sensus caderent, aliæ mente cernerentur, harum judicem esse dixit Speusippus rationem scientia præditam, illarum vero observationem subtilem. Atque hanc observationem subtilem putavit esse participem veritatis rationi consentaneæ. Ut enim tibicinis aut psaltæ digiti artis factitandæ facultatem habent, non in ipsis quidem præcipue consummatam, sed exercitationibus rationi convenientibus perfectam : atque ut musici sensus facultatem habet percipiendi congruentis ac discrepantis concentus, non nativam quidem, sed rationi convenienter adeptam; ita etiam subtilis observatio secundum naturam ratione magnum rerum incorrupte judicandarum usum consequitur (117). Sed haud scio an Speusippus multo plus sensibus quam magister tribuerit. In principiis rerum exponendis ab ideis Platonicis discessit, initia simplicissima rerumque varietati accommodata commentus. Sumebat videlicet Speusippus cum Pythagoreis, decem esse rerum principia, quibus opposita decem altera ex parte responderent, ita ut duplex inde principiorum ordo sive συστοιχία oriretur. Quod his verbis testatur Aristoteles Metaph. I, 5 ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας καὶ ἄπειρον, περιττὸν καὶ ἄρτιον, ἓν καὶ πλῆθος, δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, ἠρεμοῦν καὶ κινούμενον, εὐθὺ καὶ καμπύλον, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακόν, τετράγωνον καὶ ἑτερόμηκες. Principia autem non, ut Plato, sola mente intelligi, sed sensibus percipi posse censuit. Quum ergo unum in bonorum numero reponat, placet ei bonum non esse rem solam per se, sed rerum multitudinem ejus unitate contineri. Quapropter Pythagoreorum dogma Speusippo probatum Platonis decreto antefert Aristoteles, quia omnia bona ad unum bonum, quod est in rebus humanis referebant, non ad unam illam boni speciem, quæ ab omni concretione mortali segregata est (118).

Ad hæc Speusippus ait, voluptatem, etsi oppositam dolori, qui sit malum, ideo tamen non esse bonum; nam sicut voluptas et dolor opposita sint bono, ita et majus et minus opposita esse æquali : non tamen majus, oppositum minori quod sit inæquale, per se jam æquale fieri. Hanc solutionem Aristoteles non admittit, quia sequeretur, voluptatem esse malum, quum voluptas et dolor bono sint opposita. Huc accedit Gellii auctoritas, qui Noct.Attic. IX, 5 ita scribit : « Speusippus vetusque omnis Academia voluptatem et dolorem duo mala esse dicunt opposita inter sese, bonum tamen esse quod utriusque medium foret. » Ubi apparet voluptatem hilarem animi corporisque affectionem appellari, contra dolorem utriusque cruciatum intelligi, quorum medium statuunt firmam corporis constitutionem, quam Galenus lib. I de morb. cogn. sanitatem definit (119).

(113) Vid. fragm. 204. 205. 206. — (114) Cicero pro Arch. poet. cap. 1. — (115) Diogenes Laertius IV, 2 οὗτος πρῶτος, καθά φησι Διόδωρος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ, ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐθεάσατο τὸ κοινὸν καὶ συνῳκείωσε καθόσον ἦν δυνατὸν ἀλλήλοις. At Cicero Platonem ipsum jam ita judicasse auctor est. Nam de orat III, 6 Est etiam, inquit, illa Platonis vera et tibi, Catule, certe non inaudita vox : omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri; ubi enim perspecta vis est rationis ejus, qua causæ rerum atque exitus cognoscuntur, mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur. » Erunt fortasse qui huc trahant Platonis verba de Rep VII pag. 531. D. εἰκός γ', ἔφη. Οἶμαι δέ γ', ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ τούτων πάντων ὧν διεληλύθαμεν μέθοδος ἐὰν μὲν ἐπὶ τὴν ἀλλήλων κοινωνίαν ἀφίκηται καὶ ξυγγένειαν, καὶ συλλογισθῇ ταῦτα ᾗ ἐστιν ἀλλήλοις οἰκεῖα, φέρειν τι αὐτῶν εἰς ἃ βουλόμεθα τὴν πραγματείαν, καὶ οὐκ ἀνόητα πονεῖσθαι· εἰ δὲ μή, ἀνόητα. Sed planius atque apertius hoc dicitur in Epinomide, incerti scriptoris libro, pag. 992. A. δεσμὸς γὰρ πεφυκὼς πάντων τούτων εἷς ἀναφανήσεται διανοουμένοις. Id saltem apparet Speusippum et Xenocratem viam Platonis vestigiis tritam longius esse progressos. De Xenocrate vide Sextum Empiricum adv. Math. VII, 16. — (116) Proclus in Euclid. elem. lib III p. 50 ed. Bas. p. 102 int. lat. Vid. fragm. 230. — (117) Sextus Empiricus adv. Math. VII, 145-146 pag. 402 ed. Fabric. [pag. 223 ed. Bekker.] Vid. fragm. 203. —

(118) Aristoteles Ethic. Nicomach. I, 4 pag. 1096. B. ed. Bekker. Vid. fragm. 195. — (119) Aristot. Ethic. Nicomach. lib. VII cap. 14 p. 1153. B. ed. Bekker. Vid

Cæteroqui Speusippus, Aristotele teste, plures naturas ab uno orsus constituit, et principia uniuscujusque naturæ, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animi; atque hoc quidem modo extendit naturas. Constat enim Platonem omnem rerum varietatem in tria genera digessisse, quorum unum ideas, aliud formas geometricas cum numeris, tertium res sensibus subjectas complectitur. Hæc ita suspicamur auxisse Speusippum, ut quæ eidem generi subesse voluerat Plato, velut formas geometricas cum numeris, ea non solum aliter divisa novis generibus illustraret et partibus distribueret, sed suum cuique generi etiam principium assignaret (120).

In definienda boni natura ad Pythagoricorum placitum regressus a Peripateticis dissentit Speusippus. Docuit Aristoteles deum æternum et optimum hujus universitatis esse principium. Quo posito reprehendit tum Pythagoricos tum Speusippum, quod bonitatem et pulchritudinem a principio rerum segregandam et ad earum finem transferendam esse existimarint. Nempe illi in fraudem inciderunt singularum rerum consideratione decepti, quarum initia ac semina manca quidem atque imperfecta sunt, sed repetenda tamen e causis antecedentibus iisque perfectis. Neque vero propterea Speusippi sententia aspernanda est (121). Idem deum mentem nec uni nec bono æqualem, sed propriæ naturæ esse voluit (122). Ad hoc deum vim appellat eamque animalem, qua omnia regantur (123). Quid? quod animi naturam in forma rei quoquoversus per hanc universitatem intentæ et commeantis posuit (124). Animum de magistri sententia triplicem finxit, cujus principatum, id est rationem, in capite, tanquam in arce, posuit; et duas partes parere voluit, iram et cupiditatem : quas locis ita disclusit, ut iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locaret. Licet autem Plato animi partem ratione præditam solam immortalem esse duceret, reliquas duas morti addiceret : Speusippus tamen et Xenocrates totum animum corporis vinculis exsolutum sempiternum (125) fore dixerunt.

Sequitur, ut de ingenii monumentis quibus Speusippus nomen suum posteris commendavit, breviter dicamus. Librorum ejus duplex genus notatur, dialogi et commentarii sive ὑπομνήματα (126). E dialogis nescio an celeberrimus fuerit is qui Ἀρίστιππος inscribebatur. Commentariorum ejus ingens fuit varietas, quippe qui nunc Platonis nunc aliorum philosophorum (127) dogmata sive explicata (128) sive confutata (129), nunc philosophiæ formulam ab ipso Speusippo compositam continerent. Est autem credibile dialogos a Speusippo eleganter ad Platonis normam scriptos rerum et verborum copia abundasse, at ὑπομνήματα fuisse opuscula nondum ad editionem expolita. Ejusdem generis esse liquet volumina, quæ Commentariorum ordines (τάξεις ὑπομνημάτων) et Commentariorum dialogi (ὑπομνηματικοὶ διάλογοι) inscribebantur. Oportet enim intelligi dialogos ad commentariorum similitudinem accedentes, quibus scriptor extremam manum non imposuit (130). Scimus ὑπομνήματα vocari sæpenumero etiam accuratas et meditatas commentationes, sed Speusippeos illos dialogos cum hypomnematum turba libros ex tempore et negligenter scriptos fuisse nobis persuasimus (131). Reliqua quæ ad celebrandas Platonis laudes pertinent scripta, περίδειπνον vel ἐγκώμιον, item epigramma et epistolas jam supra attigimus. Subjiciamus nunc Speusippeorum voluminum enumerationem e Diogenis Laertii lib. IV, 4-5 depromtam :

(1) περὶ πλούτου, α'.
(2) περὶ ἡδονῆς, α'.
(3) περὶ δικαιοσύνης, α'.
(4) περὶ φιλοσοφίας, α'.
(5) περὶ φιλίας α'.
(6) περὶ θεῶν, α'.
(7) φιλόσοφος, α'.
(8) πρὸς Κέφαλον, α'.
(9) Κέφαλος, α.
(10) Κλεινόμαχος ἢ Λυσίας, α'.
(11) Πολίτης, α'.
(12) περὶ ψυχῆς, α'.

fragm. 196. — (120) Vid. fragm. 197. — (121) Aristoteles Metaph. XI, 7 pag. 1072. B. ed Bekker. Vid. fragm. 198. — (122) Stobæus Ecl. phys. et eth. lib. I cap. 2, 28 pag. 58 ed. Heeren. Vid. fragm. 200. — (123) Cicero de nat. deor. I, 13. — (124) Stobæus Eclog. phys. et eth. lib. I cap. 52 pag. 862 ed. Heeren. Vid. fragm. 201. — (125) Vide Olympiodori Commentarium ined. in Plat. Phædon. apud Victor. Cousin. in Journal des Savants 1835 pag. 145. — (126) Diogenes Laertius IV, 4 καταλέλοιπε δὲ πάμπλειστα ὑπομνήματα καὶ διαλόγους, ἐν οἷς καὶ Ἀρίστιππον τὸν Κυρηναῖον. — (127) Talem numeramus libellum περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν in Theologumenis Arithmeticæ citatum. — (128) Schol. cod. Reg. 1853 ad Aristot. de cœlo I, 10 pag. 489. a. ed. Brandis. ὁ Ξενοκράτης καὶ ὁ Σπεύσιππος ἐπιχειροῦντες βοηθῆσαι τῷ Πλάτωνι ἔλεγον ὅτι οὐ γεννητὸν τὸν κόσμον ὁ Πλάτων ἐδόξαζεν, ἀλλὰ ἀγέννητον, χάριν δὲ διδασκαλίας καὶ τοῦ γνωρίσαι καὶ παραστῆσαι αὐτὸ ἀκριβέστερον ἔλεγε τοῦτον γεννητόν. — (129) Huc referimus librorum indices πρὸς Κέφαλον, πρὸς Γρύλλον, πρὸς τὸν Ἀμάρτυρον. — (130) Cf. Wyttenbach. epist. ad Heusdium in Opusc. vol. II pag. 22 seq. — (131) Vide Stephani Thesaur. s. v. ὑπόμνημα.

13. πρὸς Γρύλλον, α.

(14) Ἀρίστιππος, α′.

(15) Τεχνῶν ἔλεγχος, α′.

(16) Ὑπομνηματικοὶ διάλογοι.

(17) Τεχνικόν, α′.

(18) Διάλογοι τῶν περὶ τὴν πραγματείαν ὁμοίων, α′, β′, γ′, δ′, ε′, ς′, ζ′, η′, θ′, ι′.

Amplissimum opus e decem libris compositum atque omnis generis similitudines complexum, cujus memoriam crebro usurpat Athenæus. Vid. fragm. 209-210. 211 et quæ sequuntur usque ad 225. Adde Suidam voc. πηνίον ubi restituendum est ἐν τῷ β′ pro ιβ′. Conf. Photii lexicon pag. 316. ed. Hermann.

(19) Διαιρέσεις καὶ πρὸς τὰ ὅμοια ὑποθέσεις.

(20) περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν παραδειγμάτων. De generibus et formis exemplorum. Huc spectat locus apud Simplicium in Aristotelis Categorias fol. 2. cf. Scholl. Arist. pag. 41 ed. Brandis. Vid. fragm. 208.

(21) πρὸς τὸν Ἀμάρτυρον.

Confer quæ dixi de Antisthenis disputatione πρὸς τὸν Ἰσοκράτους Ἀμάρτυρον in Philos. Græc. Vol. II pag. 270. Videtur enim eandem Isocratis orationem quæ Antistheni displicuit, Speusippus quoque composito libello exagitasse.

(22) Πλάτωνος ἐγκώμιον.

(23) Ἐπιστολαὶ πρὸς Δίωνα, Διονύσιον, Φίλιππον.

(24) Περὶ νομοθεσίας.

(25) Μαθηματικός.

(26) Μανδρόβουλος.

Cf. Lucian. merced. cod. 21. Alciphr. 1, 9. Zenob. 3, 82.

At codex Laurentianus LXIX præbet Ἀνδρόβουλος. Cf. Herodot. VII, 141. Res incerta est.

(27) Λυσίας.

(28) Ὅροι.

Definitiones, quæ ætatem tulerunt, in decem Platonis codicibus leguntur. Eorum unus Vindobonensis 32 titulum addit Ὅροι Σπευσίππου τοῦ Πλάτωνος recentiore manu scriptum, qui in reliquis membranis desideratur. Non audiendus est Ammonius in voce παίδευσις Platoni libellum hunc tribuens. Verba ejus sunt : παίδευσις καὶ παιδεία διαφέρει, ὥς φησι Πλάτων ἐν ὅροις. Παιδεία μὲν γάρ ἐστι δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς, παίδευσις δὲ παιδείας καὶ ἀρετῆς παράδοσις, καὶ ἐκ παιδὸς ἀρετῇ ἐπ' ἀρετὴν ὁδηγοῦσα. Nam etsi hæ definitiones e Platonis dialogis collectæ sunt, tamen Speusippus potius quam ipse Plato eas collegisse putari debet. Itaque sub Speusippi nomine jam pridem latine a se versas edidit Marsilius Ficinus. Vide Fabricii Bibl. Græc. Vol. III pag. 109 sq. et 187 ed. Harl.

(29) Τάξεις ὑπομνημάτων.

Omisit Diogenes Laertius libros πρὸς Κλεοφῶντα memoratos a Clemente Alexandrino Strom. lib. II pag. 367. a. ed. Sylburg. (132). Possis etiam Speusippi scriptis adjicere commentarium περὶ φιλοσόφων, cujus meminit Laertius lib. IX, 23 (133), nisi forte existimandum est, illud opus non fuisse diversum ab eo cui περὶ φιλοσοφίας titulus erat. Multa scripsisse Speusippum indicat etiam versuum numerus, e quibus ejus volumina constabant. Fuerunt igitur quadragies ter mille ducenti septuaginta quinque (134). Cæterum quæ horum librorum fragmenta ad nostram memoriam manserunt, omnia infra proponam.

Quamdiu per valetudinem licuit, videtur Speusippus scholæ Platonicæ præfuisse; sed postquam morbo articulari afflictus est, collegam atque adeo successorem circumspexit. Itaque Xenocratem peregrinantem per litteras adiit, cumque etiam atque etiam rogavit, ut academiæ regendæ provinciam depondituro sibi succederet (135). Successit Xenocrates Speusippo Lysimachide apud Athenienses prætore secundo Olympiadis 110 anno vel ante Chr. 339. Hæc animum inclinant, ut Speusippum etiam post illud tempus in vita mansisse credam, quando eum interdum plostello vectum Academiam visisse proditum est. Ibi accidisse ajunt, ut quum Diogeni Cynico aliquando obviam factus hominem inurbanum salvere jussisset, Cynicus ipsum ludibrio haberet. Respondit enim : *at tu ne salve, qui talem vitam degere sustineas*, hortatusque est, ut mortem ipse sibi conscisceret. Tum ille : *Non cruribus*, inquit, *vivimus*, *sed mente.* (136) Nihilominus postremo philosophum senio

(132) Vid. fragm. 193. — (133) Diogenes Laertius lib. IX, 23 ὥς φησι Σπεύσιππος ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων. — (134) Diogenes Laertius lib. IV, 5 στίχοι ,μ,γσ'ο'ε'. Ita enim emendo vulgatam scripturam μ'γ'δ'ο'ε'. Patet autem codicis Laurentiani monstra στίχοι μγ,κβ,δοε ferri nullo modo posse. —

(135) Diogenes Laertius lib. IV, 3 ἤδη δὲ ὑπὸ παραλύσεως καὶ τὸ σῶμα διέφθαρτο, καὶ πρὸς Ξενοκράτην διεπέμπετο παρακαλῶν αὐτὸν ἐλθεῖν καὶ τὴν σχολὴν διαδέξασθαι. Themist. orat. XXI pag. 255 ed. Petav. διὰ τοῦτο Σπεύσιππος ἐκ Χαλκηδόνος μετεπέμπετο Ξενοκράτην. Galenus de histor. phil. cap. 2 (tom. XIX pag. 226 ed. Kuhn) Σπεύσιππος μὲν οὖν χρόνον τινὰ βραχὺν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως διαμεμενηκώς, ἀρθριτικοῖς δὲ νοσήμασι περιπεσὼν Ξενοκράτην ἀντ' αὐτοῦ κατέστησε, τῶν Πλατωνικῶν δογμάτων ἐξηγητήν. Adde fragm. 189. 190. — (136) Diogenes Laertius lib. IV. 3 Φασὶ δὲ ἐφ' ἁμαξίου αὐτὸν φερόμενον εἰς τὴν Ἀκαδημίαν συναντῆσαι Διογένει καὶ Χαῖρε εἰπεῖν. τὸν δὲ φάναι, Ἀλλὰ μὴ σύ γε, ὅστις ὑπομένεις ζῆν τοιοῦτος ὤν. Stobæus Floril. CXIX, 17 Σπευσίππῳ παραλυθέντι τα

confectum et mœrore afflictum voluntaria morte obiisse narrant (137). Hanc narrationem verisimilem esse, nemo non videt. Quare Scaligero probatur ad Euseb. Chron. pag. 225 (138) et ab ipso Laertio carmine celebrata est, quod e Jacobsii emendatione (139) sic scribitur :

Ἀλλ' εἰ μὴ Σπεύσιππον ἐμάνθανον ὧδε θανεῖσθαι,
οὐκ ἂν ἔπεισέ μέ τις τόδε λέξαι,
ὡς ἦν οὐχὶ Πλάτωνι πρὸς αἵματος· οὐ γὰρ ἀθυμῶν
κάτθανεν ἂν διά τι σφόδρα μικρόν.

Memoria lapsus est Diogenes, qui famam etiam fuisse ait, Speusippum morbo pediculari consumtum esse atque ejus rei auctorem Plutarchum laudat. Nam tale quid apud Plutarchum neque in Lysandri neque in Sullæ vita, ut Diogenes vult, relatum legitur (140). Ut autem rebus commenticiis fidem adjungere non debemus : ita non audiendus est Tertullianus qui Apologet. cap. 46 : *audio*, inquit, *et quendam Speusippum de Platonis schola in adulterio periisse.* Tempus denique, quo ex hominum vita demigravit Speusippus, sine dubio ante tertium Olympiadis 111 annum vel ante Chr. 334 poni oportet, quo anno Aristoteles rursus Athenas habitatum concessit, et quum Xenocrates academiam regeret, in lyceo scholis apertis alter quasi Platonis successor nominari cœpit (141). Jam, ut pauca superioribus adjungamus, natura Speusippo corpus molle et fluidum (142) attribuit. Porro minus bene moratus fuit. Nam et iracundum et voluptarium fuisse hominem veteres testantur. Quo in genere Diogenes narrat, eum aliquando ira inflammatum caniculam suam in puteum abjecisse (143). Ipse quidem apud Clementem docet (144), si quis beatus esse velit, eum naturæ congruenter vivere debere ac si ad talem vitam simul virtutes adjecerit, beatum fore. Sed mihi mores philosophi nostri cum præceptis ejus contendenti vere videtur Corn. Nepos apud Lactantium divin. instit. lib. III cap. 15 de philosophorum vulgo judicasse. « Tantum abest, inquit, ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam beatæque vitæ perfectricem, ut nullis magis existimem opus esse magistros vivendi, quam plerisque qui in ea disputanda versantur. Video enim magnam partem eorum qui in schola de pudore et continentia præcipiant argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. » Neque tamen diffitendum est, Platonis disciplinam ad emendandos Speusippi mores multum valuisse, adeo ut omnibus artibus politus et facetus existimaretur. Citetur testis Dion qui Athenis Speusippi amicitia usus est discedensque ex illa urbe agrum antea emtum ei donavit (145).

Ad hæc quæ apud Hesychium exstant verba : Συβώτας· Σπεύσιππος ὁ φιλόσοφος· ζῷόν τι, a nemine probabiliter exposita, mutanda putamus in τροφίας· Σπεύσιππος ὁ φιλόσοφος· ζῷόν τι. Facile videlicet ΤΡΟΦΙΑΣ in ΣΥΒΩΤΑΣ abire poterat. Errorem autem non librariorum, sed ipsius Hesychii coarguimus, qui vocem mendose scriptam nec satis intellectam lexico suo inseruit. Quod superest, nemo Speusippum illud vocabulum usurpasse mirabitur qui Aristotelem etiam libro octavo historiæ animalium eo usum esse meminerit.

Frigidum nobis et jejunum videtur, quod Platonicus philosophus homini opulento qui deformem mulierem amaret, dixisse traditur : *Quid ista tibi opus est? ego tibi decem talentis formosiorem inveniam* (146).

σκέλη Διογένης ἐξαγαγεῖν αὐτὸν τοῦ βίου παρῄνει, ὁ δέ, οὐ τοῖς σκέλεσιν, ἔφη, ζῶμεν, ἀλλὰ τῷ νῷ. — (137) Diogenes Laertius IV, 3 καὶ τέλος ὑπὸ ἀθυμίας ἑκὼν τον βίον μετήλλαξε γηραιὸς ὤν. — (138) Cf. Petav. rat. tempor. lib. III, 13 pag. 162. — (139) Anthol. græc. VII, 101 pag. 293 ed. Dubner. — (140) Diogenes Laertius IV, 4 Πλούταρχος δέ φησιν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα φθειρσὶν ἐκζέσαι αὐτόν. — (141) David. Prolegg. in Aristot. Categ. pag. 24 ed. Brandis. ἐκεῖθεν δὲ ὑποστρέψας ὁ Ἀριστοτέλης διαδέχεται τὴν σχολὴν τοῦ Σπευσίππου σὺν Ξενοκράτει, καὶ ἀμφότεροι ἐλέγοντο Περιπατητικοὶ τοῖς τόποις διαφέροντες· οἱ μὲν γὰρ ἐκαλοῦντο Λύκειοι Περιπατητικοὶ ὡς οἱ Ἀριστοτελικοί, οἱ δὲ Ἀκαδημιακοὶ Περιπατητικοὶ οἱ τοῦ Ξενοκράτους. Τῷ χρόνῳ δέ, οἷα συμβαίνει, ἐξέλιπε μὲν τὸ ὄνομα τοῦ τόπου καὶ ἐκαλοῦντο Περιπατητικοὶ χωρὶς τοῦ Λύκειοι οἱ Ἀριστοτελικοί, τῶν δὲ Ξενοκρατείων ἐξέλιπε τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα καὶ ἐκαλοῦντο Ἀκαδημιακοί. — (142) Diogenes Laertius IV, 4 ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα διακεχυμένος, ὥς φησι Τιμόθεος ἐν τῷ περὶ βίων. —

(143) Diogenes Laertius lib. IV, 1 οὐ μὴν τό γε ἦθος διέμεινε τοιοῦτος (οἷος ὁ Πλάτων)· καὶ γὰρ ὀργίλος καὶ ἡδονῶν κρείττων ἦν. Φασὶ γοῦν αὐτὸν ὑπὸ θυμοῦ τὸ κυνίδιον εἰς τὸ φρέαρ ῥῖψαι. Suidas v. Σπεύσιππος· αὐστηρὸς τὴν γνώμην, εἰς ἄκρον ὀξύθυμος. —

(144) Clemens Alexandrinus Strom. lib. II pag. 418. d. ed. Sylburg. Σπεύσιππός τε, ὁ Πλάτωνος ἀδελφιδοῦς, τὴν εὐδαιμονίαν φησὶν ἕξιν εἶναι τελείαν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν, ἢ ἕξιν ἀγαθῶν· ἧς δὴ καταστάσεως ἅπαντας μὲν ἀνθρώπους ὄρεξιν ἔχειν, στοχάζεσθαι δὲ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς ἀοχλησίας. Εἶεν δ' ἂν αἱ ἀρεταὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀπεργαστικαί. Vid. fragm. 194. —

(145) Plutarchus Dion. cap. 17 Vol. VI p. 182 ed Hutten. ταῦτ' ἐπειρᾶτο ποιεῖν Πλάτων, καὶ Δίωνα τρέψας ἐπὶ φιλοσοφίαν, ἐν Ἀκαδημίᾳ συνεῖχεν· ᾤκει μὲν οὖν ἐν ἄστει παρὰ Καλλίππῳ τινὶ τῶν γνωρίμων· ἀγρὸν δὲ διαγωγῆς χάριν ἐκτήσατο, καὶ τοῦτον ὕστερον εἰς Σικελίαν πλέων Σπευσίππῳ δωρεὰν ἔδωκεν. Ὧι μάλιστα τῶν Ἀθήνησι φίλων ἐχρῆτο, καὶ συνδιητᾶτο, βουλομένου τοῦ Πλάτωνος ὁμιλίᾳ χάριν ἐχούσῃ, καὶ παιδιᾶς ἐμμελοῦς κατὰ καιρὸν ἁπτομένῃ κεραννύμενον ἀφηδύνεσθαι τοῦ Δίωνος τὸ ἦθος. Τοιοῦτος δέ τις ὁ Σπεύσιππος ἦν· ᾗ καὶ σκῶψαι ἀγαθὸν αὐτὸν ἐν τοῖς Σίλλοις ὁ Τίμων προσηγόρευσεν.

(146) Diogenes Laertius lib. IV, 4 οὗτος, φησὶ (Τιμό-

Præter hunc alter quoque Speusippus ingenuis artibus inclaruit. Fuit enim ejusdem nominis medicus, Herophili sectator, Alexandrinus (147).

Sed hæc hactenus; jam ad ipsa Speusippi fragmenta accedamus, quæ primus collegi, recensui, verti et explicui.

θεος) πρὸς τὸν ἐρῶντα πλούσιον ἀμόρφου, ἔφη, Τί δέ σοι δεῖ τούτου· ἐγὼ γάρ σοι δέκα ταλάντων εὐμορφοτέραν εὑρήσω.

(147) Diogenes Laertius lib. IV, 5 γέγονε Σπεύσιππος καὶ ἕτερος, ἰατρὸς Ἡροφίλειος Ἀλεξανδρεύς. —

ΣΠΕΥΣΙΠΠΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

ΟΡΟΙ.

1. Ἀΐδιον τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν καὶ νῦν μὴ ἐφθαρμένον.

2. Θεὸς ζῷον ἀθάνατον, αὔταρκες πρὸς εὐδαιμονίαν· οὐσία ἀΐδιος, τῆς τἀγαθοῦ φύσεως αἰτία.

3. Γένεσις κίνησις εἰς οὐσίαν· μετάληψις οὐσίας· πόρευσις εἰς τὸ εἶναι.

4. Ἥλιος πῦρ οὐράνιον, ὃ μόνον ἀπ' ἠοῦς μέχρι δείλης τοῖς αὐτοῖς ἔστιν ὁραθῆναι· ἄστρον ἡμεροφανές· ζῷον ἀΐδιον, ἔμψυχον, τὸ μέγιστον.

5. Χρόνος ἡλίου κίνησις, μέτρον φορᾶς.

6. Ἡμέρα ἡλίου πορεία ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς· φῶς τοὐναντίον νυκτί.

7. Ἕως ἡμέρας ἀρχή· τὸ πρῶτον φῶς ἀπὸ τοῦ ἡλίου.

8. Μεσημβρία χρόνος ἐν ᾧ τῶν σωμάτων αἱ σκιαὶ ἐλαχίστου μήκους κοινωνοῦσιν.

9. Δείλη ἡμέρας τελευτή.

10. Νὺξ σκότος, τοὐναντίον ἡμέρᾳ· ἡλίου στέρησις.

11. Τύχη φορὰ ἐξ ἀδήλου εἰς ἄδηλον, καὶ ἡ ἐκ τοῦ αὐτομάτου [a] αἰτία δαιμονίας πράξεως.

12. Γῆρας φθίσις ἐμψύχου ὑπὸ χρόνου γιγνομένη.

13. Πνεῦμα κίνησις ἀέρος περὶ τὴν γῆν.

14. Ἀὴρ στοιχεῖον οὗ πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον κινήσεις κατὰ φύσιν εἰσίν.

15. Οὐρανὸς σῶμα περιέχον πάντα τὰ αἰσθητὰ πλὴν αὐτοῦ τοῦ ἀνωτάτου ἀέρος.

16. Ψυχὴ τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν· αἰτία κινήσεως ζωτικῆς ζῴων.

17. Δύναμις τὸ καθ' αὑτὸ ποιητικόν.

18. Ὄψις ἕξις διακριτικὴ σωμάτων.

19. Ὀστοῦν μυελὸς ὑπὸ θερμοῦ παγείς.

20. Στοιχεῖον τὸ συνάγον καὶ διαλύον τὰ σύνθετα.

21. Ἀρετὴ διάθεσις ἡ βελτίστη· ἕξις θνητοῦ ζῴου καθ' αὑτὴν ἐπαινετή· ἕξις καθ' ἣν τὸ ἔχον ἀγαθὸν λέγεται· κοινωνία νόμων δικαία· διάθεσις, καθ' ἣν τὸ διακείμενον τελείως σπουδαῖον λέγεται· ἕξις ποιητικὴ εὐνομίας.

SPEUSIPPI

FRAGMENTA.

DEFINITIONES.

1. Sempiternum est, quod quum omni tempore et prius fuerit, etiam nunc non est corruptum.

2. Deus est animal immortale, se ipso contentum ad beatitudinem : natura æterna, boni generati causa.

3. Generatio est motus in essentiam, acceptio essentiæ, in hanc vitam profectio.

4. Sol est ignis cœlestis, qui solus ab aurora ad vesperam usque ab iisdem videri potest : astrum interdiu conspicuum, animal sempiternum, vivum, maximum.

5. Tempus est motus solis, mensura motionis.

6. Dies est solis cursus ab ortu ad occasum : lux est quod contrarium est nocti.

7. Aurora est diei initium, prima lux a sole.

8. Meridies est tempus quo corporum umbræ minimæ longitudinis participes sunt.

9. Vespera est diei finis.

10. Nox caligo est, contrarium diei ; privatio solis.

11. Fortuna est cursus ab incerto ad incertum, et fortuita felicis sortis causa.

12. Senium est consumtio animantis procedente tempore contingens.

13. Ventus est motus aeris circum terram.

14. Aer est elementum cujus omnes in spatio motus secundum naturam sunt.

15. Cœlum est corpus complectens omnia quæ sensibus percipiuntur, præter ipsum supremum aerem.

16. Anima est quod ipsum se ipsum movet : causa motus vitalis animalium.

17. Facultas est quod per se ipsum efficiendi vim habet.

18. Visus est habitus ad corpora discernenda accommodatus.

19. Os est medulla calore concreta.

20. Elementum est quod conglutinat et dissolvit composita.

21. Virtus est affectio optima : habitus mortalis animalis per se ipse laudabilis : habitus propter quem id quod eum gerit, bonum dicitur : justa legum communio : af-

22. Φρόνησις δύναμις ποιητικὴ καθ' αὑτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας· ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν· διάθεσις καθ' ἣν κρίνομεν τί πρακτέον καὶ τί οὐ πρακτέον.

23. Δικαιοσύνη ὁμόνοια τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτήν, καὶ εὐταξία τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν πρὸς ἄλληλά τε καὶ περὶ ἄλληλα· ἕξις διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων προαιρετικός ἐστι τῶν φαινομένων αὐτῷ δικαίων· ἕξις ἐν βίῳ νόμου ὑπήκοος· ἰσότης κοινωνική· ἕξις ὑπηρετικὴ ὀρθῶν νόμων.

24. Σωφροσύνη μετριότης τῆς ψυχῆς περὶ τὰς ἐν αὐτῇ κατὰ φύσιν γιγνομένας ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονάς· εὐαρμοστία καὶ εὐταξία ψυχῆς πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἡδονὰς καὶ λύπας· συμφωνία ψυχῆς πρὸς τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι· αὐτοπραγία κατὰ φύσιν· εὐταξία ψυχῆς· λογιστικὴ ὁμιλία ψυχῆς περὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων αἱρετικός ἐστι καὶ εὐλαβητικὸς ὧν χρή.

25. Ἀνδρία ἕξις ψυχῆς ἀκίνητος ὑπὸ φόβου· θάρσος πολεμικόν· ἐπιστήμη τῶν κατὰ πόλεμον πραγμάτων· ἐγκράτεια ψυχῆς πρὸς τὰ φοβερὰ καὶ δεινά· τόλμα ὑπηρετικὴ φρονήσεως· εὐθαρσία ἐπὶ θανάτου προσδοκίᾳ· ἕξις διαφυλακτικὴ λογισμῶν ὀρθῶν ἐν κινδύνοις· ῥώμη πρὸς κίνδυνον ἀντίῤῥοπος· ῥώμη καρτερικὴ πρὸς ἀρετήν· ἠρεμία ψυχῆς περὶ τὰ δεινὰ καὶ θαρσαλέα κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον φαινόμενα· σωτηρία δογμάτων ἀδήλων περὶ τὰ δεινά· ἐμπειρία πολέμου· ἕξις ἐμμενητικὴ νόμου.

26. Ἐγκράτεια δύναμις ὑπομενητικὴ λύπης· ἀκολούθησις τῷ ὀρθῷ λογισμῷ· δύναμις ἀνυπέρβλητος τοῦ ὑποληφθέντος τῷ ὀρθῷ λογισμῷ.

27. Αὐτάρκεια τελειότης κτήσεως ἀγαθῶν· ἕξις καθ' ἣν οἱ ἔχοντες αὐτοὶ αὑτῶν ἄρχουσιν.

28. Ἐπιείκεια δικαίων καὶ συμφερόντων ἐλάττωσις· μετριότης ἐν συμβολαίοις· εὐταξία ψυχῆς [b] λογιστικῆς πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἰσχρά.

29. Καρτερία ὑπομονὴ λύπης ἕνεκα τοῦ καλοῦ· ὑπομονὴ πόνων ἕνεκα τοῦ καλοῦ.

30. Θάρσος ἀπροσδοκία κακοῦ· ἀνεκπληξία διὰ κακοῦ παρουσίαν.

31. Ἀλυπία ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοί ἐσμεν εἰς λύπας.

32. Φιλοπονία ἕξις ἀποτελεστικὴ οὗ ἂν προέληται· καρτερία ἑκούσιος· ἕξις ἀδιάβλητος πρὸς πόνον.

33. Αἰδὼς τολμήσεως ὑποχώρησις ἑκουσία δικαίως καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φανέν· καταλαβὴ ἑκουσία τοῦ βελτίστου· εὐλάβεια ὀρθοῦ ψόγου.

34. Ἐλευθερία ἡγεμονία βίου· αὐτοκράτεια ἐπὶ παντί· ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ· ἀφειδία ἐν χρήσει καὶ ἐν κτήσει οὐσίας.

---

fectio propter quam id quod ita affectum est, omnino honestum dicitur : habitus ad rempublicam bonis legibus temperandam accommodatus.

22. Prudentia per se ipsa est facultas humanæ felicitatis procreandæ : scientia bonorum et malorum : affectio ex qua judicamus, quid faciendum sit et quid non faciendum.

23. Justitia est animæ cum se ipsa concordia et animæ partium inter se ac circa se bona compositio : habitus suum cuique pro dignitate tribuens : habitus, quo qui eum gerit amplectitur atque eligit ea quæ ipsi justa videntur : habitus in vita legi obtemperans : socialis æqualitas : habitus rectis legibus parens.

24. Temperantia est moderatio animi circa cupiditates et voluptates quæ in ipso secundum naturam insident : convenientia ac bona animi compositio ad naturales voluptates et dolores : conspiratio animi ad imperandum et parendum : spontanea secundum naturam actio : continentia animi : sermo animi de honestis ac turpibus judicantis : habitus, quo qui eum gerit eligit et vitat ea quæ oportet.

25. Fortitudo est animi habitus qui metu non afficitur : confidentia militaris : rei bellicæ scientia : animi continentia in rebus horrendis et formidolosis : audacia serviens prudentiæ : fiducia in mortis exspectatione : habitus rectorum consiliorum in periculis tenax : robur periculo par : robur virtutis capax et patiens : animi tranquillitas circa ea quæ formidolosa et audenda secundum rectam rationem videntur : dubiarum de rebus formidolosis sententiarum conservatio : belli peritia : habitus legem servans.

26. Continentia est sustinendi doloris facultas : recti consilii comes : facultas inexsuperabilis ejus quod recta ratione continetur.

27. Animus sua sorte contentus perfectio est possessionis bonorum : habitus, quo qui eum gerunt ipsi sibimet ipsis imperant.

28. Æquitas est juris et commodorum imminutio : moderatio in negotiorum contractibus : bona compositio animi ratione præditi ad honesta et turpia.

29. Tolerantia est doloris ob honestum perpessio : laborum propter honestatem patientia.

30. Confidentia est malum non exspectantis : animus præsenti malo non perturbatus.

31. Indolentia est habitus, propter quem molestiis non implicamur.

32. Industria est habitus ejus qui propositum peragit · tolerantia voluntaria : inculpata laborum suscipiendorum facilitas.

33. Pudor audaciæ recessus voluntarius juste et ad id quod optimum visum est : deprehensio optimi voluntaria : cauta justæ vituperationis vitatio.

34. Libertas est caput vitæ : summa omnium rerum potestas : licentia per se faciendi quod quis velit in vita : sublata parsimonia in usu et possessione bonorum.

35. Ἐλευθεριότης ἕξις πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ὡς δεῖ· πρόσθεσις καὶ κτῆσις οὐσίας ὡς χρή.

36. Πραότης κατάστασις κινήσεως τῆς ὑπ' ὀργῆς· κρᾶσις ψυχῆς σύμμετρος.

37. Κοσμιότης ὕπειξις ἑκουσία πρὸς τὸ φανὲν βέλτιστον· εὐταξία περὶ κίνησιν σώματος.

38. Εὐδαιμονία ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἀγαθῶν συγκείμενον· δύναμις αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν· τελειότης κατ' ἀρετήν· ὠφέλεια αὐτάρκης ζωῆς [c].

39. Μεγαλοπρέπεια ἀξίωσις κατὰ λογισμὸν ὀρθὸν καὶ τὸ σεμνότατον [d].

40. Ἀγχίνοια εὐφυΐα ψυχῆς, καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστιν ἐν ἑκάστῳ [e] τοῦ δέοντος· ὀξύτης νοῦ.

41. Χρηστότης ἤθους ἀπλαστία μετ' εὐλογιστίας· ἤθους σπουδαιότης.

42. Καλοκαγαθία ἕξις προαιρετικὴ τῶν βελτίστων.

43. Μεγαλοψυχία χρῆσις τοῖς ξυμβαίνουσιν ἀστεία· μεγαλοπρέπεια ψυχῆς μετὰ λόγου.

44. Φιλανθρωπία ἕξις εὐάγωγος ἤθους πρὸς ἀνθρώπου φιλίαν· ἕξις εὐεργετικὴ ἀνθρώπων· χάριτος σχέσις· μνήμη μετ' εὐεργεσίας.

45. Εὐσέβεια δικαιοσύνη περὶ θεούς· δύναμις θεραπευτικὴ θεῶν ἑκούσιος· περὶ θεῶν τιμῆς ὑπόληψις ὀρθή· ἐπιστήμη τῆς περὶ θεῶν τιμῆς.

46. Ἀγαθὸν τὸ αὑτοῦ ἕνεκεν.

47. Ἀφοβία ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοί ἐσμεν εἰς φόβους.

48. Ἀπάθεια ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοί ἐσμεν εἰς πάθη.

49. Εἰρήνη ἡσυχία ἐπ' ἔχθρας πολεμικάς.

50. Ῥαθυμία ῥαστώνη ψυχῆς· ἀπάθεια τοῦ θυμοειδοῦς.

51. Δεινότης διάθεσις καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστι τοῦ ἰδίου τέλους.

52. Φιλία ὁμόνοια ὑπὲρ καλῶν καὶ δικαίων· προαίρεσις βίου τοῦ αὐτοῦ· ὁμοδοξία περὶ προαιρέ[illegible] καὶ πράξεως· ὁμόνοια περὶ βίου κοινωνίαν μετ' ε[illegible]νοίας· κοινωνία τοῦ εὖ ποιῆσαι καὶ παθεῖν.

53. Εὐγένεια ἀρετὴ εὐγενοῦς ἤθους· εὐαγωγία ψυχῆς πρὸς λόγους καὶ πράξεις.

54. Αἵρεσις δοκιμασία ὀρθή.

55. Εὔνοια αἵρεσις· ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον ἀσπασμός.

56. Οἰκειότης ταὐτοῦ γένους κοινωνία.

57. Ὁμόνοια κοινωνία τῶν ὄντων ἁπάντων· συμφωνία νοημάτων καὶ ὑπολημμάτων.

58. Ἀγάπησις ἀπόδειξις παντελής.

59. Πολιτικὴ ἐπιστήμη καλῶν καὶ συμφερόντων· ἐπιστήμη ποιητικὴ δικαιοσύνης ἐν πόλει.

---

35. Liberalitas est lucrandi facilitas, ut decet : adjectio vel adeptio bonorum, ut decet.

36. Lenitas est sedatio motus ira concitati : apta animi temperatura

37. Modestia est obsequium voluntarium in re, quæ optima visa est : decorum in corporis motu.

38. Felicitas est bonum ex omnibus bonis compositum : facultas per se sufficiens ad bene vivendum : perfectio virtutibus ornata : vitæ commoditas per se sufficiens.

39. Magnificentia est dignitas secundum rectam rationem et res una omnium gravissima.

40. Sagacitas est bona animi indoles, qua qui excellit conjectura consequitur, quid in quaque re fieri oporteat : acumen ingenii.

41. Probitas est incorrupta morum proprietas cum bono consilio : morum bonitas.

42. Honestas est habitus qui optima eligit et amplectitur.

43. Magnanimitas est usus honestus eorum quæ contingunt : altitudo animi cum ratione.

44. Humanitas est habitus morum docilis ad amicitiam cum homine contrahendam : habitus bene faciens hominibus : constans animi benevoli affectio : grata beneficiorum memoria cum bene faciendi studio conjuncta.

45. Pietas est justitia in deos : deorum colendorum facultas sponte exercita : de deorum cultu recta existimatio : deorum venerandorum scientia.

46. Bonum est quod propter se ipsum est.

47. Securitas est habitus, propter quem in timorem non conjicimur.

48. Affectuum vacuitas habitus est, propter quem in affectus non inducimur.

49. Pax est otium ad inimicitias hostili animo suscipiendas.

50. Socordia est relaxatio animi : trucis et præfervidæ iræ vacuitas.

51. Ingenii sollertia est affectio, qua qui præstat, proprium finem bona conjectura informare potest.

52. Amicitia est consensio in rebus honestis et justis : idem vitæ institutum : idem de consilio et actione judicium : consensio de vitæ societate cum benevolentia : mutuorum beneficiorum societas.

53. Nobilitas est virtus morum ingenuorum : animi ad dicta et facta docilitas.

54. Electio est justa probatio.

55. Benevolentia est electio : hominis erga hominem amor.

56. Agnatio communis ejusdem gentis societas est.

57. Concordia est rerum omnium communio : consensio sententiarum et opinionum.

58. Caritas argumentatio perfecta est.

59. Ratio civilis est scientia honestorum et utilium . scientia effectrix justitiæ in civitate.

60. Ἑταιρεία φιλία κατὰ συνήθειαν ἐν τοῖς καθ' ἡλικίαν γεγενημένοις.

61. Εὐβουλία ἀρετὴ λογισμοῦ σύμφυτος.

62. Πίστις ὑπόληψις ὀρθὴ τοῦ οὕτως ἔχειν ὡς αὐτῷ φαίνεται· βεβαιότης ἤθους.

63. Ἀλήθεια ἕξις ἐν καταφάσει καὶ ἀποφάσει· ἐπιστήμη ἀληθῶν.

64. Βούλησις ἔφεσις μετὰ λόγου ὀρθοῦ· ὄρεξις εὔλογος· ὄρεξις μετὰ λόγου κατὰ φύσιν.

65. Συμβούλευσις παραίνεσις ἑτέρῳ πρὸ πράξεως, τίνα δεῖ τρόπον πράττειν.

66. Εὐκαιρία χρόνου ἐπίτευξις, ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν τι ἢ ποιῆσαι.

67. Εὐλάβεια φυλακὴ κακοῦ· ἐπιμέλεια φυλακῆς.

68. Τάξις ἐργασίας ὁμοιότης τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων· συμμετρία κοινωνίας· αἰτία τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων· συμμετρία πρὸς τὸ μαθεῖν.

69. Πρόσεξις συντονία ψυχῆς πρὸς τὸ καταμαθεῖν.

70. Εὐφυΐα τάχος μαθήσεως· γέννησις φύσεως ἀγαθή· ἀρετὴ ἐν φύσει.

71. Εὐμάθεια εὐφυΐα ψυχῆς πρὸς τάχος μαθήσεως.

72. Δίκη ἀπόφασις κυρία περὶ ἀμφισβητουμένου πράγματος.

73. Νόμος ἀμφισβήτησις περὶ τοῦ ἀδικεῖν ἢ μή.

74. Εὐνομία πειθαρχία νόμων σπουδαίων.

75. Εὐφροσύνη ἐπὶ τοῖς τοῦ σώφρονος ἔργοις χαρά.

76. Τιμὴ δόσις ἀγαθῶν ἐν ταῖς δι' ἀρετὴν πράξεσι διδομένων· ἀξίωμα ἀπ' ἀρετῆς· σχῆμα σεμνότητος· τήρησις ἀξιώματος.

77. Προθυμία ἐμφανισμὸς προαιρέσεως πρακτικῆς.

78. Χάρις εὐεργεσία ἑκούσιος· ἀπόδοσις ἀγαθοῦ· ὑπουργία ἐν καιρῷ.

79. Ὁμόνοια ὁμοδοξία ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ὡς δεῖ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι.

80. Πολιτεία κοινωνία πλήθους ἀνθρώπων αὐτάρκης πρὸς εὐδαιμονίαν· κοινωνία πλήθους ἔννομος.

81. Πρόνοια παρασκευὴ πρὸς μέλλοντά τινα.

82. Βουλὴ σκέψις περὶ τῶν μελλόντων πῶς συμφέρει.

83. Νίκη δύναμις κρατητικὴ περὶ ἀγωνίαν.

84. Εὐπορία εὐκρίνεια κρατητικὴ τοῦ λογιζομένου [1].

85. Δωρεὰ ἀλλαγὴ χάριτος.

86. Καιρὸς χρόνου ἀκμὴ πρὸς τὸ συμφέρον· χρόνος ἀγαθοῦ τινος συνεργός.

87. Μνήμη διάθεσις ψυχῆς φυλακτικὴ τῆς ἐν αὐτῇ ὑπαρχούσης ἀληθείας.

88. Ἔννοια συντονία διανοίας.

---

60. Sodalitas est amicitia pro consuetudine inter juvenes contracta.

61. Consiliorum bonitas est virtus menti insita.

62. Fides est recte judicantis ita rem se habere, ut ipsi videatur : ingenii firmitas.

63. Veritas est habitus affirmantis et negantis : scientia eorum quæ vera sunt.

64. Voluntas est appetitus cum recta ratione : desiderium rationi consentaneum : desiderium cum ratione ad naturam accommodatum.

65. Consilium est cohortatio alterius ante actionem, declarans, quomodo agere oporteat.

66. Opportunitas est oblata patiendi aliquid aut faciendi occasio.

67. Circumspectio est cautio mali : cavendi studium.

68. Ordo est muneris similitudo eorum omnium quæ inter se conferuntur : apta societatis compositio : causa eorum omnium quæ inter se conferuntur : apta disciplinæ compositio.

69. Attentio animi ad pernoscendum propensi contentio est.

70. Ingenium est cito discendi facultas : ingenita bona natura : virtus naturæ insita.

71. Docilitas est naturalis ingenii ad cito discendum dexteritas.

72. Judicium est rata sententia de re quæ in controversiam vocatur.

73. Lex est contentio de juste aut injuste factis.

74. Bona legum constitutio est præclaris legibus obtemperatio.

75. Lætitia est gaudium ex viri moderati factis perceptum.

76. Honor est largitio bonorum quæ actionibus honestis contingunt : dignitas virtutibus parta : gravitatis species : dignitatis conservatio.

77. Alacritas est declarata faciendi voluntas.

78. Gratia est beneficentia voluntaria : beneficii remuneratio : opera tempore opportuno navata.

79. Concordia est idem principum ac civium de imperio et obedientia judicium.

80. Respublica est communitas multitudinis hominum per se sufficiens ad felicitatem : communitas multitudinis legitima.

81. Provisio est præparatio ad futura quædam.

82. Consultatio est deliberatio de rebus futuris, quem usum præbere possint.

83. Victoria est facultas vincendi certamine.

84. Scientiæ facultas est animi sinceritas tenax ejus quod consideratur.

85. Donum est gratiæ commutatio.

86. Occasio est temporis opportunitas ad id quod conducit : tempestas boni alicujus adjutrix.

87. Memoria est affectio animi, veritatis quæ in ipso est custos.

88. Notio cogitationis contentio est.

89. Νόησις ἀρχὴ ἐπιστήμης.

90. Ἁγνεία εὐλάβεια τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς ἁμαρτημάτων· τῆς θεοῦ τιμῆς κατὰ φύσιν θεραπεία.

91. Μαντικὴ ἐπιστήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζώῳ θνητῷ.

92. Μαντεία ἐπιστήμη προδηλωτικὴ πράξεως ἄνευ ἀποδείξεως.

93. Σοφία ἐπιστήμη ἀνυπόθετος· ἐπιστήμη τῶν ἀεὶ ὄντων· ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας.

94. Φιλοσοφία τῆς τῶν ὄντων ἀεὶ ἐπιστήμης ὄρεξις· ἕξις θεωρητικὴ τοῦ ἀληθοῦς, πῶς ἀληθές· ἐπιμέλεια ψυχῆς μετὰ λόγου ὀρθοῦ.

95. Ἐπιστήμη ὑπόληψις ψυχῆς ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου· δύναμις ὑποληπτικὴ τινος ἢ τινῶν, ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου· λόγος ἀληθὴς ἐπὶ διανοίᾳ ἀμετάπτωτος.

96. Δόξα ὑπόληψις μετὰ πίστεως λογική[g]· λογιστικὴ φορά· διάνοια ἐμπίπτουσα εἰς ψεῦδος καὶ ἀληθὲς ὑπὸ λόγου.

97. Αἴσθησις ψυχῆς φορά· νοῦ κίνησις· ψυχῆς διὰ σώματος εἰσάγγελσις εἰς ὥρας ἀνθρώπων, ἀφ' ἧς γίγνεται ψυχῆς ἄλογος δύναμις γνωριστικὴ διὰ σώματος.

98. Ἕξις διάθεσις ψυχῆς καθ' ἣν ποιοί τινες λεγόμεθα.

99. Φωνὴ ῥεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας.

100. Λόγος φωνὴ ἐγγράμματος, φραστικὴ ἑκάστου τῶν ὄντων· διάλεκτος σύνθετος ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἄνευ μέλους.

101. Ὄνομα διάλεκτος ἀσύνθετος ἑρμηνευτικὴ τοῦ τε κατὰ τῆς οὐσίας κατηγορουμένου καὶ παντὸς τοῦ μὴ καθ' ἑαυτὸ[h] λεγομένου.

102. Διάλεκτος φωνὴ ἀνθρώπου ἐγγράμματος· καὶ σημεῖόν τι κοινὸν ἑρμηνευτικὸν ἄνευ μέλους.

103. Συλλαβὴ ἀνθρωπίνης φωνῆς ἄρθρον ἐγγράμματον.

104. Ὅρος λόγος ἐκ διαφορᾶς καὶ γένους συγκείμενος.

105. Τεκμήριον ἀπόδειξις ἀφανοῦς.

106. Ἀπόδειξις λόγος συλλογιστικὸς ἀληθής· λόγος ἐμφανιστικὸς διὰ προγιγνωσκομένων[i].

107. Στοιχεῖον φωνῆς φωνὴ ἀσύνθετος· αἰτία ταῖς ἄλλαις φωναῖς τοῦ φωνὰς εἶναι.

108. Ὠφέλιμον τὸ αἴτιον τοῦ εὖ πάσχειν· τὸ αἴτιον τοῦ ἀγαθοῦ.

109. Συμφέρον τὸ εἰς ἀγαθὸν φέρον.

110. Καλὸν τὸ ἀγαθόν.

111. Ἀγαθὸν τὸ αἴτιον σωτηρίας τοῖς οὖσι· τὸ αἴτιον παντὸς τοῦ πρὸς αὐτό· ἀφ' οὗ συμβαίνει ἃ χρὴ αἱρεῖσθαι.

112. Σῶφρον τὸ κόσμιον τῆς ψυχῆς.

113. Δίκαιον νόμου τάγμα ποιητικὸν δικαιοσύνης.

---

89. Intelligentia scientiæ principium est.

90. Sanctimonia est evitatio peccatorum in deos : rerum divinarum cura secundum naturam habita.

91. Vaticinandi facultas scientia est contemplatrix ejus quod est et futurum est mortali animali.

92. Divinatio est scientia præsignificans rem sine demonstratione.

93. Sapientia est scientia nullius certi argumenti : scientia eorum quæ semper sunt : scientia quæ rerum causas contemplatur.

94. Philosophia est scientiæ eorum quæ semper sunt desiderium : habitus contemplans verum, et quomodo verum sit considerans : cura animi cum recta ratione.

95. Scientia est opinio animo comprehensa quæ ratione non mutatur : facultas judicandi de quodam aut quibusdam quæ ratione non mutatur : vera ratio et mens in cogitatione defixa.

96. Opinio est existimatio rationi consentanea cum persuasione : ratiocinandi impetus : sententia incidens in falsum et verum a ratione.

97. Sensus est animi impetus : mentis agitatio : anima per corpus renuntiatio ad opportunitates hominum, ex qua nascitur animi facultas rationis expers, quæ per corpus cognoscit.

98. Habitus est animi affectio, propter quam certis quibusdam moribus præditi dicimur.

99. Vox est fluxus per os a mente et cogitatione.

100. Sermo est vox scripta, singulas res verbis enuntians : loquendi forma composita ex nominibus et verbis sine modulatione.

101. Nomen est locutio simplex explicans tum id quod de essentia prædicatur, tum quidquid non per seipsum diserte dicitur.

102. Locutio est vox hominis scripta et signum quoddam commune interpretandi sine modulatione.

103. Syllaba est humanæ vocis articulus scriptus.

104. Definitio est sermo ex genere et differentia compositus.

105. Signum est demonstratio rei occultæ.

106. Demonstratio est sermo ratiocinativus et verus : sermo id de quo agitur per res prius cognitas declarans.

107. Elementum vocis est vox simplex : quæ causa est cæteris vocibus, ut voces sint.

108. Quod utile est, accepti beneficii causa est : causa boni.

109. Commodum est quod ad bonum pertinet.

110. Honestum est bonum.

111. Bonum est causa salutis iis quæ vere sunt : causa naturæ omnis cuncta ad se ipsam referentis : ex qua contingunt ea quæ consectari nos decet.

112. Temperantia animi modestia est.

113. Jus legis præscriptum est, quod justitiam efficit

114. Ἑκούσιον τὸ αὑτοῦ προσαγωγόν· τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν κατὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον.

115. Ἐλεύθερον τὸ ἄρχον αὑτοῦ.

116. Μέτριον τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως· καὶ κατὰ τέχνην ἀρκοῦν.

117. Μέτρον τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως.

118. Ἆθλον ἀρετῆς γέρας τὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα αἱρετόν.

119. Ἀθανασία οὐσία ἔμψυχος καὶ ἀΐδιος μονή.

120. Ὅσιον θεράπευμα θεοῦ ἀρεστὸν θεῷ.

121. Ἑορτὴ χρόνος ἱερὸς κατὰ νόμους.

122. Ἄνθρωπος ζῷον ἄπτερον, δίπουν, πλατυώνυχον· ὃ μόνον τῶν ὄντων ἐπιστήμης τῆς κατὰ λόγους δεκτικόν ἐστι.

123. Θυσία θεῷ δόμα θύματος.

124. Εὐχὴ αἴτησις ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἢ δοκούντων παρὰ θεῶν [1].

125. Βασιλεὺς ἄρχων κατὰ νόμους ἀνυπεύθυνος· πολιτικῆς κατασκευῆς ἄρχων.

126. Ἀρχὴ ἐπιμέλεια τοῦ παντός.

127. Ἐξουσία ἐπιτροπὴ νόμου.

128. Νομοθέτης ποιητὴς νόμων καθ' οὓς δεῖ πολιτεύεσθαι.

129. Νόμος δόγμα πλήθους πολιτικὸν οὐκ εἴς τινα χρόνον ἀφωρισμένον.

130. Ὑπόθεσις ἀρχὴ ἀναπόδεικτος· συγκεφαλαίωσις λόγου.

131. Ψήφισμα δόγμα πολιτικὸν εἴς τινα χρόνον ἀφωρισμένον.

132. Πολιτικὸς ἐπιστήμων πόλεως κατασκευῆς.

133. Πόλις οἴκησις πλήθους ἀνθρώπων κοινοῖς δόγμασι χρωμένων· πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμον τὸν αὐτὸν ὄντων.

134. Πόλεως ἀρετὴ κατάστασις ὀρθῆς πολιτείας.

135. Πολεμικὴ ἐμπειρία πολέμου.

136. Συμμαχία κοινωνία πολέμου.

137. Σωτηρία περιποίησις ἀβλαβής.

138. Τύραννος ἄρχων πόλεως κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν.

139. Σοφιστὴς νέων πλουσίων ἐνδόξων ἔμμισθος θηρευτής.

140. Πλοῦτος κτῆσις σύμμετρος πρὸς εὐδαιμονίαν· περιουσία χρημάτων εἰς εὐδαιμονίαν συντεινόντων.

141. Παρακαταθήκη δόμα μετὰ πίστεως.

142. Κάθαρσις ἀπόκρισις χειρόνων ἀπὸ βελτιόνων.

143. Νικᾶν κρατεῖν διαφερόμενον.

144. Ἀγαθὸς ἄνθρωπος ὁ τοιοῦτος οἷος ἀνθρώπῳ τἀγαθὰ ἐπιτελεῖν.

145. Σώφρων ὁ μετρίας ἐπιθυμίας ἔχων.

146. Ἐγκρατὴς ὁ κρατῶν ἀντιτεινόντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων τῷ ὀρθῷ λογισμῷ.

147. Σπουδαῖος ὁ τελέως ἀγαθός· ὁ ἔχων τὴν αὑτοῦ ἀρετήν.

---

114. Virtus voluntaria blanda sui conciliatrix est : quod per se expetendum est et ex animi sententia perficitur.

115. Liberum est quod sibi ipsi imperat.

116. Mediocritas res media est inter abundantiam et defectum et adhibita arte sufficiens.

117. Modus res media est inter abundantiam et defectum.

118. Certaminis præmium est virtutis munus, quod propter se expetendum est.

119. Immortalitas est animans natura et perpetua permansio.

120. Res sacra est cultus dei, deo gratus.

121. Dies festus tempus legibus sacrum est.

122. Homo est animans involucris, bipes, latos ungues habens ; qui solus ex omnibus animantibus artium scientiam consequi potest.

123. Sacrificium est deo donata victima.

124. Precatio est petitio bonorum aut eorum quæ bona videntur hominibus a diis.

125. Rex est ex legum præscripto princeps : legibus solutus : constituendæ reipublicæ dux.

126. Imperium summæ omnium rerum cura est.

127. Potestas est tutela legis.

128. Legum lator est scriptor legum, ex quibus in republica vivere oportet.

129. Lex civile multitudinis jussum est, non aliquamdiu, sed in omne tempus faciendum.

130. Argumentum est principium non demonstratum : summa sermonis.

131. Plebiscitum est jussum civile ad constitutum tempus spectans.

132. Vir civilis disciplinæ publicæ et regendæ civitatis peritus est.

133. Civitas domicilium multitudinis hominum est communia præcepta observantium : multitudo hominum qui iisdem legibus tenentur.

134. Civitatis virtus est justæ reipublicæ constitutio.

135. Ars bellica est rei militaris peritia.

136. Auxilium armorum societas est.

137. Salus hominis incolumis conservatio est.

138. Tyrannus est qui rempublicam ad suum arbitrium regit.

139. Sophista est juvenum divitum nobilium mercenarius venator.

Placuit mihi ut te litteris edocerem de iis quæ in corpusculum meum invaserunt. Neque enim modice defecerunt membrorum omnium vires, sed ita ut nihil iis proficere possim; sed casu lingua et caput intacta permanserunt, nisi id propterea contigit, quod et gratissimæ sunt corporis partes et prorsus divinæ. Omnino igitur te adesse volebam; bene autem feceris, si vel nunc adveneris. Rebus enim meis, ut probe scio, decenter præeris, atque ut par est observabis quomodo Peripatetici se gerant, curabisque, ne quid Academia detrimenti capiat.

191. E Speusippi epistola ad Dionem data.

Scripsit etiam Speusippus ad illum, non debere eum superbire, quod multus de ipso sermo esset apud puerulos et mulierculas, sed providere, ut sanctimonia justitiaque et optimis legibus temperata Sicilia, academiam illustraret.

Σπεύσιππος κτλ. Quum Speusippus Platonis scholam primo Olympiadis 108 anno regendam susceperit, Dio autem Syracusas quarto Olympiadis 105 anno in libertatem vindicaverit, et quarto anno post, Olympiade 106 exeunte, interfectus fuerit : necesse est, epistolam hanc vivo adhuc Platone a Speusippo ad Dionem datam fuisse. Cæterum scripsi εἰ πολὺς περὶ αὐτοῦ λόγος, quum in membranis tantum legatur εἰ πολὺς αὐτοῦ λόγος.)

192. Οὗτος δ' ἐστὶ Πλάτων, ὃν Σπεύσιππός φησι φίλτατον ὄντα Ἀρχελάῳ, Φιλίππῳ τῆς βασιλείας αἴτιον γενέσθαι. Γράφει γοῦν Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν οὕτως « Σπεύσιππος πυνθανόμενος Φίλιππον βλασφημεῖν περὶ Πλάτωνος εἰς ἐπιστολὴν ἔγραψέ τι τοιοῦτον, ὥσπερ ἀγνοοῦντας τοὺς ἀνθρώπους ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας Φίλιππος διὰ Πλάτωνος ἔσχεν. Εὐφραῖον γὰρ ἀπέστειλε τὸν Ὠρείτην πρὸς Περδίκκαν Πλάτων, ὃς ἔπεισεν ἀπομερίσαι τινὰ χώραν Φιλίππῳ. Διατρέφων δ' ἐνταῦθα δύναμιν, ὡς ἀπέθανε Περδίκκας, ἐξ ἑτοίμου δυνάμεως ὑπαρχούσης, ἐπέπεσε τοῖς πράγμασι. » Τοῦτο δ' εἴπερ οὕτως ἀληθείας ἔχει, θεὸς ἂν εἰδείη.

(Athenæus lib. XI p. 506. e.)

193. Σπεύσιππος γὰρ ἐν τῷ πρὸς Κλεοφῶντα πρώτῳ τὰ ὅμοια τῷ Πλάτωνι ἔοικε διὰ τούτου γράφειν· εἰ γὰρ ἡ βασιλεία σπουδαῖον, ὅ τε σοφὸς μόνος βασιλεὺς καὶ ἄρχων· ὁ νόμος, λόγος ὢν ὀρθός, σπουδαῖος ἃ καὶ ἔστιν.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. II pag. 367 a. ed. Sylburg.)

194. Σπεύσιππός τε, ὁ Πλάτωνος ἀδελφιδοῦς, τὴν εὐδαιμονίαν φησὶν ἕξιν εἶναι τελείαν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν, ἢ ἕξιν ἀγαθῶν· ἧς δὴ καταστάσεως ἅπαντας μὲν ἀνθρώπους ὄρεξιν ἔχειν, στοχάζεσθαι δὲ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς ἀοχλησίας. Εἶεν δ' ἂν αἱ ἀρεταὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀπεργαστικαί.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. II pag. 418. d. Sententia hæc est. Si quis beatus esse velit, cum naturæ congruenter vivere oportet. Quodsi ad talem vitam et virtutes adjecerit, beatus fiet.)

195. Πιθανώτερον δ' ἐοίκασιν οἱ Πυθαγόρειοι λέγειν περὶ αὐτοῦ, τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἕν· οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἐπακολουθῆσαι δοκεῖ.

(Aristoteles Ethic. Nicomach. lib. I cap. 4 p. 1096. B. ed. Bekker. Sumebant Pythagorei decem esse rerum principia, quibus opposita decem altera ex parte responderent, ita ut duplex inde principiorum ordo sive συστοιχία oriretur. Qua de re sic Aristoteles Metaph. I, 5 : ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας καὶ ἄπειρον, περιττὸν καὶ ἄρτιον, ἓν καὶ πλῆθος, δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, ἠρεμοῦν καὶ κινούμενον, εὐθὺ καὶ καμπύλον, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακόν, τετράγωνον καὶ ἑτερόμηκες. Propius autem ad verum Pythagoreorum opinionem accedere judicat Stagirites, quod speciem boni non separatam a cæteris omnibus elementis sive principiis esse voluerint, sed cum illis conjunctam, utpote eodem in ordine locatam. Nimirum quamvis Pythagorei et ipsi unitatem suo bono tribuerent : unum enim est in eodem ordine, quo bonum ; tamen boni notionem non habebant a reliquis bonis secretam, quum omnia ejusdem ordinis principia ad bonum pertinerent. Quid? quod omnino principia Pythagorei non, ut Plato, sola mente intelligi, sed sensibus percipi posse censuerunt. Vid. Metaph. I, 6. Placet igitur Pythagoreis, bonum non esse rem solam per se, sed rerum multitudinem ejus unitate contineri. Quocirca Pythagoreorum dogma Speusippo probatum Platonis decreto anteponit Aristoteles, quia omnia bona ad unum bonum, quod est in rebus humanis referebant, non ad unam illam boni speciem, quæ ab omni concretione mortali segregata est.)

---

192. Hic ille est Plato, quem Archelai amicissimum fuisse narrat Speusippus, atque idcirco Philippo causam regni occupandi attulisse. Sic igitur Carystius Pergamenus in commentariis historicis scribit : « quum Speusippus Philippum Platoni obtrectare audivisset, tale quid, quasi ignorantibus hominibus Philippum Platonis beneficio ad regnum pervenisse, in epistola scripsit. Plato enim Euphræum Oritanum ad Perdiccam misit, qui ei persuasit, ut regionem quandam Philippo assignaret. Qui quum ibi exercitum aluisset, post Perdiccæ obitum copiis paratis rerum potitus est. » Quod quam vere dictum sit, deus noverit.

193. Speusippus enim in primo adversus Cleophontem videtur dicere similia Platoni, sic scribens : si enim regnum res bona est, et sapiens solus est rex et princeps, lex quum sit recta ratio, bona fuerit. Quæ quidem ita se habent.

194. Et Speusippus, Platonis ex sorore nepos, ait beatitudinem esse plenam eorum quæ naturæ consentanea sunt cognitionem, aut habitum bonorum ; quem statum omnes quidem homines appetere, tendere autem bonos ad molestiæ vacuitatem. Virtutes vero felicitatem effecerint.

195. Probabilius autem de eo Pythagorei dicere videntur, quum unum in bonorum numero reponant ; quos et Speusippus videtur esse secutus.

196. Ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ ἡ λύπη κακόν, ὁμολογεῖται, καὶ φευκτόν· ἡ μὲν γὰρ ἁπλῶς κακόν, ἡ δὲ τῷ πῇ ἐμποδιστική. Τῷ δὲ φευκτῷ τὸ ἐναντίον ᾗ φευκτόν τε καὶ κακόν, ἀγαθόν. Ἀνάγκη οὖν τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν τι εἶναι. Ὡς γὰρ Σπεύσιππος ἔλυεν, οὐ συμβαίνει ἡ λύσις· ὥσπερ τὸ μεῖζον τῷ ἐλάττονι καὶ τῷ ἴσῳ ἐναντίον· οὐ γὰρ ἂν φαίη ὅπερ κακόν τι εἶναι τὴν ἡδονήν.

(Aristoteles Ethic. Nicomach. lib. VII cap. 14 pag. 1153. B. ed. Bekker. Cf. Eudem. VI, 13. Speusippus ait, voluptatem, etsi oppositam dolori qui sit malum, ideo tamen non esse bonum; nam sicut voluptas et dolor opposita sint bono, ita et majus et minus opposita esse æquali: non tamen majus, oppositum minori quod sit inæquale, per se jam æquale fieri. Hanc solutionem Aristoteles non admittit, quia sequeretur, voluptatem esse malum, quum voluptas et dolor bono sint opposita. Sic Aspasius et alter interpres græcus locum acceperunt. Huc accedit Gellii auctoritas, qui Noct. Attic. IX, 5 ita scribit « Speusippus vetusque omnis Academia voluptatem et dolorem duo mala esse dicunt opposita inter sese, bonum tamen esse quod utriusque medium foret. » Ubi apparet voluptatem hilarem animi corporisque affectionem appellari, contra dolorem utriusque cruciatum intelligi, quorum medium statuunt firmam corporis constitutionem, quam Galenus lib. I de morb. cogn. sanitatem definit. Cæterum in verbis Aristoteleis φαίη non refertur ad Speusippum, sed cum interpretibus græcis subaudito pronomine τις explicandum est.)

197. Σπεύσιππος δὲ καὶ πλείους οὐσίας ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀρξάμενος, καὶ ἀρχὰς ἑκάστης οὐσίας, ἄλλην μὲν ἀριθμῶν, ἄλλην δὲ μεγεθῶν, ἔπειτα ψυχῆς· καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐπεκτείνει τὰς οὐσίας.

(Aristoteles Metaph. VI, 2 pag. 1028. B. ed. Bekker. Constat Platonem omnem rerum varietatem in tria genera digessisse, quorum unum ideas, aliud formas geometricas cum numeris, tertium res sensibus subjectas complectitur. Hæc ita videtur auxisse Speusippus, ut quæ eidem generi subesse voluerat Plato, velut formas geometricas cum numeris, ea non solum aliter divisa novis generibus illustraret et partibus distribueret, sed suum cuique generi etiam principium statueret. Sic enim græci explicatores Aristotelis locum intellexerunt, e quibus Alexander Aphrodisiensis pag. 428 ed. Bonitz. ait: Σπεύσιππος δὲ ὁ τούτου μαθητὴς καὶ πλείω τῶν τριῶν ἔλεγεν εἶναι τὰς οὐσίας τὰς νοητάς, πρώτην μὲν τὸ αὐτοέν, ἄλλην δὲ τὴν τῶν ἀριθμῶν ἀρχήν, ἄλλην τὴν τῶν μεγεθῶν, καὶ ἄλλην τὴν τῆς ψυχῆς· καὶ οὕτως ἐπεκτείνει εἰς πλῆθος τὰ γένη τῶν οὐσιῶν. In eandem sententiam Asclepius Scholl. Arist. pag. 740. a. ed. Brandis ὁμοίως δὲ καὶ οἱ περὶ Σπεύσιππον καὶ Ξενοκράτη. Καὶ ὁ μὲν Σπεύσιππος πολλὰς ἔλεγεν εἶναι οὐσίας· ἄλλην γὰρ ἔλεγεν εἶναι μεγεθῶν καὶ ἄλλην ἀριθμῶν καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ὁμοίων, καὶ πάλιν ἄλλην οὐσίαν νοῦ, καὶ ἄλλην ψυχῆς, καὶ ἄλλην σημείου, καὶ ἄλλην γραμμῆς, καὶ ἄλλην ἐπιφανείας.)

198. Ὅσοι δὲ ὑπολαμβάνουσιν, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Σπεύσιππος, τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον μὴ ἐν ἀρχῇ εἶναι, διὰ τὸ καὶ τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζῴων τὰς ἀρχὰς αἴτια μὲν εἶναι, τὸ δὲ καλὸν καὶ τέλειον ἐν τοῖς ἐκ τούτων, οὐκ ὀρθῶς οἴονται.

(Aristoteles Metaph. XI, 7 pag. 1072. B. ed. Bekker. Docuit Aristoteles deum æternum et optimum hujus universitatis esse principium. Quo posito atque concesso reprehendit tum Pythagoricos tum Speusippum, quod bonitatem et pulchritudinem a principio rerum segregandam et ad earum finem transferendam esse existimarint. Quippe illi in fraudem inciderunt singularum rerum consideratione decepti, quarum initia ac semina manca quidem atque imperfecta sunt, sed repetenda tamen e causis antecedentibus iisque perfectis. Qua de re sic disserit Alexander Aphrodisiensis pag. 674 ed. Bonitz: δείξας ὅτι ὁ θεὸς ἡ πρώτη ἀρχὴ ζῷον ἀΐδιον καὶ ἄριστόν ἐστιν, αἰτιᾶται τοὺς Πυθαγορείους καὶ Σπεύσιππον εἰπόντας ὅτι τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον οὐκ ἔστιν ἐν ἀρχῇ, οὐδὲ δυνατὸν λέγειν τὴν ἀρχὴν ἄριστον, διότι τὸ σπέρμα καὶ τὸ καταμήνιον ἀρχαὶ μέν εἰσι τῶν ζῴων καὶ οὐκ εἰσὶν ἄριστα, ἀλλ' ἔστι μᾶλλον ἄριστον τὸ ἐκ τοῦ

---

196. Enimvero inter omnes constat malum esse dolorem ac fugiendum: alius enim omnino malum est, alius eo quod quodammodo impedimento est. Rei autem fugiendæ, quatenus fugienda et mala est, contrarium est bonum. Necessario igitur bonum quoddam est voluptas. Neque enim ea qua utebatur Speusippus, solutio quadrat: quemadmodum majus minori et æquali contrarium est, sic voluptati duo esse contraria, et dolorem et id quod medium est; non enim quisquam dixerit voluptatem idem esse quod aliquod malum.

197. Speusippus vero etiam plures naturas ab uno orsus constituit, et principia uniuscujusque naturæ, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animi; atque hoc quidem modo extendit naturas.

198. Quicunque vero ut Pythagorici et Speusippus putant, pulcherrimum et optimum non esse in principio, eo quod plantarum quoque et animalium initia causæ quidem sint, bonum vero et perfectum in iis quæ ex his orta sunt, reperiatur, non recte putant.

σπέρματος καὶ τοῦ καταμηνίου γεγονός. Οὐκ ὀρθῶς οὖν, φησίν, οἴονται ὅτι τὸ σπέρμα τὸ ἀτελὲς καὶ τὸ καταμήνιόν εἰσιν ἀρχαί, ἀλλ' ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ, οἵτινες πρὸς τῷ τέλειοι εἶναι καὶ πρότεροί εἰσι τοῦ σπέρματος καὶ τοῦ καταμηνίου· ὥστε πρότερός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος τοῦ σπέρματος, οὐχ ὁ ἐκ τοῦ σπέρματος γεγονώς, ἀλλ' ὁ πατὴρ ἐξ οὗ τὸ σπέρμα. Καὶ συμπεραίνεται λέγων· ὅτι μὲν οὖν ἔστιν οὐσία ἀΐδιος καὶ κεχωρισμένη καὶ ἄλλη τῶν αἰσθητῶν, δῆλον. Δέδεικται δὲ καὶ ἐν τῷ Θ τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως ὅτι καὶ ἀσώματος καὶ ἀμερής ἐστιν ἡ τοιαύτη οὐσία. Καὶ ὑπομιμνήσκει τῶν ἐκεῖ ῥηθέντων ὅτι ἡ τοιαύτη ἀρχὴ κινεῖ ἀΐδιον κίνησιν, τὸ δὲ εἰς ἀΐδιον κινοῦν κίνησιν ἀπειροδύναμον εἶναι ἀνάγκη· δέδεικται γὰρ καὶ τοῦτο ἐκεῖσε. Ἡ δὲ ἄπειρος δύναμις ἐν πεπερασμένῳ σώματι εἶναι οὐ δύναται· δέδεικται γὰρ καὶ τοῦτο ἐκεῖσε. Ἄπειρον δὲ σῶμα ὅτι οὐκ ἔστιν ὅλως, δέδεικται καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, δέδεικται καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῆς περὶ Οὐρανοῦ. Ἀσώματον ἄρα τὸ ἀπειροδύναμόν ἐστιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπαθές ἐστι τὸ πρῶτον αἴτιον καὶ ἀναλλοίωτον· εἰ γὰρ ὅλως ἐκινεῖτο, τὴν πρώτην ἂν ἐκινεῖτο τῶν κινήσεων τὴν κατὰ τόπον, ταύτην δὲ δέδεικται ὅτι οὐ κινεῖται· εἰ δὲ μὴ ταύτην, σχολῇ γε τὰς ἄλλας.)

199. Σπευσίππῳ παραλυθέντι τὰ σκέλη Διογένης ἐξαγαγεῖν αὑτὸν τοῦ βίου παρῄνει, ὁ δέ, οὐ τοῖς σκέλεσιν, ἔφη, ζῶμεν, ἀλλὰ τῷ νῷ.

(Stobæus Floril. CXIX, 17 Σπευσίππου. Posui αὑτὸν cum Meinekio; vulgo αὐτόν.)

200. Σπεύσιππος θεὸν τὸν νοῦν οὔτε τῷ ἑνὶ οὔτε τῷ ἀγαθῷ τὸν αὐτόν, ἰδιοφυῆ δὲ [ἀπεφήνατο].

(Stobæus Ecl. phys. et eth. lib. I cap. 2, 28 pag. 58 ed. Heeren; pag. 22 ed. Gaisford. Inserui θεὸν et ἀπεφήνατο neglecta scriptura τὸν θεόν, quam pro τὸν αὐτὸν codex Augustanus præbet. Cum Stobæi loco operæ pretium est contendere Ciceronis auctoritatem. Is enim de nat. deor. I, 13 philosophum hunc de deo sic judicantem facit : « Speusippus Platonem avunculum subsequens, et vim quandam dicens, qua omnia regantur, eamque animalem, evellere ex animis conatur cognitionem deorum. » Licet enim Speusippus multo plura a Pythagoreis, quam a Platone mutuatus sit, de hoc tamen ab iis in disputationibus dissensit, quod mentem tam ab unitate quam a bono diversam putavit. Sunt qui Stobæo Aristotelem opponant. Nempe hic Ethic. Nicomach. lib. I cap. 4 (vid. supra fragm. 195) Speusippum ait Pythagoreorum exemplo unum in bonorum ordine (ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ) locasse. At controversia ita sine dubio componenda est, ut Speusippum unitati quidem bonitatem tribuisse, sed ab utraque mentem diversam statuisse dicamus.)

201. Ἐν ἰδέᾳ τοῦ πάντῃ διαστατοῦ Σπεύσιππος (τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀφωρίσατο).

(Stobæus Ecl. phys. et eth. lib. I cap. 52 pag. 862 ed. Heeren; pag. 368 ed. Gaisford. In hac quoque re Speusippus e Pythagoræ decretis pendebat teste Cicerone, qui de nat. deor. I, 11 : Nam Pythagoras, inquit, qui censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit distractione humanorum animorum discerpi et lacerari deum etc. Vide quæ dixi Phil. Gr. Fragm. vol. II pag. IX.)

202. Σπεύσιππος σπάνιόν τι τὸ τίμιον ποιεῖ, τὸ περὶ τὴν τοῦ μέσου χώραν· τὰ δ' ἄκρα καὶ ἑκατέρωθεν.

(Theophrastus Metaph. 9. pag. 322 ed. Brandis. Spectant hæc ad Pythagoreorum opinionem, quam et Speusippus habuit, optimum non esse in principio. Vid. Fragm. 198. Est autem probabile Speusippum ea quæ leguntur apud Platonem Tim. pag. 36. E joco magis quam serio dicta cum Philolai igne centrali conjunxisse. Cf. Philos. Gr. Fragm. vol. II. Philol. fragm. 6 pag. 2.)

203. Σπεύσιππος δέ, ἐπεὶ τῶν πραγμάτων τὰ μὲν αἰσθητά, τὰ δὲ νοητά, τῶν μὲν νοητῶν κριτήριον ἔλεξεν εἶναι τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον, τῶν δὲ αἰσθητῶν τὴν ἐπιστημονικὴν αἴσθησιν. Ἐπιστημονικὴν δὲ αἴσθησιν ὑπείληφε καθεστάναι τὴν μεταλαμβάνουσαν τῆς κατὰ τὸν λόγον ἀληθείας. Ὥσπερ γὰρ οἱ τοῦ αὐ-

---

199. Speusippum cruribus captum ac debilem Diogenes hortabatur, ut mortem ipse sibi consciscerct. Tum ille : Non cruribus, inquit, vivimus, sed mente.

200. Speusippus deum mentem nec uni nec bono æqualem, sed propriæ naturæ esse voluit.

201. In forma rei quoquoversus per hanc universitatem intentæ et commeantis Speusippus animi naturam posuit.

202. Speusippus rarum faciens id quod pretiosum est, in media regione versari dicit : præstantissima vero etiam utrimque.

203. Speusippus autem, quum res aliæ sub sensus caderent, aliæ sola mente intelligerentur, harum judicem esse ait rationem scientia præditam, illarum vero observationem subtilem. Atque hanc observationem subtilem putavit esse participem veritatis rationi consentaneæ. Ut enim tibicinis aut psaltæ digiti artis factitandæ facultatem habent, non in ipsis quidem præcipue consummatam, sed exercitationibus rationi convenientibus perfectam : atque ut musici sensus facultatem habet percipiendi congruentis ac discrepantis concentus, non nativam quidem, sed rationi convenienter adeptam; ita

λητοῦ ἢ ψάλτου δάκτυλοι τεχνικὴν μὲν εἶχον ἐνέργειαν, οὐκ ἐν αὐτοῖς δὲ προηγουμένως τελειουμένην, ἀλλ'[a] ἐκ τῆς πρὸς τὸν λογισμὸν συνασκήσεως ἀπαρτιζομένην, καὶ ὡς ἡ τοῦ μουσικοῦ αἴσθησις ἐνέργειαν[b] μὲν εἶχεν ἀντιληπτικὴν τοῦ τε ἡρμοσμένου καὶ τοῦ ἀναρμόστου, ταύτην δὲ οὐκ αὐτοφυῆ, ἀλλ' ἐκ λογισμοῦ περιγεγονυῖαν, οὕτω καὶ ἡ ἐπιστημονικὴ αἴσθησις φυσικῶς παρὰ τοῦ λόγου τῆς ἐπιστημονικῆς μεταλαμβάνει τριβῆς πρὸς ἀπλανῆ τῶν ὑποκειμένων διάγνωσιν.

(Sextus Empiricus adv. Math. VII, 145-146 pag. 402 ed. Fabric. [pag. 223 B.] Opponuntur bona naturalia, velut ratio, iis quæ exercitatione comparantur. Similiter Plato de Rep. VII p. 518 B. seqq. αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τῶν τοῦ σώματος· τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἐνοῦσαι πρότερον ὕστερον ἐμποιεῖσθαι ἔθεσί τε καὶ ἀσκήσεσιν· ἡ δὲ τοῦ φρονῆσαι παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγχάνει, ὡς ἔοικεν, οὖσα, ὃ τὴν μὲν δύναμιν οὐδέποτε ἀπόλλυσιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιαγωγῆς χρήσιμόν τε καὶ ὠφέλιμον καὶ ἄχρηστον αὖ καὶ βλαβερὸν γίγνεται. Sed Speusippus multo plus sensibus quam magister videtur tribuisse. Cæterum in Sexti verbis posui : [a] ἀλλ' ἐκ τῆς] cum Herveto Gentiano; codd. ἀλλὰ τῆς. — [b] ἐνέργειαν] cum Bekkero; codd. ἐνάργειαν. —

204. Σπεύσιππος δὲ οὐ καλῶς λέγει φάσκων ἀναγκαῖον εἶναι, τὸν ὁριζόμενον πάντα εἰδέναι· δεῖ μὲν γάρ, φησί, γινώσκειν τὰς διαφορὰς αὐτοῦ πάσας αἷς τῶν ἄλλων διενήνοχεν· ἀδύνατον δὲ εἰδέναι τὰς διαφορὰς τὰς πρὸς ἕκαστον, μὴ εἰδότας αὐτὸ ἕκαστον.

(Themistius in Aristot. Anal. post. lib. II cap. 13 fol. 13. Pertinet hoc scholion ad illa Aristotelis verba pag. 97. A. 6 ed. Bekker. οὐδὲν δὲ δεῖ τὸν ὁριζόμενον καὶ διαιρούμενον ἅπαντα εἰδέναι τὰ ὄντα. Καίτοι ἀδύνατόν φασί τινες εἶναι τὰς διαφορὰς εἰδέναι τὰς πρὸς ἕκαστον μὴ εἰδότα ἕκαστον· ἄνευ δὲ τῶν διαφορῶν οὐκ εἶναι ἕκαστον εἰδέναι· οὗ γὰρ μὴ διαφέρει, ταὐτὸν εἶναι τούτῳ, οὗ δὲ διαφέρει, ἕτερον τούτου. Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο ψεῦδος· οὐ γὰρ κατὰ πᾶσαν διαφορὰν ἕτερον· πολλαὶ γὰρ διαφοραὶ ὑπάρχουσι τοῖς αὐτοῖς τῷ εἴδει, ἀλλ' οὐ κατ' οὐσίαν οὐδὲ καθ' αὑτά. Εἶτα ὅταν λάβῃ τἀντικείμενα καὶ τὴν διαφορὰν καὶ ὅτι πᾶν ἐμπίπτει ἐνταῦθα ἢ ἐνταῦθα, καὶ λάβῃ ἐν θατέρῳ τὸ ζητούμενον εἶναι, καὶ τοῦτο γινώσκῃ, οὐδὲν διαφέρει εἰδέναι ἢ μὴ εἰδέναι ἐφ' ὅσων κατηγοροῦνται ἄλλων αἱ διαφοραί. Φανερὸν γὰρ ὅτι ἂν οὕτω βαδίζων ἔλθῃ εἰς ταῦτα, ὧν μηκέτι ἐστὶ διαφορά, ἕξει τὸν λόγον τῆς οὐσίας. Τὸ δ' ἅπαν ἐμπίπτειν εἰς τὴν διαίρεσιν, ἂν ᾖ ἀντικείμενα ὧν μή ἐστι μεταξύ, οὐκ αἴτημα· ἀνάγκη γὰρ ἅπαν ἐν θατέρῳ αὐτῶν εἶναι, εἴπερ ἐκείνου διαφορὰ ἔσται. Apparet Themistii explicationem orationi Aristoteleæ congruere, nisi quod Themistius addidit Speusippi nomen, quod Stagirites prætermisit.)

205. Σπευσίππου ταύτην τὴν δόξαν Εὔδημος εἶναι λέγει τὴν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ὁρίσασθαί τι τῶν ὄντων μὴ πάντα τὰ ὄντα εἰδότα.

(Anonymus in Aristot. Anal. post. lib. II cap. 13 fol. 111 B apud Brandis. Scholl. Arist. pag. 248. A.)

206. « Οὐδὲν δὲ δεῖ τὸν ὁριζόμενον καὶ διαιρούμενον. » Τοῦτο λέγει ἀναιρῶν τοὺς λόγους δι' ὧν ἐπεχείρει ὁ Σπεύσιππος ἀναιρῆσαι καὶ τὴν διαίρεσιν καὶ τοὺς ὁρισμούς. Ἐπεχείρει γὰρ οὕτω δεικνύειν καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἀποδοῦναι ὁρισμόν τινος, λέγων ὡς ὁ θέλων δι' ὁρισμοῦ παραστῆσαι τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου ἢ τοῦ ἵππου ἢ ἄλλου τινὸς ὀφείλει γινώσκειν πάντα τὰ ὄντα καὶ τὰς διαφορὰς αὐτῶν καθ' ἃς διαφέρουσιν ἀλλήλων· οὕτω γὰρ παρίσταται ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου ἢ τοῦ ἵππου ἢ ἄλλου τινός, ἐν τῷ χωρίζεσθαι τῶν ἄλλων πάντων.

(Is. Philoponus in Aristot. Anal. post. lib. II cap. 13 fol. 92 B. apud Brandis. Scholl. Arist. pag. 248 A. Posui autem ἐπεχείρει ὁ Σπεύσιππος rejecta codicum scriptura μετεχείρει ὁ Σπεύσιππος.)

207. Ὁμώνυμα λέγεται ὧν ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος, οἷον ζῷον ὅ τε ἄνθρωπος καὶ τὸ γεγραμμένον. Τούτων γὰρ ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας

---

etiam subtilis observatio secundum naturam ratione magnum rerum incorrupte judicandarum usum consequitur.

204. Speusippus vero ineptit affirmans necesse esse, eum qui definiat quidpiam, omnia scire : oportet enim, inquit, nosse discrimina omnia, quibus illud a cæteris separatur; at fieri non potest, ut rerum inter se discrimina norimus, nisi singulas res perspectas et cognitas habeamus.

205. Speusippi hanc opinionem Eudemus esse dicit, fieri non posse, ut ullam rem definiamus nisi omnes res perspexerimus.

206. « *Neque vero necesse est, eum qui definiat aut dividat quidpiam*, simul omnia quæ sunt nosse. » Hoc dicit confutans argumenta quibus nitebatur Speusippus divisionem et definitiones refellere. Conabatur enim ita demonstrare, non licere etiam nobis ullam rem definire, affirmans eum qui definitione hominis aut equi aut alius rei naturam declarare vellet, nosse debere tum res omnes tum earum inter se discrimina; ita enim declaratur natura hominis aut equi aut alius rei, si a cæteris omnibus separentur.

207. Homonyma dicuntur, quorum nomen solum est commune, substantiæ ratio autem sive definitio ad illud nomen accommodata diversa est; quemadmodum et homo, et quod pictum est, animal dicitur. Quippe ho-

ἕτερος· ἐὰν γάρ τις ἀποδιδῷ τί ἐστιν αὐτῶν ἑκατέρῳ τὸ ζῴῳ εἶναι, ἴδιον ἑκατέρου λόγον ἀποδώσει. Συνώνυμα δὲ λέγεται ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός, οἷον ζῷον ὅ τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς κοινῷ ὀνόματι προσαγορεύεται ζῷον, καὶ ὁ λόγος δὲ τῆς οὐσίας ὁ αὐτός· ἐὰν γὰρ ἀποδιδῷ τις τὸν ἑκατέρου λόγον, τί ἐστιν αὐτῶν ἑκατέρῳ τὸ ζῴῳ εἶναι, τὸν αὐτὸν λόγον ἀποδώσει.

(Aristoteles Categ. cap. 1 pag. 1 a. ed. Bekker. Apposui hæc Aristotelis verba quæ ad Speusippi sententiam intelligendam necessaria sunt.)

208. Σπεύσιππος δέ, ὥς φασιν, ἠρκεῖτο λέγειν « ὁ δὲ λόγος ἕτερος ». Καίτοι εἴ τις οὕτως ἀποδοίη, καὶ τὰ συνώνυμα ὁμώνυμα ἔσται καὶ τὰ ὁμώνυμα συνώνυμα. Ἡμῖν γὰρ καὶ τοῖς ἵπποις ὄνομα κοινὸν τὸ ζῷον, οἱ δὲ λόγοι ἕτεροι, καθὸ ἄνθρωπος καὶ ἵππος· ἔσται οὖν τὸ συνώνυμον ὁμώνυμον. Καὶ πάλιν ὁ θαλάττιος κύων καὶ ὁ χερσαῖος κατὰ τὸ ζῷον τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον, καὶ ἔσται τὰ ὁμώνυμα συνώνυμα, διότι οὐ καθὸ ἦν ὁμώνυμα, κατὰ τὸν κύνα, ἀπεδόθη αὐτῶν ὁ ὁρισμὸς ἀλλὰ κατὰ τὸ ζῷον. Ἀναγκαία οὖν ἡ κατὰ τοὔνομα προσθήκη. Ὁ δὲ λόγος σημαίνει μὲν καὶ τὸν ἐν ταῖς ψήφοις λογισμόν, σημαίνει δὲ καὶ τὸν ἐνδιάθετον κατὰ τὴν ἔννοιαν, σημαίνει δὲ καὶ τὸν προφορικὸν καὶ τὸν σπερματικόν, σημαίνει δὲ καὶ τὸν ἑκάστου περιηγητικὸν καὶ ὁριστικόν. Λόγον δὲ εἶπε καὶ οὐχ ὁρισμόν, ἵνα καὶ τὴν ὑπογραφικὴν ἀπόδοσιν περιλάβῃ, ἥτις καὶ τοῖς γένεσι τοῖς ἀνωτάτω καὶ τοῖς ἀτόμοις ἐφαρμόττει, ὁρισμῷ μὴ δυναμένοις π[illegible]ται, διότι οὔτε τῶν ἀνωτάτω [illegible] γένος ἐστὶ [illegible], ἡ δὲ ὑπογραφὴ τὴν ἰδιότητα τῆς οὐσίας ἀποδιδοῦσα καὶ ἐπὶ ταῦτα φθάνει. Διὸ οὐδὲ ἁπλῶς εἶπε τὸν κατὰ τοὔνομα λόγον ἀλλὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, διότι ὁ μὲν ὑπογραφικὸς λόγος τὴν ἰδιότητα τῆς οὐσίας ἀφορίζει, ὁ δὲ ὁριστικὸς τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστου καὶ τὴν οὐσίαν αὐτήν. Ὁ οὖν λόγος τῆς οὐσίας καὶ τὸν ὁριστικὸν λόγον καὶ τὸν ὑπογραφικὸν περιείληφεν. Ὥστε μάτην ἐγκαλοῦσι πάλιν οἱ περὶ τὸν Νικόστρατον ὡς ἐν μόνῃ τῇ οὐσίᾳ δοκοῦντι λέγειν τὴν ὁμωνυμίαν τῷ Ἀριστοτέλει.

(Simplicius ad Aristot. Categ. cap. 1 fol. 2 apud Brandis. Scholl. Arist. p. 41.)

209. Σπεύσιππος ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων φησὶ σίον ἐν ὕδατι γίνεσθαι, σελίνῳ ἑλείῳ τὸ φύλλον ἐοικός. Διὸ καὶ Πτολεμαῖος ὁ δεύτερος Εὐεργέτης Αἰγύπτου βασιλεύσας παρ' Ὁμήρῳ ἀξιοῖ γράφειν.

Ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ σίου ἠδὲ σελίνου.

Σία γὰρ μετὰ σελίνου φύεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἴα.

(Athenæus lib. II pag. 61. c. Homeri locus est Odyss. lib. V vers. 72 seq. ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου θήλεον, de quo fortasse Speusippus ita judicavit, ut ἴου in σίου mutandum esse censeret. Illam enim multorum veterum opinionem fuisse tradit Eustathius, cujus hæc sunt verba : τὸ δὲ ἴου σίου τινὲς γράφουσιν· ὃ καὶ κρεῖττον, ὡς καὶ πολλοῖς ἀρέσκει τῶν παλαιῶν· ἴα γὰρ ἐν λειμῶσιν οὐκ εἰσίν, ἀλλὰ σία, ὡς μέχρι νῦν φαίνεται· οἷς, καθὰ καὶ τοῖς σελίνοις, χρεία δαψιλοῦς

---

rum nomen solum est commune; definitio vero ad illud nomen accommodata diversa est. Si quis enim explicet, quid sit utrumque eorum, qua animal est, propriam utriusque definitionem tradet. Synonyma autem dicuntur, quorum et nomen est commune et definitio ad illud nomen accommodata eadem est, quemadmodum et homo et bos dicitur animal. Horum enim utrumque communi nomine appellatur animal, ac definitio quoque eadem est. Si quis enim utriusque definitione tradita explicet, quid sit utrumque, qua est animal, eandem tradet definitionem.

208. Speusippus autem, ut ajunt, satis habebat dicere : « *sed ratio alia est.* » Atqui si quis hæc ita explicet, et synonyma homonyma erunt et homonyma synonyma. Nobis enim et equis commune nomen est animal, sed rationes aliæ, qua homo et equus; erit igitur quod synonymum est homonymum. At contra canis marini et terrestris, animalis respectu, eadem ratio est, ideoque erunt quæ homonyma sunt synonyma, quia non quatenus homonyma erant, canis respectu, eorum definitio tradita est, sed animalis respectu. Necessaria ergo verborum adjectio est *ad illud nomen accommodata.* Ratio (λόγος) autem significat tum computationem calculis factam, tum orationem sive mente conceptam sive ore prolatam, tum rationem seminalem, tum sermonem singularum rerum enarratorem ac definitorem. Rationem vero dixit, non definitionem, ut descriptionem etiam eo nomine comprehenderet, utpote qua summis generibus qua insecabilibus corporibus convenientem, quæ definitione declarari non possunt, quia neque summorum generum genus neque insecabilium corporum discrimina animadvertere licet, descriptio autem singularum rerum naturæ proprietatem explicans ad has quoque res pertinet. Quapropter non simpliciter dixit rationem ad illud nomen accommodatam, sed substantiæ rationem, id est, definitionem, quoniam descriptio naturæ proprietatem constituit, definitio vero, quid hoc rei sit et quæ sit ipsa uniuscujusque natura declarat. Itaque substantiæ ratio tam definitionem, quam descriptionem continet. Quamobrem temere Nicostratus rursus reprehendit Aristotelem, quod soli substantiæ homonymiam assignare videatur.

209. Speusippus secundo similitudinem libro ait sium in aqua nasci, foliumque habere apio palustri simile. Quapropter etiam Ptolemæus Euergetes secundus Ægyptiorum rex apud Homerum scribere vult :

ὕδατος· θάλλουσι γὰρ πλέον ἐν αὐτῷ. Διὸ καὶ πηγὰς προανέῤῥηξεν ὑδάτων, ὡς ἐῤῥέθη, ὧν χωρὶς οὐκ ἔστι θάλλειν αὐτά.)

210. Σπεύσιππος δ' ἐν τοῖς Ὁμοίοις τὸν πέπονα καλεῖ σικύαν· Διοκλῆς δὲ πέπονα ὀνομάσας οὐκ ἔτι καλεῖ σικύαν. καὶ ὁ Σπεύσιππος δὲ σικύαν εἰπὼν πέπονα οὐκ ὀνομάζει.

(Athenæus lib. II pag. 68. e.)

211. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων παραπλήσια εἶναι κήρυκας, πορφύρας, στραβήλους, κόγχους. Τῶν στραβήλων μνημονεύει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Καμικίοις οὕτως·

Ἁλίας στραβήλου τῆσδε τέκνον εἴ τινα
δυναίμεθ' εὑρεῖν.

Ἔτι ὁ Σπεύσιππος ἑξῆς πάλιν ἰδίᾳ καταριθμεῖται κόγχους, κτένας, μῦς, πίννας, σωλῆνας, καὶ ἐν ἄλλῳ μέρει ὄστρεα, λεπάδας.

(Athenæus lib. III pag. 86. c. d.)

212. Σπεύσιππος δὲ ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων παραπλήσιά φησιν εἶναι τῶν μαλακοστράκων κάραβον, ἀστακόν, νύμφην, ἄρκτον, καρκίνον, πάγουρον.

(Athenæus lib. III pag. 105. b. Scripsi autem κάραβον cum Gesnero de Aquatil. p. 300; codd. κόρακον.)

213. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζῴων καὶ Σπεύσιππος παραπλήσιά φησιν εἶναι φάγρον, ἐρυθρῖνον, ἥπατον.

(Athenæus lib. VII pag. 300. e. Eadem verba repetuntur pag. 327, c., nisi quod comprehensionem sic orditur scriptor: Σπεύσιππος ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων παραπλήσιά φησιν κτλ. Priore loco ἐρυθρῖνον jam Dindorfius posuit, quum ἐρύθρινον legeretur. Denique pag. 301. c. in eandem sententiam Athenæus paulo brevius scribit: Σπεύσιππος δ' ὅμοιον φάγρῳ τὸν ἥπατον.)

214. Καὶ Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων διίστησιν αὐτὰς τῶν θύννων.

(Athenæus lib. VII pag. 303. d. Θυννίς. Τοῦ ἄῤῥενος ταύτην φησὶ διαφέρειν ὁ Ἀριστοτέλης τῷ ἔχειν ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον, ὃ καλεῖσθαι ἀθέρα. Ἐν δὲ τῷ περὶ ζῴων μορίων διστὰς αὐτὴν τοῦ θύννου φησὶ τοῦ θέρους τίκτειν περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα θυλακοειδές, ἐν ᾧ πολλὰ γίνεσθαι μικρὰ ᾠά. Καὶ Σπεύσιππος κτλ.

215. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων ἐμφερεῖς φησιν εἶναι μελάνουρον καὶ κορακῖνον.

(Athenæus lib. VII pag. 308. d.)

216. Σπεύσιππος δὲ ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων ὅμοιά φησιν εἶναι τῇ μαινίδι βόακα καὶ σμαρίδας.

(Athenæus lib. VII pag. 313. a. qui hæc addit: ὧν μνημονεύειν καὶ Ἐπίχαρμον ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ οὕτως· Ὢ χ' ὁρῇ βώκας [τε] πολλοὺς καὶ σμαρίδας. Conf. Epicharm. fragm. in Philos. Gr. Fragm. Vol. I pag. 135.)

217. Πέρκαι. Τούτων μέμνηται Διοκλῆς καὶ Σπεύσιππος ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων, παραπλησίας εἶναι λέγων πέρκην, χάνναν, φυκίδα.

(Athenæus lib. VII pag. 319. b.)

218. Σπεύσιππος δὲ ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων ὡς παραπλήσια ἐκτίθεται κέστραν, βελόνην, σαυρίδα.

(Athenæus lib. VII pag. 323. a.)

219. Τοῦτο δὲ σημειωτέον πρὸς Σπεύσιππον λέγοντα εἶναι ὅμοια σηπίαν καὶ τευθίδα.

(Athenæus lib. VII pag. 323. f. Ἐπίχαρμος δ' ἐν Ἥβας γάμῳ φησὶ Πωλύποι τε σηπίαι τε καὶ ποταναὶ τευθίδες. Τοῦτο δὲ σημειωτέον πρὸς Σπεύσιππον κτλ. Conf. Epicharm. fragm. in Philos. Gr. Fragm. Vol. I p. pag. 137.)

220. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων παραπλήσιά φησιν εἶναι ψῆτταν, βούγλωσσον, ταινίαν.

Sunt apii atque sii circum mollissima prata.

Nam sium cum apio nasci, non autem violas.

210. Speusippus in similitudinum libris peponem cucumerem vocat; Diocles autem postquam peponem nominavit non amplius cucumeris nomine utitur; sed Speusippus qui cucumerem dixit eum fructum peponis nomine non appellat.

211. Speusippus secundo similitudinum libro finitima esse dicit buccina, purpuras, cochleas, conchas. Cochlearum meminit etiam Sophocles in Camiciis ita:

Conchæ hujus marinæ si quem fetum
possimus invenire.

Præterea Speusippus deinceps rursus singulatim enumerat conchas, pectines, mytilos, pinnas, ungues et alibi ostrea, lepades.

212. Speusippus secundo similitudinum libro finitima esse ait inter animalia crustis mollibus contecta locustam, astacum, nympham, ursam, cancrum, pagurum.

213. Aristoteles in volumine de animalibus, sicut Speusippus, similes esse scribit phagrum, rubellionem, hepar.

214. Speusippus quoque secundo similitudinum libro eas a thynnis maribus sejungit.

215. Speusippus autem secundo similitudinum libro melanurum et coracinum similes esse ait.

216. Speusippus secundo similitudinum libro bocas et smarides similes esse mænis affirmat.

217. Percæ. Harum meminit Diocles et Speusippus secundo similitudinum libro, similes esse dicens percam, channen, phycidem.

218. Speusippus secundo similitudinum libro tanquam similes pisces ponit sudem, belonen, lacertum.

219. Hoc autem notandum est adversus Speusippum, qui sepias et loligines similes esse dicebat.

220. Speusippus secundo similitudinum libro similes esse ait rhombum, soleam, tæniam.

(Athenæus lib. VII pag. 329. f.)

221. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων « Ῥαφανίς, φησί, γογγυλίς, ῥάφυς, ἀνάῤῥινον, ὅμοια. »

(Athenæus lib. IX pag. 369. a. b.)

222. Μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Σπεύσιππος ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων.

(Athenæus lib. IX pag. 387. c. καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὀγδόῃ ζῴων ἱστορίας γράφει τάδε « Εἰσὶ δὲ τῶν ὀρνίθων οἱ μὲν κονιστικοί, οἱ δὲ λοῦνται, οἱ δὲ οὔτε κονιστικοὶ οὔτε λοῦνται. Ὅσοι δὲ μὴ πτητικοί, ἀλλ' ἐπίγειοι, κονιστικοί, οἷον ἀλεκτορίς, πέρδιξ, ἀτταγήν, φασιανός, κορυδαλλός. » Μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Σπεύσιππος κτλ.)

223. Καὶ Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων χωρὶς τοῦ σ κῶπας αὐτοὺς ὀνομάζει.

(Athenæus lib. IX pag. 391. d. Speusippus igitur non σκῶπας, sed κῶπας has aves appellabat.)

224. Ἔστι δ' ἡ κερκώπη ζῷον ὅμοιον τέττιγι καὶ τρυγονίῳ, ὡς Σπεύσιππος παρίστησιν ἐν τετάρτῳ Ὁμοίων.

(Athenæus lib. IV pag. 133. b. Secutus sum vulgatam scripturam τρυγονίῳ, quam etiam Eustathius tuetur pag. 1282, 40. Nam τιγονίῳ, quod Dindorfius posuit, ferri non potest.)

225. Σπεύσιππος δ' ἐμφερῆ φησιν εἶναι κόκκυγα, χελιδόνα, τρίγλαν.

(Athenæus lib. VII pag. 324. f.)

Ex τῶν Διονυσίου πρὸς Σπεύσιππον ἐπιστολῶν.

226. Οὐ μακρὰν δὲ τούτων ἦν καὶ Σπεύσιππος, ὁ Πλάτωνος ἀκουστὴς καὶ συγγενής. Διονύσιος γοῦν ὁ τύραννος ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαῖς καὶ τὰ τῆς φιληδονίας αὐτοῦ διεξερχόμενος, ἔτι δὲ τῆς φιλαργυρίας, ἐρανίζεσθαί τε παρὰ πολλῶν αὐτὸν διελέγχων ὀνειδίζει καὶ τὸν Λασθενείας τῆς Ἀρκαδικῆς ἑταίρας ἔρωτα, ἐπὶ πᾶσί τε λέγει τάδε· « Σύ τισι φιλαργυρίαν ὀνειδίζεις, αὐτὸς μηδὲν ἐλλελοιπὼς αἰσχροκερδίας; τί γὰρ οὐ πεποίηκας; οὐχ ὑπὲρ ὧν Ἑρμείας ὤφειλεν αὐτὸς ἐκτετικὼς ἔρανον συνάγειν ἐπιχειρεῖς; »

(Athenæus lib. VII pag. 279. e. Similiter idem lib. XII pag. 546. d. φιλήδονος δ' ἦν καὶ Σπεύσιππος ὁ Πλάτωνος συγγενὴς καὶ διάδοχος τῆς σχολῆς. Διονύσιος γοῦν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῇ κατὰ τῆς φιληδονίας αὐτοῦ εἰπὼν καὶ φιλαργυρίαν αὐτῷ ὀνειδίζει καὶ τὸν Λασθενείας τῆς Ἀρκαδικῆς ἔρωτα, ἥτις Πλάτωνος ἠκηκόει. Libri priore loco σαρδικῆς habent, quod in Ἀρκαδικῆς mutandum esse jam Menagius ad Diogen. Laert. III, 46 vidit.)

227. Ἐλέγοντο δὲ αὐτοῦ καὶ αἱ Πλάτωνος ἀκούειν μαθήτριαι, Λασθενία τε ἡ Μαντινικὴ καὶ Ἀξιοθέα ἡ Φλιασία, ὅτε καὶ Διονύσιος πρὸς αὐτὸν γράφων τωθαστικῶς φησί· καὶ ἐκ τῆς Ἀρκαδικῆς σου μαθητρίας ἐστὶ τὴν φιλοσοφίαν καταμαθεῖν· καὶ Πλάτων μὲν ἀτελεῖς φόρων τοὺς παρ' αὐτὸν φοιτῶντας ἐποίει, σὺ δὲ δασμολογεῖς, καὶ παρ' ἑκόντων καὶ ἀκόντων λαμβάνεις.

(Diogenes Laërtius lib. IV, 2)

228. Βούλομαί σε μετὰ παιδιᾶς παῤῥησιάσασθαι, ἐπειδὴ σὺ καὶ πρὸς ἐμὲ προεισβέβληκας [a] τῷ τρόπῳ τούτῳ. Λέγω δή σοι εὖ πράττειν, εἰ ἄρα τοῦτό ἐστι τοῦ χαίρειν ἄμεινον, ὡς οὐκ ἔστιν, [b] ἀλλὰ τοῦ μὲν ἥδεσθαι, ᾧ Λασθενία καὶ Σπεύσιππος χρῆται, αἴτιος τοῦ ἐς Σικελίαν στόλου ὁμολογῶν εἶναι, καὶ πλείονας τοῦ Γηρυόνου χεῖρας καὶ πόδας ἕξων, μᾶλλον δὲ τοῦ Βριάρεω.

(Epist. Socratic. 36 p. 44 ed. Orell. Scripsi : [a] ἐπειδὴ σὺ καὶ πρὸς ἐμὲ προεισβέβληκας] codd. ἐπειδὴ καὶ σὺ περὶ ἐμοῦ προεισβέβληκας. — [b] ὡς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἥδεσθαι] codd. ὡς οὐκ ἔστιν.

---

221. Speusippus secundo similitudinum libro : Raphanus, inquit, rapum rotundum, rapa, nasturtium, similia sunt.

222. Meminit earum avium et Speusippus secundo similitudinum libro.

223. Speusippus quoque secundo similitudinum libro sine s ipsos asiones nominat.

224. Est autem cicada parvula animal simile cicadæ vel parvo turturi, ut Speusippus quarto similitudinum libro ostendit.

225. Speusippus vero similes esse cuculum, hirundinem, mullum affirmat.

E Dionysii epistolis ad Speusippum datis.

226. Non longe ab his etiam Speusippus dissentiebat Platonis auditor et cognatus. Itaque Dionysius tyrannus in epistolis quas ad eum dedit tum voluptatis studium tum avaritiam ejus exponens, simulque a multis illum pecuniam exigere convincens Lastheniæ quoque, Arcadicæ amicæ, amorem exprobrat, ac postremo hæc addens : « Tu quibusdam, inquit, hominibus avaritiam objicis, quum ipse nullum turpe lucrum prætermiseris? Quid enim non fecisti? Nonne quarum rerum pœnas ipse Mercurius luere debebat, ex iis fructum percipere conaris?

227. Dicebantur ipsum Platonis quoque discipulæ, Lasthenia Mantineæ alumna et Axiothea Phliasia audivisse, quo tempore etiam Dionysius mordaciter sic ad eum scripsit : *et ab Arcade discipula tua philosophiam discere nobis licet;* et *Plato discendi studiosos gratis docebat, tu vero tributa exigis, et æque a volentibus atque a nolentibus accipis.*

228. Volo te per jocum libere loqui, quoniam tu etiam antea in me hoc modo invectus es. Jubeo te igitur bene agitare, si forte hoc satius est quam gaudere, sicut non

Ἀλλὰ τοῦ μὲν ἥδεσθαι. — De epistolica salutatione εὖ πράττειν, item de reliquis χαίρειν, ἥδεσθαι, ὑγιαίνειν vide Henr. Stephani Thes. s. v. πράττειν. Diogenes Laërtius in Platonis vita lib. III, 61 ἐπιστολαὶ τρισκαίδεκα ἠθικαί, ἐν αἷς ἔγραφεν εὖ πράττειν, Ἐπίκουρος δὲ εὖ διάγειν, Κλέων χαίρειν, ubi consule Menagium. Cæterum Speusippus Geryone, vel potius Briareo plures et manus et pedes habiturus esse fingitur propter avaritiam. Videntur enim avari multis et manibus et pedibus tam ad accipiendam quam ad quærendam pecuniam quodammodo egere. —

229. Ἤδη δὲ τῶν παλαιῶν οἱ μὲν πάντα θεωρήματα καλεῖν ἠξίωσαν, ὡς οἱ περὶ Σπεύσιππον καὶ Ἀμφίνομον, ἡγούμενοι ταῖς θεωρητικαῖς ἐπιστήμαις οἰκειότερον εἶναι τὴν τῶν θεωρημάτων προσηγορίαν ἢ τὴν τῶν προβλημάτων, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀϊδίων ποιουμέναις τοὺς λόγους. Οὐ γάρ ἐστι γένεσις ἐν τοῖς ἀϊδίοις, ὥστε οὔτε τὸ πρόβλημα χώραν [a] ἐπὶ τούτων ἂν ἔχοι, γένεσιν ἐπαγγελλόμενον καὶ ποίησιν τοῦ μήπω πρότερον ὄντος, οἷον ἰσοπλεύρου τριγώνου σύστασιν, ἢ τετραγώνου δοθείσης εὐθείας [b] ἀναγραφήν, ἢ εὐθείας πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ θέσιν. Ἄμεινον οὖν, φασί, λέγειν ὅτι πάντα ταῦτα ἔστι. Τὰς δὲ γενέσεις αὐτῶν οὐ ποιητικῶς, ἀλλὰ γνωστικῶς ὁρῶμεν, ὡς ἂν εἰ γιγνόμενα λαμβάνοντες τὰ ἀεὶ ὄντα. Ὥστε καὶ πάντα θεωρητικῶς ἐροῦμεν, [c] ἀλλ' οὐ προβληματικῶς λαμβάνεσθαι. Οἱ δὲ ἀνάπαλιν πάντα προβλήματα λέγειν ἐδικαίουν, ὡς οἱ περὶ Μέναιχμον μαθηματικοί· τὴν δὲ προβολὴν εἶναι διττήν, ὁτὲ μὲν πορίσασθαι τὸ ζητούμενον, ὁτὲ δὲ [d] περιωρισμένον λαβόντας ἰδεῖν ἢ τί ἐστιν, ἢ ποιόν τί ἐστιν, ἢ τί παθόν, ἢ τίνας ἔχει πρὸς ἄλλο σχέσεις. Καὶ λέγουσι μὲν ὀρθῶς ἀμφότεροι. Καὶ γὰρ οἱ περὶ Σπεύσιππον καλῶς. Οὐ γὰρ τοιαῦτά ἐστι τὰ προβλήματα γεωμετρίας, οἷα τὰ μηχανικῆς. Αἰσθητὰ γὰρ ταῦτα καὶ γένεσιν ἔχοντα, καὶ παντοίαν μεταβολήν. Καὶ οἱ περὶ τὸν Μέναιχμον.

(Proclus commentar. in prim. Euclid. elementor. lib. II, 8 pag. 22 ed. græc. Basil. 1533. Cf. interp. lat. (Patav. 1560) pag. 45. πάλιν δὲ αὖ τὰ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν εἰς προβλήματα διαιρεῖται καὶ θεωρήματα, τὰ μὲν τὰς γενέσεις περιέχοντα τῶν σχημάτων καὶ τὰς τομὰς καὶ τὰς ἀφαιρέσεις ἢ προσθέσεις, καὶ ὅλως τὰ παθήματα τὰ γιγνόμενα περὶ αὐτά, τὰ δὲ καθ' αὑτὰ συμβεβηκότα ἑκάστοις δεικνύοντα. Καθάπερ γὰρ αἱ ποιητικαὶ τῶν ἐπιστημῶν θεωρίας μετέχουσι, κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ αἱ θεωρητικαὶ τὰ προβλήματα ταῖς ποιήσεσιν ἀνάλογον προειλήφασιν. Ἤδη δὲ τῶν παλαιῶν κτλ. Nihil mutavi in verbis οἰκειότερον εἶναι τὴν τῶν θεωρημάτων προσηγορίαν, quamvis rectius dicatur οἰκειοτέραν. Sed vide Thucyd. III, 101; V, 110, ut alia hujusmodi exempla omittam. In sequentibus correxi: [a] χώραν] codd. χωρίς. — [b] ἢ τετραγώνου δοθείσης εὐθείας ἀναγραφήν, ἢ εὐθείας πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ θέσιν] codd. ἢ τετραγώνου, δοθείσης εὐθείας, πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ, ἢ ἀναγραφήν, ἢ θέσιν. — [c] ἐροῦμεν] libri ὁροῦμεν. — [d] ὁτὲ δὲ περιωρισμένον λαβόντας ἰδεῖν ἢ τί ἐστιν, ἢ ποιόν τί ἐστιν, ἢ τί παθόν] codd. ὅτε δὲ περιωρισμένον λαβόντας ἰδεῖν εἴ τις ἐστὶν, ἢ ποιόν τι ἐστι, ἢ τί πόθεν. —)

230. Καθόλου γάρ φησιν ὁ Σπεύσιππος, ὧν ἡ διάνοια τὴν θεωρίαν ποιεῖται, τὰ μὲν οὐδεμίαν ποικίλην ποιησαμένη διέξοδον προβάλλει, καὶ προσευτρεπίζει πρὸς τὴν μέλλουσαν ζήτησιν, καὶ ἔχει τούτων ἐναργεστέραν ἐπαφὴν μᾶλλον, ἢ τῶν ὁρατῶν ἡ ὄψις, τὰ δὲ ἐκ τοῦ εὐθέος αἱρεῖν [a] ἀδυνατοῦσα, κατὰ μετάβασιν ἀπ' ἐκείνων διαβαίνουσα, κατὰ τὸ ἀκόλουθον [b] αὐτῶν ἐπιχειρεῖται τὴν θήραν. Οἷον τὸ μὲν ἀπὸ σημείου γραμμὴν εὐθεῖαν ἐπὶ σημεῖον ἀγαγεῖν ὡς πρόχειρον λαμβάνει καὶ εὐπόριστον. Τῇ γὰρ ὁμαλῇ ῥύσει

---

est, sed quam lætari, quo Lasthenia utitur æque ac Speusippus, qui se Platoni fuisse auctorem, ut in Siciliam navigaret confitetur, et Geryone, vel potius Briareo plures et manus et pedes habiturus est.

229. Jam vero veterum alii omnia appellare theoremata voluerunt, ut Speusippi Amphinomique sectatores, rati doctrinis contemplativis magis esse propriam theorematum appellationem, quam problematum, præsertim quum de æternis disputetur. Ortus enim in æternis non est. Quamobrem neque problema locum in his quidem habebit ortum confectionemque ejus, quod prius non erat promittendo, verbi causa trianguli æquilateri constitutionem, vel quadrati data recta linea descriptionem, vel rectæ lineæ in dato puncto positionem. Præstat igitur, (inquiunt) dicere hæc omnia esse. Ortus autem ipsorum non conficiendo, sed cognoscendo cernimus, in eorum quæ fiunt numero æterna reponentes. Quapropter cuncta etiam contemplando, non autem quærendo accipi dicemus. Alii contra cuncta problemata nominanda esse censebant, ut qui Menæchmi sectam secuti sunt mathematici; munus autem problematis esse duplex, nunc quæsitum invenire, nunc, quum definitum illud acceperint, videre vel quid sit, vel quale quid sit, vel quid affectionis habeat, vel quam ad aliud rationem. Et recte quidem utrique dicunt. Etenim Speusippi sectatores recte sentiunt. Non enim talia sunt geometriæ problemata, qualia mechanicæ artis. Sunt enim hæc sensibilia et ortum omnisque generis mutationem habentia. Sed Menæchmi quoque sectatores vera prædicant.

230. In universum enim (inquit Speusippus) eorum quæ animus contemplatur, alia quidem missis ambagibus proponit et ad futuram disquisitionem accommodat, eaque clarius cernit, quam oculus res ipsi subjectas: alia vero, quum statim assequi non possit, in transitu ab

τοῦ σημείου συγκειμένη καὶ προϊοῦσα, τῷ μηδαμοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀπονεύειν, εἰς τὸ ἕτερον καταπίπτει σημεῖον. [c] Πάλιν εὐθείας τοῦ μὲν τῶν περάτων μένοντος τὸ δὲ περὶ αὐτὸ κινούμενον, [f] γέγραφε τὸν κύκλον. Εἰ δέ τις ἕλικα μονόστροφον γράφειν ἐθελήσειε, ποικιλωτέρας δεῖται μηχανῆς. Καὶ γὰρ κινήσεις ποικίλαι γεννῶσιν αὐτήν.

(Proclus commentar. in prim. Euclid. elementor. lib. III, 1 pag. 50 ed. græc. [Cf. interp. lat. pag. 102.] qui hæc explicationis causa addit : καὶ εἴ τις τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι ἐθελήσειε, κἀνταῦθα δεήσεται μεθόδου τινὸς εἰς τὴν τοῦ τριγώνου σύστασιν. Ἐρεῖ γὰρ ὁ γεωμετρικὸς νοῦς, ὅτι νοήσας εὐθεῖαν κατὰ μὲν θάτερον τῶν περάτων μένουσαν, κατὰ δὲ θάτερον κινουμένην περὶ ἐκεῖνο, καὶ σημεῖον ἀπὸ τοῦ μένοντος ἐπ' αὐτῆς κινούμενον, εἰς ταὐτὸ καταστάντα καὶ συμπεσόντα ποιεῖ μοι τὴν τοιαύτην ἕλικα. Καὶ πάλιν κύκλους ὁμοίους γράψας, καὶ ἀπὸ τῆς κοινῆς τομῆς εἰς τὰ κέντρα τῶν κύκλων ἐπιζεύξας, καὶ ἀπὸ θατέρου τῶν κύκλων ἐπὶ θάτερον εὐθεῖαν ἀγαγὼν ἔξω τὸ ἰσόπλευρον τρίγωνον. Scripsi : [a] ἐκ τοῦ εὐθέος αἱρεῖν] codd. ἐκ τοῦ εὐθέως αἵρειν. — [b] κατὰ τὸ ἀκόλουθον] libri καὶ τὸ ἀκόλουθον. — [c] ἐπιχειρεῖται] libri ἐπιχειρεῖσθαι. — [d] τῷ] codd. τὸ. — [e] εἰς τὸ ἕτερον καταπίπτει σημεῖον] codd. εἰς τὸ ..ρον κατὰ ταῦτα σημεῖον. — [f] εὐθείας τοῦ μὲν τῶν περάτων μένοντος τὸ δὲ περὶ αὐτὸ κινούμενον] codd. εὐθείας τὸ μὲν τῶν περάτων μόνον περὶ αὐτὸ κινούμενον. In sequentibus νοήσας et κύκλους ὁμοίους pro codicum lectionibus νοῆσαι et κύκλους ὅσους posui. Pro καταστάντα καὶ συμπεσόντα expectes καταστᾶσαν καὶ συμπεσοῦσαν. Sed vide Matthiæ Gramm. Græc. § 436. 2. Quippe sensus est : dicet enim mens geometriæ innutrita, postquam excogitavit rectam lineam, cujus una extremitas maneat, altera circa illam motu cieatur, et punctum a manente super ipsam lineam moveatur, se adunatam et conjunctam talem spiram mihi facere.

illis progrediens, juxta convenientiam ipsa venari conatur. Exempli gratia a puncto ad punctum rectam lineam ducere promtum existimat et factu facile. Quum enim æquabili puncti fluxu constet simulque progrediatur, eo quod nusquam magis vel minus declinat : in alterum incidit punctum. Rursus si uno quidem extremorum rectæ lineæ manente, alterum circa ipsum moveatur, circulum scribit. Si quis autem simplicis flexus spiram describere voluerit, magis varia eget machinatione. Variis enim motibus illa gignitur.

DE XENOCRATE.

Xenocrates (1) patriam habuit Chalcedonem, quam cæcorum urbem esse plerique olim credebant (2), quod conditores locum minus commodum elegissent, spreto solo vicino eoque fertiliore, ubi postea Byzantium conditum est. Namque ejus Bithyniæ partis, ubi tertio Olympiadis 43 anno Chalcedon a Megarensibus constituta floruit, sterile erat solum. Ibi Xenocratem natum esse memoriæ produnt Cicero (3), Athenæus (4) Suidas (5) et Stobæus (6), a quorum auctoritate dissident Clementis Alexandrini (7) membranæ et quidam Æliani (8) ac Diogenis Laertii (9) codices, eum Carthaginiensem facientes. Nimirum librarii nomina Καρχηδόνιος et Χαλκηδόνιος confuderunt, quod eo facilius erat, quia pro hoc etiam Καλχηδόνιος dicebatur. Quamobrem Ciceronem sequimur auctorem cæterosque qui Xenocratem Chalcedonium fuisse tradunt, præsertim quum etiam marmore antiquo (10) illorum testimonia confirmentur.

Quando vero natus sit, nemo veterum commemorat; præterea de numero annorum quos explevit inter scriptores controversia est. At hæc quoque res neque obscura videtur, neque difficiles habet explicatus. Narrat enim Diogenes Laertius (11) Xenocratem, Speusippi successorem, viginti quinque annos scholæ præfuisse. Addit, cum munus auspicatum esse sub Lysimachide secundo centesimæ decimæ Olympiadis anno, sed quum annum ætatis octogesimum secundum ageret, repentina morte obiisse. Quæ si vera sunt, sequitur philosophum, posteaquam octoginta duos annos confecisset, tertio Olympiadis centesimæ sextæ decimæ anno mortalitatem explevisse, natumque esse primo vel secundo Olympiadis nonagesimæ sextæ anno sive ante Chr. 396. Obsistunt autem Laertio Censorinus (12) Lucianus (13) in Longævis et Scaliger in Ὀλυμπιάδων συναγωγῇ (14), quorum primus Xenocratem ad annum ætatis LXXXI, alter ad LXXXIV vixisse testatur, tertius ejus ortum ad primum Olympiadis nonagesimæ primæ annum refert. Quapropter, quum aliunde sciamus Xenocratem Olympiadis 116 non fuisse superstitem, ex Scaligeri computatione Meursius (15) collegit, eum ad annum vitæ centesimum secundum vel tertium pervenisse illiusque Olympiadis anno secundo aut tertio naturæ concessisse. A Meursio quod cum Scaligero errare maluerit, quam cum Dio-

(1) Cf Dionysii van de Wynpersse de Xenocrate Chalcedonio, philosopho academico, dissertatio. Lugduni Batavorum 1822. — (2) Plinius Hist. nat. lib. V cap. 32; Pomponius Mela lib. I cap. 19; Tacitus Annal. lib. XII cap. 63. — (3) Cicero Acad. lib. I cap. 4 nam, quum Speusippum, sororis filium, Plato philosophiæ quasi heredem reliquisset; duos autem præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium et Aristotelem Stagiriten etc. — (4) Athenæus lib. XII p. 530. D. διὸ καὶ Ἀριστοτέλης Ξενοκράτην τὸν Χαλκηδόνιον σκώπτων κτλ. — (5) Suidas v. Ξενοκράτης. — (6) Stobæus Eclog. phys. lib. I cap. 2, 29 pag. 62 ed. Heeren. Ξενοκράτης, Χαλκηδόνιος κτλ. Strabo lib. XII, p. 566. B. ἄνδρες δ᾽ ἀξιόλογοι κατὰ παιδείαν γεγόνασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος καὶ Διονύσιος ὁ διαλεκτικός. — (7) Clemens Alexandrinus Admon. ad gentes p. 44. A. ed. Sylburg. Ξενοκράτης, Καρχηδόνιος οὗτος κτλ. Id. Strom. lib. V, p. 604. C. Ξενοκράτης δὲ ὁ Χαλκηδόνιος. — (8) Ælianus var. hist. lib. II, cap. 41 καὶ ἐνίκησε Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος (al. codd. Καρχηδόνιος) et lib. XIII, cap. 31 Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος, ὁ ἑταῖρος Πλάτωνος. — (9) Diogenes Laertius lib. IV, 6 Ξενοκράτης Χαλκηδόνιος (al. codd. Καρχηδόνιος). — (10) apud Fulvium Ursinum Elogiorum pag. 55 et Expressorum Vultuum Tab. 19, ubi legitur ΞΕΝΟΚΡΑΤΗϹ ΑΓΑΘΑΝΟΡΟϹ ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΟϹ. Cf. Sponium in Misc. Erud. Antiq. pag. 136. —

(11) Diogenes Laertius lib. IV, 14 διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον, καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη, ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἀρξάμενος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Ἐτελεύτα δὲ νυκτός, λεκάνῃ προσπταίσας, ἔτος ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν. — (12) Censorinus de die natali cap. 15: Quare, sanctissime Cerelli, quum istum annum qui maxime fuerat corpori formidolosus sine ullo incommodo transieris, cæteros, qui leviores sunt, climacteras minus tibi extimesco, præsertim quum in te animi potius quam corporis naturam sciam dominari, eosque viros qui tales fuerunt non prius vita excessisse quam ad annum illum octogesimum et unum pervenerint, in quo Plato finem vitæ et legitimum esse existimavit et habuit. Hoc anno et Dionysius Heracleotes ut vita abiret cibo abstinuit et contra Diogenes cynicus cibi cruditate in choleram solutus est. Eratosthenes quoque ille orbis terrarum mensor et Xenocrates Platonicus veteris academiæ princeps ad eundem annum vixerunt. — (13) Lucianus Longæv. cap. 20 Ξενοκράτης δὲ Πλάτωνος μαθητὴς γενόμενος τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. — (14) Scaliger in Ὀλυμπιάδων συναγωγῇ pag. 322 editionis Eusebianæ. —

(15) Meursius de Archontibus Athen. lib. III, cap. 9.

gene vera sentire, dissentiunt Ionsius (16), Bælius (17), alii. Nam primum illa Ὀλυμπιάδων συναγωγή non est incerti scriptoris antiqui opus, ut Meursius putabat, sed Scaligeri, quemadmodum tum ipse fatetur ad Eusebii Chronica pag. 431, tum Valckenarius ad Theocritum pag. 270 demonstravit. Deinde multo verisimilius est Scaligerum errasse, quam Laertium non vera dixisse. Id autem rationibus certis et illustribus docuit Bælius. Earum prima, quam subjicit, hæc est. Xenocratem ait a juventute Platonis disciplina usum esse et Platonem jam seniorem scholas habere cœpisse : de Scaligeri sententia Platonem quatuordecim tantum annis Xenocrati ætate præstitisse; ergo non potuisse hunc ab ineunte adolescentia illius auditorem esse. Etenim Plato jam trigesimum agebat annum, quo tempore Socrates ex hominum vita demigravit; cujus post mortem plura fecit itinera, unde redux demum philosophiam professus studiosorum juvenum cœtus habuit. Ergo aut Scaliger fallitur aut ii auctores, qui Xenocratem peradolescentulum Platoni operam dedisse scribunt. Altera ratio a Bælio allata haud minus exquisita est. Quippe Xenocratem memorat tertio Olympiadis 114 anno legatum ad Antipatrum missum esse. Quodsi primo Olympiadis 91 anno natus esset, futurum fuisse, ut ætatis anno 93 hanc legationem obiret : minime autem probabile esse, auctores qui hanc legationem litteris memoriæque mandarunt nihil de summa legati senectute fuisse dicturos, si decrepitus senex tale negotium suscipere auderet. Justis igitur de causis Laertii auctoritas plus apud nos valet, quam Scaligeri Ὀλυμπιάδων συναγωγή, licet ex antiquis fontibus ducta sit. Censorinus vero exempla ponit virorum qui in fatali anno octogesimo primo finem vitæ habuerunt, plurimosque citat quos vel hunc ætatis annum non complevisse vel diutius vixisse ex aliis monumentis intelligitur. Denique Lucianum sive τῶν Μακροβίων scriptorem in exquirendis temporibus non semper diligentem fuisse inter omnes hodie constat. Itaque utriusque auctoris in hac quæstione ratio haberi non potest, siquidem solum Laertium locupletem testem esse apparet.

Sed ut digressus a re ad propositum redeam, Xenocrates, Agathenoris filius, a puero Platonem audivit (18). Etenim procul dubio mature relicta patria urbe Athenas habitatum concessit, ut optimis auctoribus in philosophia versaretur. Ibi primum Æschinis in disciplinam se tradidit, qui propter paupertatem mercede docebat (19). Hunc unicum discipulum mox ei Plato subtraxit, qui nunquam amice cum Æschine vixisse fertur. Contigit autem Xenocrati, ut quamvis tardo esset ingenio, tamen sub Platone magistro multum in philosophia et optimis studiis proficeret. Cæterum quot annos natus fuerit Xenocrates, quo tempore Platonis sermonibus interesse cœpit, incertum est. Plato enim, quum ille in vitam veniret, trigesimum quartum ætatis annum agebat. Accedit, quod Socrate mortuo, qui quarto Olympiadis 94 anno obierat, plura suscepit itinera. Deinde Athenas reversus postquam scholam aperuerat, bis tantum in Siciliam videtur esse profectus. Unius vero itineris comes fuit Xenocrates (20). Hinc conjicias eum Platonis institutione jam ante Dionysii majoris obitum esse usum, id est eo tempore quod inter primam et secundam philosophi Siciliensem peregrinationem interfuit. Vivo Dionysio majore Xenocratem Athenas venisse, ex certaminis potatorii narratione efficitur. Dionysius autem morbo debitum reddidit naturæ Nausigene archonte (21) primo Olympiadis 103 anno, quum Xenocrates duodetricesimum ætatis annum agebat. Adde quod Plato dicitur quadraginta annos natus Syracusas primum se contulisse (22); præterea Diodorus Siculus congressum Platonis cum Dionysio ad tertium Olympiadis 98 annum refert. Verum utcunque est, sive 40 sive 44 annos natus Plato primum Syracusas adiit, certe post tertium Olympiadis 98 annum Xenocrates Athenas venit. Neque enim verisimile est, eum puerum, nondum decem annos habentem Athenis in una philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocasse. Igitur Plato circiter quinquaginta

et lib. IV, cap. 12. — (16) Jonsius de Script. hist. phil. lib. I, cap. 10. — (17) *Bayle, Dictionnaire historique et critique* s. v. *Xénocrate* not. x. —

(18) Diogenes Laertius lib. IV, 6 Ξενοκράτης Ἀγαθήνορος Χαλκηδόνιος· οὗτος ἐκ νέου Πλάτωνος ἤκουσεν. Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 2, 29 pag. 62 ed. Heeren. Ξενοκράτης Ἀγαθήνορος, Χαλκηδόνιος. Vid. fragm. 1. Suidas v. Ξενοκράτης· Ἀγάθωνος ἢ Ἀγαθάνορος. Inscriptio marmoris antiqui : Ξενοκράτης Ἀγαθάνορος Καλχαδόνιος. Vid. supra not. 10. — (19) Athenæus lib. XI, p. 507. C. Αἰσχίνου τε πένητος ὄντος καὶ μαθητὴν ἕνα ἔχοντος Ξενοκράτην, τοῦτον περιέσπασε (Πλάτων). Diogenes Laertius lib. II, 62 ἔπειτ' ἀφικόμενον Ἀθήναζε (τὸν Αἰσχίνην) μὴ τολμᾶν σοφιστεύειν, εὐδοκιμούντων τότε τῶν περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀρίστιππον· ἐμμίσθους δὲ ἀκροάσεις ποιεῖσθαι. —

(20) Diogenes Laertius lib. IV, 6 Πλάτωνος ἤκουσε, καὶ εἰς Σικελίαν αὐτῷ συναπεδήμησεν. — (21) Diodorus Siculus lib. XV, cap 73 μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Διονύσιος εἰς ἀῤῥωστίαν ἐμπεσὼν ἐτελεύτησε, δυναστεύσας ἔτη τριακοντα καὶ ὀκτώ. — (22) Cf. Aldobrandinus ad Diogen. Laert. lib. III, 21. —

confecerat annos, qua tempestate Xenocrates adolescens eum convenit.

Simulatque vero tali doctore adhibito ad philosophiam pertractandam Xenocrates se dedit, brevi tantos in litteris progressus fecit, ut postea Academiæ princeps evaderet. Laborabat quidem ingenii tarditate, sed omnes difficultates studiorum laboribus et exercitationis assiduitate tandem ita superavit, ut præclara eruditione et sapientia nemini cederet. Qua in re ridiculum fuit laboriosissimi hominis dictum, comparantis se cum vasis angusti oris et tabulis æneis, quod ægre doctrinam perciperet, firme autem et constanter retineret (23). Erat in Xenocrate singularis severitas, adeo ut perpetuo gravitatem præ se ferret atque etiam tristis et austerus videretur. Mores quoque nulla suavitate commendabantur. Quocirca sæpius a Platone, ut Gratiis litaret, admonebatur. Quam rem nunquam ægre tulit, bene se a Platone vituperari arbitratus (24). Plurimum autem intererat inter Xenocratem et alios Platonis auditores, Aristotelem potissimum, qui tantum ingenio valebat tantaque erat morum suavitate, ut brevi tempore percepta magistri disciplina inter omnes discipulos maxime emineret (25). Platoni tamen et hebes Xenocrates et acutus Aristoteles æque probabantur, sed de utroque ita judicare solebat, ut *alterum calcaribus, alterum freno egere statueret*. Celebratur porro ejus vox : *contra qualem equum qualem asinum ungo* (26). Ad hæc carum fuisse Platoni Xenocratem satis constat, quum discipulum ea familiaritate magister complecteretur, ut servi puniendi munus ei injungeret. Ingresso videlicet Xenocrati aliquando *cæde*, inquit, *hunc servum ; nam ipse, quia iratus sum, non possum* (27). Fictam existimo narratiunculam, quam Valerii Maximi verbis libet referre. Is enim lib. IV cap. 1 ext. 2 : « Audierat, inquit, Plato Xenocratem de se multa impie locutum : sine ulla cunctatione criminationem respuit. Instabat certo vultu index, causam quærens, cur sibi fides non haberetur. Adjecit Plato, non esse credibile, ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur. Postremo quum ad jusjurandum inimicitias serentis malignitas confugisset, ne de perjurio ejus disputaret, affirmavit, nunquam Xenocratem illa dicturum fuisse, nisi ea dici expedire sibi judicasset. » Videntur vero multi exstitisse laudum Xenocratis obtrectatores, qui hominem nihil tale commeritum edacitatis et helluationis incusarent. Crimen hoc inferiore ætate confictum est. Neque tamen dubium, quin confingendi ejus ansam dederit Athenæi locus, cui consentanea Ælianus et Laertius tradunt.

Athenæus (28) ita scribit : Timæus narrat Dionysium tyrannum Congiorum die festo ei qui primus congium ebiberet præmium proposuisse coronam auream : primumque ebibisse Xenocratem philosophum et acceptam auream coronam quum domum rediret imposuisse Hermæ in aula constituto, cui solebat floreas imponere coronas, quotiescunque vespere domum redibat; quocirca admiratione dignus judicatus est. Similiter Ælianus (29) var. hist. lib. II, 41 : Et Bacchi die festo, qui Congiorum nomine appel-

(23) Plutarchus de auditione cap. 10, vol. VII, pag. 154 ed. Hutten. ὥσπερ ὁ Κλεάνθης καὶ ὁ Ξενοκράτης βραδύτεροι δοκοῦντες εἶναι τῶν συσχολαστῶν, οὐκ ἀπεδίδρασκον ἐκ τοῦ μανθάνειν, οὐδ' ἀπέκαμνον, ἀλλὰ φθάνοντες εἰς ἑαυτοὺς ἔπαιζον, ἀγγείοις τε βραχυστόμοις καὶ πινακίσι χαλκαῖς ἀπεικάζοντες, ὡς μόλις μὲν παραδεχόμενοι τοὺς λόγους, ἀσφαλῶς δὲ καὶ βεβαίως τηροῦντες. — (24) Diogenes Laertius lib IV, 6 σεμνὸς δὲ τά τε ἄλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεί, ὥστε λέγειν αὐτῷ συνεχὲς τὸν Πλάτωνα· Ξενόκρατες, θύε ταῖς Χάρισι. Plutarchus Amator. cap. 23 vol. XII, pag. 62 ὁ μὲν οὖν Πλάτων τὸν Ξενοκράτη, τἄλλα γενναῖον ὄντα καὶ μέγαν, αὐστηρότατον δὲ τῷ ἤθει, παρεκάλει θύειν ταῖς Χάρισι. Ælianus var. hist. lib. XIV, cap. 9 Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὸ ἄχαρι σκωπτόμενος οὐδέπω ἠγανάκτει [φησὶν], ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν παροξύνοντα αὐτόν, ὑπὲρ τούτου ἵνα τι ἀποκρίνηται τῷ Πλάτωνι, ὅδε καὶ πάνυ ἐμφρόνως κατασιγάζων τὸν ἄνδρα ἔφατο· ἀλλὰ τοῦτο ἐμοὶ συμφέρει. Plutarchus Conjug. Præc. vol. VII, pag. 419 ed. Hutten. ὁ Πλάτων τῷ Ξενοκράτει, βαρυτέρῳ τὸ ἦθος ὄντι, τἄλλα δὲ καλῷ κἀγαθῷ, παρεκελεύετο θύειν ταῖς Χάρισιν. — (25) Diogenes Laertius lib. V, 1 οὗτος γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν. — (26) Diogenes Laertius lib. IV, 6 ἦν δὲ τὴν φύσιν νωθρός, ὥστε φασὶ λέγειν τὸν Πλάτωνα, συγκρίνοντα αὐτὸν Ἀριστοτέλει, τῷ μὲν μύωπος δεῖ, τῷ δὲ χαλινοῦ, καί, ἐφ' οἷον ἵππον οἷον ὄνον ἀλείφω. Similiter ὄνος ἐν μύρῳ *asinus in unguento*, quod proverbii loco dici solet, quum nobis aliquis in deliciis est, qui amore nostro indignus videtur. Vide Diogenianum et Erasmum. — (27) Diogenes Laertius lib III, 38 εἰσελθόντος ποτὲ Ξενοκράτους, εἶπε μαστιγῶσαι τὸν παῖδα· αὐτὸν γὰρ μὴ δύνασθαι διὰ τὸ ὠργίσθαι. — (28) Athenæus lib. X, pag. 437. B. Τίμαιος δέ φησιν, ὡς Διονύσιος ὁ τύραννος τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ τῷ πρώτῳ ἐκπιόντι χόα ἆθλον ἔθηκε στέφανον χρυσοῦν· καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος, καὶ λαβὼν τὸν χρυσοῦν στέφανον, καὶ ἀναλύων τῷ Ἑρμῇ τῷ ἱδρυμένῳ ἐπὶ τῆς αὐλῆς ἐπέθηκεν, ᾧπερ εἰώθει καὶ τοὺς ἀνθινοὺς ἑκάστοτε ἐπιτιθέναι στεφάνους, ἑσπέρας ἀπαλλασσόμενος ὡς αὐτόν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐθαυμάσθη. — (29) Ælianus var. hist. lib. II, 41 καὶ ἐν Διονύσου δὲ τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ προὔκειτο ἆθλον τῷ πιόντι πλέον στέφανος χρυσοῦς· καὶ ἐνίκησε Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ τὸν στέφανον λαβών, ὅτε ἐπανῄει μετὰ τὸ δεῖπνον τῷ Ἑρμῇ τῷ πρὸ θυρῶν ἑστῶτι ἐπέθηκεν αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος τῶν ἔμπροσθεν ἡμερῶν. Καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀνθινοὺς καὶ τοὺς ἐκ τῆς μυῤῥίνης, καὶ τὸν ἐκ τοῦ κιττοῦ, καὶ τὸν ἐκ τῆς δάφνης ἐνταῦθα ἀνέπαυσε καὶ ἀπέλιπε. Pro πλέον Kuhnius non male ex Athenæo reponit πρώτῳ; sed quod in codd. legitur Χοῶν, mutavit in Χόων Henr. Stephanus Thes. L. Gr. v. χοεύς et χοῦς. Nam χόας appellabant τὴν ἑορτήν, χοᾶς autem τὸ μέτρον, denique χοὰς τὰς ἐκχύσεις καὶ σπονδὰς νεκρικάς.

latur, præmium propositum erat ei qui plurimum bibisset, corona aurea, quam meruit sodalium victor Xenocrates Chalcedonius. « Omitto cætera quæ cum Athenæi verbis concordant Denique Diogenes Laertius (30) lib. IV, 8 sic de Xenocrate : » quumque in bibendi certamine apud Dionysium Congiorum die festo qui quotannis celebratur aurea corona esset donatus, exeuntem apposuisse illam Mercurii statuæ, ubi floreas quoque ponere solebat. » Jam vero festum illum diem τῶν Χοῶν Athenis actum esse quotannis veteres scriptores testantur. Vide Meursium in Græcia feriata v. Ἀνθεστήρια, Ruhnkenii Disputationem de festis Dionysiorum Opusc. Vol. I, pag. 206-215, Car. Fr. Hermanni Antiq. sacr. (gottesdienstl. Alterthümer) § 58. Itaque non est quod cum Casaubono ad Athenæi locum citatum Syracusis quoque tale festum celebratum esse credamus. Recte enim Kuhnius ad Laertium notavit, hoc nulla antiquorum testimoniorum auctoritate demonstrari posse. Hinc efficitur, si vera retulit Timæus, ex cujus libris cæteri sua petierunt, Dionysium aliquando Athenas profectum apparatis epulis cum alios excepisse, tum Xenocratem philosophum. Nec tamen perperam de Laertii loco judicavit Kuhnius, qui vulgatam scripturam sic tuetur, ut exigua mutatione facta legi jubeat : τοῖς καταχοῦσι παρὰ Διονυσίου i. e. *per eos qui a Dionysio missi Athenas appulissent*, ut non ipse tyrannus convivio interfuerit, sed ejus amici. Sed quoniam Ruhnkenii conjectura magis convenit cum rei gestæ relatione quæ est apud Timæum, huic album adjicere calculum non dubitavi. Enimvero scimus Xenocratem in Academia sedem ac domicilium habuisse et studiis deditum publico fere caruisse, uno die excepto quo homo laboriosus quotannis in astu se contulerit, Liberalibus, ut novorum tragœdorum solemnia condecoraret (31). Licet igitur die festo Athenis super vinum et epulas in bibendi certamine victor fuerit Xenocrates, quis ei vitio vertet, quod semel a regula et præscriptione vitæ aberravit? Injuria ergo nonnulli hac narratione inducti immoderatum pastum potumque Xenocrati objiciunt. Gregorius enim Nazianzenus (32) ὀψοφαγίαν ei exprobrat pariterque edacitatis eum insimulat Nonnus (33). Verum hos refutare supervacaneum est.

Xenocratem Cicero (34) iis annumerat philosophis, qui ætates suas in perpetua peregrinatione consumserunt, ut semel egressi nunquam domum reverterint. Quam rem ita se habere nemo non videt, quoniam eum mature relicta patria post multos annos natale Bithyniæ solum repetiisse ea mente, ut ibi consenesceret, nusquam legimus. Quamquam autem alia ejus itinera ignorantur, tamen eum Syra usas adiisse notum est. Quum enim ter in Siciliam profectus sit Plato, unius itineris socium fuisse Xenocratem, Diogenes Laertius (35) testificatur. Sed in aula Dionysii eximium fidei et amoris, quo præceptorem amplectebatur, specimen dedit. Simul atque videlicet Dionysius Platoni dixit (36) : *collum tibi aliquis secabit*, Xenocrates suum ostendens respondit : *nemo id prius quam hoc decidet*; quo dicto se dignissimum esse qui tanti philosophi et discipulus et comes esset, satis probavit.

Ejusdem generis illud est, quod memoriæ prodit Ælianus. Nam quum Xenocrates aliquando in patriam iter fecisset, Speusippus autem ægrotaret, Aristoteles Platonem jam octogenarium et obliviosum propositis quæstionibus ita conturbasse fertur, ut senex locum suum in Academia relinqueret ac domi cum amicis maneret. Tribus mensibus post redux Xenocrates, hac rerum mutatione offensus, tum Speusippum reprehendit, quod Aristoteli cessisset, tum Stagiriten objurgatum Academiæ spatiis ejecit Platonemque in integrum restituit (37).

Post Platonis mortem primo Olympiadis 108 anno Aristoteles ad Hermiam tyrannum, amicum et discipulum suum, comite Xenocrate (38), profectus est; ibique triennium ambo transege-

---

Ego codicum vestigia sarta tecta habui. — (30) Diogenes Laertius lib. IV, 8 καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμηθέντα ἐπ' ἄθλῳ πολυποσίας τοῖς κατ' ἔτος Χουσὶ παρὰ Διονυσίῳ, ἐξιόντα θεῖναι πρὸς τὸν ἱδρυμένον Ἑρμῆν, ἔνθαπερ τιθέναι καὶ τοὺς ἀνθινοὺς εἰώθει. Scripsi e Ruhnkenii conjectura τοῖς κατ' ἔτος Χουσὶ παρὰ Διονυσίῳ pro vulgata lectione τοῖς καταχοῦσι παρὰ Διονυσίῳ. Vid. Ruhnkenii Opusc. vol. I, pag. 213 ed. Friedem. — (31) Vide supra Speusippi vitam not. 82. — (32) Gregorius Nazianzenus orat. 3 adv. Julianum pag. 78. D. ed. Paris. anni 1609. — (33) Nonnus in Collectione profanarum historiarum, quarum meminit Nazianzenus orat. cit. § 23. — (34) Cicero Tusc. lib. V, cap. 37. — (35) Vide supra not. 20. — (36) Diogenes Laertius lib. IV, 11 εἰπόντος δὲ Διονυσίου πρὸς Πλάτωνα ὡς ἀφαιρήσει τις αὐτοῦ τὸν τράχηλον, παρὼν οὗτος καὶ δείξας τὸν ἴδιον, οὐκ ἄν γε, ἔφη, τις πρότερον τούτου. — (37) Vide Speusippi vitam not. 93. — (38) Strabo lib. XIII, p. 610 ἐνταῦθα δὲ καὶ Ἀριστοτέλης διέτριψε διὰ τὴν πρὸς Ἑρμείαν τὸν τύραννον κηδείαν. Ἦν δὲ Ἑρμείας εὐνοῦχος, τραπεζίτου τινὸς οἰκέτης· γενόμενος δ' Ἀθήνησιν ἠκροάσατο καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους· ἐπανελθὼν δὲ τῷ δεσπότῃ συνετυράννησε, πρῶτον ἐπιθεμένῳ τοῖς περὶ Ἀταρνέα καὶ Ἄσσον χωρίοις· ἔπειτα διεδέξατο ἐκεῖνον, καὶ μετεπέμψατο τόν τε Ἀριστοτέλην καὶ Ξενοκράτην καὶ ἐπεμελήθη αὐτῶν· τῷ δ' Ἀριστοτέλει καὶ θυγατέρα ἀδελφοῦ συνῴκισε. Μέμνων δ' ὁ Ῥόδιος ὑπηρετῶν τότε τοῖς Πέρσαις καὶ στρατη-

runt; post triennium Hermia capto atque interfecto Aristoteles Mitylenas confugit et secundo Olympiadis 109 anno Macedoniam petiit ibique apud Philippum et Alexandrum usque ad secundum Olympiadis 111 annum commoratus est (39). Xenocrates vero, ut opinor, Athenas rediit, ubi Speusippus in Academia Platoni successerat.

Ex Asia redux Xenocrates ad Philippum Macedonem legatus de rebus majoribus missus neque pecunia corrumpi neque voluptatum blanditiis deleniri se passus est (40). Reversi cæteri legati dixerunt frustra Xenocratem secum ivisse. Atheniensibus autem jamjam mulctam ei irrogaturis affirmavit Xenocrates, Philippum cæteros donis corrupisse, se vero nulla ratione capi potuisse. Quocirca duplici honore Athenis auctus est, et Philippus ipse postea præ se tulit, solum Xenocratem ex omnibus qui ad se venissent legatis, munera non accepisse. Hæc Laertius: quando vero eam legationem obierit, non constat.

Postquam Speusippus octo annos continuos scholæ Platonicæ præfuit, morbo articulari ita afflictus est, ut tuendæ Academiæ stationem Chalcedonio philosopho mandare cuperet. Successit ei Xenocrates quinquaginta septem annos natus Lysimachide apud Athenienses prætore secundo Olympiadis 110 anno vel ante Chr. 339 (41). Mox Aristoteles e Macedonia redux ipse in Lyceo scholam aperuit, usus Euripidis versu in hunc modum mutato:

αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν (42).

Ab eo inde tempore laudum et gloriæ æmuli Xenocrates et Aristoteles fuerunt. Quid? quod ipse Alexander aliquamdiu Aristoteli offensus ad Xenocratem dona misit eumque honestavit (43). Aristoteles etiam librum confecit de Speusippi et Xenocratis philosophia (44), in quo controversias, quæ inter Academicos et Peripateticos erant, videtur composuisse (45) Uterque tamen doctrinæ fama celebratus tum gratia et auctoritate tum discipulorum nobilitate floruit. Namquē Aristoteles tredecim annos docuit Athenis et plurimos habuit discipulos, inter quos Theophrastum et Aristoxenum; Xenocrates vero viginti quinque annos academiam rexit usque ad tertium Olympiadis 116 annum, ut ait Diogenes Laertius (46).

De forma institutionis Xenocrateæ sciendum est, Platoni et Xenocrati duplex fuisse docendi munus, ita ut modo adolescentes in philosophia erudirent, modo viros claros et reipublicæ moderandæ studiosos civili ratione instruerent. Namque in Platonis disciplinam se tradiderunt qua philosophi qua clari viri, velut Dio (47), alii. Hac docendi ratione, quam Platonem a Pythagoreis accepisse suspicamur, usus est etiam Xe-

---

γῶν, προσποιησάμενος φιλίαν καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν ξενίας τε ἅμα καὶ πραγμάτων προσποιητῶν χάριν, συλλαβὼν δ' ἀνέπεμψεν ὡς τὸν βασιλέα, κἀκεῖ κρεμασθεὶς ἀπώλετο· οἱ φιλόσοφοι δ' ἐσώθησαν, φεύγοντες τὰ χωρία, ἃ οἱ Πέρσαι κατέσχον. — (39) Diogenes Laertius lib. V, 9 Πλάτωνος δὲ τελευτήσαντος (Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς φησιν αὐτὸν) τῷ πρώτῳ ἔτει ἐπὶ Θεοφίλου πρὸς Ἑρμείαν ἀπᾶραι, καὶ μεῖναι ἔτη τρία· ἐπὶ Πυθοδότου δ' ἐλθεῖν πρὸς Φίλιππον τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, Ἀλεξάνδρου πεντεκαίδεκα ἔτη ἤδη γεγονότος· εἰς δ' Ἀθήνας ἀφικέσθαι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ ἐν Λυκείῳ σχολάσαι ἔτη τρία πρὸς τοῖς δέκα, εἶτα ἀπᾶραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος κ. τ. λ. —

(40) Diogenes Laertius lib. IV, 8-9 λόγος δὲ αὐτὸν μετὰ καὶ ἄλλων πεμφθῆναι πρεσβευτὴν πρὸς Φίλιππον· καὶ τοὺς μὲν δώροις μαλθασσομένους καὶ ἐς τὰς κλήσεις συνιέναι καὶ τῷ Φιλίππῳ λαλεῖν· τὸν δὲ μηδέτερον τούτων ποιεῖν. Οὔτε γὰρ ὁ Φίλιππος αὐτὸν προσίετο διὰ τοῦτο. Ὅθεν ἐλθόντας τοὺς πρέσβεις εἰς τὰς Ἀθήνας φάσκειν, ὡς μάτην αὐτοῖς Ξενοκράτης συνεληλύθει· καὶ τοὺς ἑτοίμους εἶναι ζημιοῦν αὐτον. Μαθόντας δὲ παρ' αὐτοῦ ὡς νῦν καὶ μᾶλλον φροντιστέον εἶναι τῆς πόλεως αὐτοῖς, (τοὺς μὲν γὰρ ἤδη ἐδωροδόκησεν ὁ Φίλιππος, ἐμὲ δὲ μηδενὶ λόγῳ ἐπαξόμενος·) φασὶ διπλασίως αὐτὸν τιμῆσαι· καὶ τὸν Φίλιππον δὲ λέγειν ὕστερον, ὡς μόνος εἴη Ξενοκράτης τῶν πρὸς αὐτὸν ἀφιγμένων ἀδωροδόκητος. — (41) Vide Speusippi vitam not. 135. — (42) Diogenes Laertius lib. V, 2-3 φησὶ δ' Ἕρμιππος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι πρεσβεύοντος αὐτοῦ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων, σχολάρχης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς Ξενοκράτης· ἐλθόντα δὴ αὐτὸν καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν σχολήν, ἑλέσθαι περίπατον τὸν ἐν Λυκείῳ. Καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα, τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. Οἱ δ', ὅτι ἐκ νόσου περιπατοῦντι Ἀλεξάνδρῳ συμπαρὼν διελέγετό ἄττα. Ἐπειδὴ δὲ πλείους ἐγίνοντο ἤδη, καὶ ἐκάθισεν, εἰπών· αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν. Euripidis ex Philocteta versus fuit αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν, quem sic mutavit Aristoteles. Vid. Quintilian. Instit. orat. lib. III, cap. 1. Cicero ad Attic. lib. VI, ep. 8; de Orat. lib. III, cap. 35 et Tusc. lib. I, cap. 4 qui rem paulo aliter narrant. Cf. Menagius ad Laertii l. c.; Valckenar. Diatribe cap. XI et nos supra in Speusippi vita not. 97. — (43) Diogenes Laertius lib. V, 10 λέγεται δὲ διὰ τὴν Καλλισθένους πρὸς Ἀλέξανδρον σύστασιν προσκροῦσαι τῷ βασιλεῖ, κἀκεῖνον ἐπὶ τῷ τοῦτον λυπῆσαι Ἀναξιμένη μὲν αὐξῆσαι, πέμψαι δὲ καὶ Ξενοκράτει δῶρα. — (44) περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους φιλοσοφίας Cf. Diog. Laert. lib. V, 25. — (45) Vide Luzacii Lectiones Atticas Sect. II § 3 pag. 142. — (46) Diogenes Laertius lib. IV, 14 διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη ἐπὶ Λυσιμαχίδου, ἀρξάμενος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Cf. not. 41. — (47) Diogenes Laertius lib. III, 46 μαθηταὶ δ' αὐτοῦ Σπεύσιππος Ἀθηναῖος, Ξενοκράτης Χαλκηδόνιος, Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης, Φίλιππος ὁ Ὀπούντιος, Ἑστιαῖος Περίνθιος, Δίων Συρακούσιος κτλ. —

nocrates qui et privatim discipulos instituit et publice de sapientiæ studio disseruit, quum scholis habitis unicuique adesse liceret. Hujusmodi enim disputationi Polemo ebrius aliquando (48) interfuit. Aristoteleam vero docendi rationem haud multum diversam, sed paulo perfectiorem fuisse conjicimus. Cæterum singulas diei partes certis negotiis assignans Xenocrates aliud tempus docendis adolescentibus constituebat, aliud meditationi, id est commentationi solitariæ, attribuebat, unam denique horam silentio destinabat (49).

E Xenocratis discipulis, qui non minus honoribus, quam rerum gestarum gloria floruerunt, primo loco ponendus est Phocion (50), vir probus et eruditus, ut qui adolescentulus Platoni, deinde in Academia Xenocrati operam dedisset atque ab initio ætatis jam in optima quæque studia incubuisset. Porro Chæron Pellenensis, tyrannus sævus et violentus, Platonis et Xenocratis quæ tenebat præcepta, crudelitate vitaque fœda et facinorosa refutavit(51). Transeo ad eos qui auctore Xenocrate in philosophia versati tempus ætatis in rerum contemplatione consumserunt. Horum primus est Polemo Atheniensis. Is perditæ luxuriæ adolescens neque illecebris tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens, quum e convivio non post occasum solis sed post ortum surrexisset, domumque repetens, Xenocratis philosophi patentem januam vidisset; vino gravis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, pellucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam ejus intravit. Nec contentus tam deformi introitu consedit etiam, ut clarissimum eloquium et prudentissima præcepta temulentiæ lascivia eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissisque de quibus disserebat, de modestia ac temperantia loqui cœpit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primum coronam, capite detractam, projecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivalis hilaritatem deposuit; ad ultimum totam luxuriam exuit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus philosophus evasit (52). Eandem historiam sic tetigit Horatius Satir. II, 3 vs. 254 sq.

> quæro, faciasne quod olim
> Mutatus Polemo? ponas insignia morbi,
> Fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille
> Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,
> Postquam est impransi correptus voce magistri?

Fuerunt qui putarent Xenocratem a Cratero quoque esse auditum; sed hoc sola conjectura continetur, neque ab antiquis scriptoribus traditum est (53). At Crantor Solensis (54) quum in magno honore apud suos esset, motus Xenocratis gloria Athenas venit, ut talis magistri disci-

---

(48) Diogenes Laertius lib. IV, 11 φασὶ καὶ Ἀντιπάτρου ποτὲ ἐλθόντος εἰς Ἀθήνας καὶ ἀσπασαμένου αὐτόν, μὴ πρότερον ἀντιπροσαγορεῦσαι πρὶν ἢ τὸν λόγον ὃν ἔλεγε διαπεράνασθαι. — (49) Diogenes Laertius lib. IV, 11 ἀτυφότατος δὲ ὤν, πολλάκις ἑαυτῷ τῆς ἡμέρας διεμελέτα, καὶ ὥραν μίαν, φασίν, ἀπένεμε σιωπῇ. Stobæus Flor. XXXIII, 11 Ξενοκράτης διαιρῶν ἕκαστον μέρος τῆς ἡμέρας εἰς πρᾶξίν τινα καὶ τῇ σιωπῇ μέρος ἀπένεμε (vid. fragm. 75). Conf. Hesychius Milesius v. Ξενοκράτης. — (50) Plutarchus vit. Phocion. cap. 4 vol. V, pag. 5 ed. Hutten. εἰ γὰρ ἦν, ὥς φησιν Ἰδομενεύς, δοιδυκοποιοῦ πατρός, οὐκ ἂν ἐν τῷ λόγῳ Γλαύκιππος ὁ Ὑπερίδου, μυρία συνειληχὼς καὶ εἰρηκὼς κατ' αὐτοῦ κακά, τὴν δυσγένειαν παρῆκεν· οὐδ' ἂν οὕτως ἐλευθερίου βίου καὶ σώφρονος καὶ παιδείας μετέσχεν, ὥστε τῆς Πλάτωνος, ἔτι μειράκιον ὤν, ὕστερον δὲ τῆς Ξενοκράτους διατριβῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ μετασχεῖν, καὶ τῶν ἀρίστων ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευμάτων ζηλωτὴς γενέσθαι. — (51) Athenæus lib. XI, pag. 509. τοιοῦτοι δ' εἰσὶ καὶ νῦν τῶν Ἀκαδημαϊκῶν τινες, ἀνοσίως καὶ ἀδόξως βιοῦντες. Χρημάτων γὰρ ἐξ ἀσεβείας καὶ παρὰ φύσιν κυριεύσαντες διὰ γοητείαν νῦν εἰσι περίβλεπτοι· ὥσπερ καὶ Χαίρων ὁ Πελληνεύς, ὃς οὐ μόνον Πλάτωνι ἐσχόλακεν, ἀλλὰ καὶ Ξενοκράτει. Καὶ οὗτος οὖν τῆς πατρίδος πικρῶς τυραννήσας οὐ μόνον τοὺς ἀρίστους τῶν πολιτῶν ἐξήλασεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τούτων δούλοις τὰ κτήματα τῶν δεσποτῶν χαρισάμενος, καὶ τὰς ἐκείνων γυναῖκας συνῴκισε πρὸς γάμου κοινωνίαν· ταῦτ' ὠφεληθεὶς ἐκ τῆς καλῆς Πολιτείας καὶ τῶν παρανόμων Νόμων. — (52) Valerius Maximus lib. VI, cap. 9 Ext. 1. Diogenes Laertius IV, 16 Πολέμων, Φιλοστράτου μὲν υἱὸς ἦν, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον Οἴηθεν. Νέος δ' ὢν ἀκόλαστός τε καὶ διακεχυμένος ἦν οὕτως, ὥστε καὶ περιφέρειν ἀργύριον πρὸς τὰς ἑτοίμους λύσεις τῶν ἐπιθυμιῶν· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς στενωποῖς διέκρυπτεν. Ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ πρὸς κίονί τινι τριώβολον εὑρέθη προσπεπλασμένον αὐτοῦ, διὰ τὴν ὁμοίαν τῇ προειρημένῃ πρόφασιν. Καί ποτε συνθέμενος τοῖς νέοις, καὶ ἐστεφανωμένος, μεθύων εἰς τὴν Ξενοκράτους ἧξε σχολήν. Ὁ δέ, οὐδὲν διατραπείς, εἶρε τὸν λόγον ὁμοίως· ἦν δὲ περὶ σωφροσύνης· ἀκοῦον δὲ τὸ μειράκιον κατ' ὀλίγον ἐθηράθη· καὶ οὕτως ἐγένετο φιλόπονος, ὡς ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτὸν διαδέξασθαι τὴν σχολήν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς ἕκτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Id. IV, 19 ὡς ἐῴκει δή, ὁ Πολέμων κατὰ πάντα ἐζηλώκει τὸν Ξενοκράτην· καὶ ἐρασθῆναι αὐτοῦ φησιν Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. Sed de hac re vide Phil. Gr. vol. II, pag. 403 seq. De Polemone autem ad virtutem revocato cf. Plutarchus super adulatoris et amici discrimine cap. 47 vol. VII, p. 230 ed. Hutten. ὥσπερ ἀμέλει καὶ Πολέμωνα Ξενοκράτης ὀφθεὶς μόνον ἐν τῇ διατριβῇ, καὶ ἀποβλέψας πρὸς αὐτόν, ἐτρέψατο καὶ μετέθηκεν. Lucianus in bis Accusato tom. II, pag. 321. Themistius orat. 26 p. 303. D. Epictetus Diss. III, 1 p. 348. Origenes contra Celsum p. 379. A. et 492. A. — (53) Cf. Cicero de orat. III, 18 et Laertius lib. IV, 21-23. — (54) Diogenes Laertius

plina exercitatus rectam vitæ viam sequeretur et præceptis institutisque philosophiæ abundaret. Denique Zeno, Stoicæ sectæ conditor, et Epicurus Xenocratis institutione imbuti sunt, quorum hic duodeviginti annorum adolescens (55), ille vero per decem annos continuos ejus scholis interfuit (56).

Porro præcipua omnium virtutum experimenta edidit. Ac primum quidem fide ita eminebat, ut nemo locupletiorem Xenocrate auctorem laudare posset. Quocirca Athenienses hominem, testimonium dicentem, jurare prohibuerunt (57). Quum enim aliquando Chalcedonius philosophus, qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset, et ut mos fuit Græcorum (58) jurandi causa ad aram accederet, una voce, ne is juraret, reclamarunt. Nota ejus in victu continentia est. Nam si quando vini cadum relevisset, in vappam convertebatur, antequam consumeretur. Sed sæpe etiam obsonia pridiana jam corrupta ejiciebat. Hinc natum est proverbium: *Xenocratis caseolus*, de rebus diu durantibus, quæ non celerrime absumuntur (59). Divitias non inutiles quidem esse affirmavit, sed tamen contemsit, sibi iis non opus esse ratus (60). Quamobrem pecunia Alexandri jussu aliquando ei allata, acceptos apparatis epulis suo more legatos Alexandro nuntiare jussit, quam diu ita viveret, non opus sibi quinquaginta talentis fore. Tantum enim pecuniæ missum erat. Quum autem postridie legati Xenocratem rogarent, cui numerari juberet: Quid? Vos hesterna, inquit, cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? quos ubi tristiores vidit, triginta minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur (61). Quin etiam Xenocratem rogavit Alexander, ut in Macedoniam veniret et apud se maneret, siquidem Plutarchus narrat Chalcedonium philosophum Alexandri convictum recusasse (62). Verum quanti Xenocratis virtutem et ingenium æstimaverit rex, apparet e quodam Plutarchi (63) loco qui Alexandrum a Xenocrate præcepta de regno petiisse refert. Cæterum morem gessit regi; nam quatuor libros confecit, qui *elementa de regno ad Alexandrum* inscribebantur (64). In publicum prodeunti philosopho turbulenti homines et impudici (65) omnes de via decedebant. Castitatem ejus frustra a meretrice tentatam esse veteres ajunt. Qua de re Valerius Maximus lib. IV, cap. 3. extr. 3: « Phryne, inquit, nobile Athenis scortum, juxta eum vino gravem in pervigilio accubuit, pignore cum quibusdam juvenibus posito, an temperantiam ejus corrumpere posset. Quam nec tactu, nec sermone aspernatus, quoad voluerat in sinu suo morari, irritam propositi dimisit. Factum sapientia imbuti animi abstinens, sed meretriculæ quoque dictum perquam facetum. Deridentibus enim se adolescentibus, quia tam formosa tamque elegans poti senis animum illecebris pellicere non potuisset, pactumque victoriæ pretium flagitantibus, de homine se cum iis, non de statua pignus posuisse respondit. Potestne hæc Xenocratis continentia a quoquam magis vere magisque proprie demonstrari, quam ab ipsa meretricula expressa est? Phryne (66) pulchritudine sua nulla ex parte constantissimam ejus abstinentiam labefecit » Maxima fuit ejus beneficentia. Accidit autem, ut aliquando imprudens hominem minus probum Polysperchonti commendaret (67). Namque is a Macedone comiter exceptus interrogatusque num qua re egeret, talentum petiit. Ac dedit

lib. IV, 24. — (55) Diog. Laert. X, 1. Cicero de nat. deor. lib. I, cap. 26. — (56) Diogenes Laertius lib. VII, 2. Eusebius Præp. Evang. lib. XIV, cap. 5 pag. 729. — (57) Diogenes Laertius lib. IV, 7. Valerius Maximus lib. II, cap. 10. Cicero pro Balbo cap. 5. Epist. ad Attic. lib. I, 16. — (58) De hac lege cf. Petitus pag. 445 ed. Wesseling. — (59) Stobæus Flor. XVII, 25. Vid. fragm. 74. — (60) Plutarchus adv. Stoic. cap. 13 vol. XIV pag. 19 ed. Hutten. οἱ τοῦ Ξενοκράτους καὶ Σπευσίππου κατηγοροῦντες ἐπὶ τῷ μὴ τὴν ὑγίειαν ἀδιάφορον ἡγεῖσθαι μηδὲ τὸν πλοῦτον ἀνωφελές. —

(61) Cicero Tuscul. Quæst. lib. V, cap. 32; Valerius Maximus lib. IV, cap. 3 extr. 3; Plutarchus de Fort. Alex. orat. I, cap. 12 vol. IX, p. 48 ed. Hutten.; vita Alex. cap. 8, vol. IV, pag. 261; Apophthegm. vol. VIII, pag. 105 ejusd. ed.; Stobæus Flor. V, 118 [Vid. fragm. 73]; Diogenes Laertius lib. IV, 8; Suidas et Hesychius Milesius v. Ξενοκράτης; Themistius Orat. 2, pag. 26; Orat. 21, pag. 252. — (62) Plutarchus de Stoic. Repugn. ap. 20, vol. XIII, pag. 366 ed. Hutten. Ἔφορον δὲ καὶ Ξενοκράτην καὶ Μενέδημον ἐπαινοῦσι παραιτησαμένους τὸν Ἀλέξανδρον — (63) Plutarchus adv. Colot. cap. 32, vol. XIV, pag. 194 ed. Hutten. παρὰ δὲ Ξενοκράτους Ἀλέξανδρος ὑποθήκας ᾔτησε περὶ βασιλείας. — (64) Diogenes Laertius lib. IV, 14 Στοιχεῖα πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ βασιλείας δ'. — (65) Diogenes Laertius lib. IV, 6 καὶ εἴποτε μέλλοι ἐς ἄστυ ἀνιέναι, φασὶ τοὺς θορυβώδεις πάντας καὶ προυνείκους ὑποστέλλειν (leg. ὑποστέλλεσθαι) αὐτοῦ τῇ παρόδῳ. —

(66) Diogenes Laertius lib. IV, 7 καί ποτε καὶ Φρύνην τὴν ἑταίραν ἐθελῆσαι πειρᾶσαι αὐτόν, καὶ δῆθεν διωκομένην ὑπό τινων καταφυγεῖν εἰς τὸ οἰκίδιον. Τον δὲ ἕνεκα τοῦ ἀνθρωπίνου εἰσδέξασθαι, καὶ ἑνὸς ὄντος κλινιδίου δεομένῃ μεταδοῦναι τῆς κατακλίσεως· καὶ τέλος πολλὰ λιπαροῦσα, ἄπρακτος ἀναστῆναι, λέγειν τε πρὸς τοὺς πυνθανομένους, ὡς οὐκ ἀπ' ἀνδρὸς ἀλλ' ἀπ' ἀνδριάντος ἀνασταίη. Ἔνιοι δὲ Λαΐδα φασὶ παρακατακλῖναι αὐτῷ τοὺς μαθητάς· τὸν δὲ οὕτως εἶναι ἐγκρατῆ, ὥστε καὶ τομὰς καὶ καύσεις πολλάκις ὑπομεῖναι περὶ τὸ αἰδοῖον. — (67) Plutarchus de vitioso pudore cap. XI, vol. X, pag. 175 ed. Hutten. Ξενοκράτης δέ, καίπερ αὐστηρὸς ὢν τὸν τρόπον, ὅμως ὑπὸ δυσωπίας ἐκάμφθη, καὶ συνέστησε Πολυσπέρχοντι δι' ἐπιστολῆς ἄνθρωπον οὐ χρηστόν, ὡς τὸ ἔργον ἔδειξε· δεξιωσαμένου δ' αὐτὸν τοῦ Μακεδόνος, καὶ πυθομένου, μή τινος ἔχοι χρείαν, ᾔτησε

quidem hoc Polysperchon, sed Xenocratem tamen per litteras monuit, ut diligentius posthac examinaret, quos commendare vellet. Misericordiam brutis etiam animalibus tribuit; cujus rei hanc dedit significationem. Passer instantem accipitrem fugiens in ejus sinum devolaverat. Tum Xenocrates avem libenter receptam et occultatam custodivit, donec hostis e conspectu evolasset. Quo facto avem liberavit, dicens se supplicem hosti non prodidisse (68).

Fuisse eum injuriarum patientem, his testimoniis cognoscimus. Quum maledico quorundam sermoni summo silentio interesset; uno ex his quærente, cur solus ita linguam suam cohiberet (69): Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Prætercà a Bione sugillatus Xenocrates, non respondebo tibi, inquit: nam ne tragœdia quidem comœdiam, quando ab ea lacessitur, responsione dignatur (70).

Talis autem tantusque vir ter legationibus functus est. Hoc enim honore Athenienses eum decorarunt non solum quod donis se corrumpi non pateretur, sed etiam quod putarent, Xenocratis aspectum ad sedandas animi perturbationes valere (71). Has ob causas cum antea ad Philippum Athenienses legatum Chalcedonium philosophum miserunt, tum postea bis ad Antipatruro tertio Olympiadis 114 anno. Lamiaco scilicet bello pacem petere coacti viros claros ad Antipatrum legarunt, in his Phocionem et Xenocratem (72). Qui quum Antipatrum adiissent, hic primum reliquis data dextra solum Xenocratem non salutavit, deinde dicere orsum non sustinuit, sed reclamando silentium ei imposuit. Qua in re Xenocrates affirmasse traditur, recte facere Antipatrum quod aspere tractaturus civitatem sua tantum præsentia erubesceret. Mox duras tulit conditiones, quas cæteri legati ita acceperunt, ut bonas esse præ se ferrent, Xenocrates servis æquas, liberis indignas esse judicaret (73). Iterum Athenienses eum ad Antipatrum de captivis reddendis (74) miserunt. Facile autem id quod volebat obtinuit. Nam benigne exceptus est ab homine præpotente quumque ad cœnam ab eo vocaretur, respondit his versiculis, quibus apud Homerum Circen Ulixes alloquitur:

Ὦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀνήρ, ὃς ἐναίσιμος εἴη,
πρὶν τλαίη πάσσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
πρὶν λύσασθ' ἑτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι;

Postea Xenocrates apud Antipatrum in honore fuit: sed pecuniam ab hoc sibi missam accipere noluit (75). Deinde Macedo Athenas profectus philosophum in schola disputantem salutavit, cui hic non ante respondit, quam cœptam orationem finiisset (76).

Sed quamvis de Atheniensium republica optime meruisset Xenocrates, ut etiam Phocioni

---

τάλαντον· ὁ δ' ἐκείνῳ μὲν ἔδωκε, Ξενοκράτει δ' ἔγραψε παραινῶν ἐπιμελέστερον τὸ λοιπὸν ἐξετάζειν, οὓς συνίστησιν. — (68) Ælianus var. hist. lib. XIII, cap. 31 Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος ὁ ἑταῖρος Πλάτωνος τά τε ἄλλα ἦν φιλοικτίρμων, καὶ οὐ μόνον φιλάνθρωπος, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἀλόγων ζώων ἠλέει. Καὶ οὖν ποτε καθημένου ἐν ὑπαίθρῳ, διωκόμενος βιαίως στρουθὸς ὑπὸ ἱέρακος, εἰς τοὺς κόλπους αὐτοῦ κατέπτη. Ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο τὸν ὄρνιν, καὶ διεφύλαξεν ἀποκρύψας, ἔστε δὴ ὁ διώκων ἀπῆλθεν. Ἐπεὶ δὲ ἠλευθέρωσεν αὐτὸν τοῦ φόβου, ἁπλώσας τὸν κόλπον ἀφῆκε τὸν ὄρνιν, ἐπειπών, ὅτι μὴ ἐξέδωκε τὸν ἱκέτην. Diogenes Laertius lib. IV, 10 στρουθίου δέ ποτε διωκομένου ὑπὸ ἱέρακος, καὶ εἰσπηδήσαντος εἰς τοὺς κόλπους αὐτοῦ, καταψήσας μεθῆκεν, εἰπών, τὸν ἱκέτην δεῖν μὴ ἐκδιδόναι. — (69) Valerius Maximus lib. VII, cap. 2 ext. 6. — (70) Diogenes Laertius lib. IV, 10 σκωπτόμενος ὑπὸ Βίωνος οὐκ ἔφη αὐτῷ ἀποκρινεῖσθαι· μηδὲ γὰρ τὴν τραγῳδίαν ὑπὸ τῆς κωμῳδίας σκωπτομένην ἀποκρίσεως ἀξιοῦν. Bien hic diversus fuit a Borysthenita, qui post Xenocratis mortem demum natus est. Vid. Fragm. Phil. Gr. vol. II, pag. 419. — (71) Plutarchus vit. Phocion. cap. 27 vol. V, pag. 28 ed. Hutten. τοσοῦτον γὰρ ἦν ἀξίωμα τῆς ἀρετῆς τοῦ Ξενοκράτους καὶ δόξα καὶ λόγος παρὰ πᾶσιν, ὥστ' οἴεσθαι μήτε ὕβριν εἶναι, μήτ' ὠμότητα, μήτε θυμὸν ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ φυόμενον, ᾧ, Ξενοκράτους μόνον ὀφθέντος, οὐκ ἄν αἰδοῦς τι καὶ τιμῆς ἐγγένοιτο πρὸς αὐτόν. —

(72) Plutarchus vit. Phoc. cap. 27 ὡς οὖν ἐπανῆλθεν ὁ Φωκίων εἰς ἄστυ, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ αὐτὸ ἔδοξεν ὑπ' ἀνάγκης, αὖθις εἰς Θήβας ἐβάδιζε μετὰ τῶν ἄλλων πρέσβεων, Ξενοκράτη τὸν φιλόσοφον τῶν Ἀθηναίων προσελομένων. — (73) Plutarchus vit. Phoc. cap. 27 πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἠσπάσατο τὸν Ξενοκράτην, τοὺς ἄλλους δεξιωσάμενος· ἐφ' ᾧ φασιν εἰπεῖν ἐκεῖνον, ὡς Ἀντίπατρος καλῶς ποιεῖ, μόνον αὐτὸν αἰσχυνόμενος ἐφ' οἷς ἀγνωμονεῖν μέλλει πρὸς τὴν πόλιν. Ἔπειτα λέγειν ἀρξάμενον οὐχ ὑπομένων, ἀλλ' ἀντικρούων καὶ δυσκολαίνων, ἐποίησεν ἀποσιωπῆσαι. Τῶν δὲ περὶ τὸν Φωκίωνα διαλεχθέντων, ἀπεκρίνατο φιλίαν ἔσεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ συμμαχίαν, ἐκδοῦσι μὲν τοὺς περὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερίδην, πολιτευομένοις δὲ τὴν πάτριον ἀπὸ τιμήματος πολιτείαν, δεξαμένοις δὲ φρουρὰν εἰς τὴν Μουνυχίαν, ἔτι δὲ χρήματα τοῦ πολέμου καὶ ζημίαν προσεκτίσασιν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πρέσβεις ἠγάπησαν ὡς φιλανθρώπους τὰς διαλύσεις, πλὴν τοῦ Ξενοκράτους. Ἔφη γάρ, ὡς μὲν δούλοις, μετρίως κεχρῆσθαι τὸν Ἀντίπατρον· ὡς δὲ ἐλευθέροις, βαρέως. — (74) Diogenes Laertius lib. IV, 9 ἀλλὰ καὶ πρεσβεύων πρὸς Ἀντίπατρον περὶ αἰχμαλώτων Ἀθηναίων κατὰ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον, καὶ κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον πρὸς αὐτόν, προσηνέγκατο ταυτί· ὦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀνήρ, ὃς ἐναίσιμος εἴη, πρὶν τλαίη πάσσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος, πρὶν λύσασθ' ἑτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι; καὶ τὸν, ἀποδεξάμενον τὴν εὐστοχίαν, εὐθὺς ἀνεῖναι· — (75) Diogenes Laertius lib. IV. 8 ἀλλὰ καὶ ὑπ' Ἀντιπάτρου πεμφθὲν (ἀργύριον) μὴ προσέσθαι, ὥς φησι Μυρωνιανὸς ἐν Ὁμοίοις. — (76) Diogenes Laertius lib. IV, 11 φασὶ καὶ Ἀντιπάτρου ποτὲ ἐλθόντος εἰς Ἀθήνας καὶ ἀσπασαμένου αὐτόν, μὴ πρότερον ἀντιπροσαγορεῦσαι, πρὶν ἢ τὸν λόγον, ὃν ἔλεγε, δια-

civitate donandus (77) videretur, tamen virum egregium, quia inquilinorum tributum aliquando pendere non posset, vendiderunt (78). Eum vero Demetrius Phalereus emit et utrique succurrit : Xenocrati enim libertatem statim reddidit, Atheniensium autem reipublicæ collato tributo profuit. Post vitam honestissime actam philosophus repentina morte obiit. Octoginta duos scilicet annos natus noctu capite ad æneam pelvim offenso et fronte vulnerata animam efflavit, tertio Olympiadis 116 anno (79). Verum ut vivo inimici, ita mortuo quoque obtrectatores non defuerunt. Quum enim primo Olympiadis 118 anno Demetrio Phalereo civitate expulso ejusque statuis eversis sapientiæ doctores etiam exsilio afficerentur (80) : comicos poetas philosophorum auctoritati et præceptis illusisse apparet. Hinc Alexis comicus in quadam fabula sic invectus est in Xenocratem (81) :

> Τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδήμεια, τοῦτο Ξενοκράτης;
> πόλλ' ἀγαθὰ δοῖεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ,
> καὶ τοῖς νομοθέταις, διότι τοὺς τὰς τῶν λόγων,
> ὥς φασι, δυνάμεις παραδιδόντας τοῖς νέοις
> ἐς κόρακας ἔῤῥειν φασὶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς.

Narrata Xenocratis Chalcedonii vita, relinquitur ut pauca de aliis viris, quibus idem nomen fuit, dicamus. Diogenes Laertius (82) lib. IV, 15 sex alios enumeraturus Xenocrates primum ponit perantiquum disciplinæ bellicæ scriptorem, cujus discipulos fuisse Hecatæum Milesium et Menecratem Elaitam auctor est Strabo lib. XII, pag. 550 his verbis : ἐπαινεῖ δὲ μάλιστα [ὁ Σκήψιος] τὴν Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου καὶ Μενεκράτους τοῦ Ἐλαΐτου, τῶν Ξενοκράτους γνωρίμων ἀνδρός, δόξαν. Secundum numerat nostri philosophi propinquum et civem, eique assignat orationem Arsinoeticam, de Arsinoe defuncta scriptam. Tertium librariorum indiligentia omisit. Quartum fuisse prodit philosophum, elegiæ auctorem non satis probatum, cui fortasse cum Fabricio (83) attribuendum est epigramma in Mercurii imaginem factum, quod exstat Anthologiæ lib. IV. Tit. 2. el. 34. Quintum statuarium nominat, Tisicratis vel Euthycratis discipulum (84), Ptolemæi Philadelphi temporibus clarum (85) : quem de toreutice commentatum esse refert Plinius in indice libri XXXIII et de arte statuaria composuisse volumina lib. XXXIV, cap. 8 ait, et de pictura librum confecisse testatur lib. XXXV, cap. 10 (86). Sextum denique, Aristoxene auctore laudato, poemata condidisse tradit. His adjungamus cæteros viros cognomines, qui ab antiquis memorantur. Fuit igitur septimus Xenocrates, Agrigentinus, Isthmionices, celebratus a Pindaro carmine Isthmio secundo (87). Octavus (88), cujus πρῶτον Χρονικῶν citat Etymologus Magnus v. Ἀσσυρία. Nonus, Bœotarcha, de quo Pausanias lib. IV, cap. 32, 6 et lib. IX, cap 13, 6 disserit. Decimus, cujus Οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα memorat Suidas v. Ξενοκράτης φιλόσοφος et Οἰωνιστική. Est enim οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, quum observantur ea quæ domi accidunt. Velut si in tecto apparuerit mustela vel serpens, aut oleum effusum fuerit, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis : aut lignum crepuerit, aut aliquid aliud acciderit, hoc vel illud significat. Hæc vaticinia tractavit Xenocrates. Cf. Casaubonus Lect. Theocrit. cap. 5. Undecimus superioribus accedit ejusdem nominis medicus Aphrodisiensis, qui Tiberio imperante vixit. Is inclaruit edito opere de percipienda ex animalibus utilitate (περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας),

---

περάνασθαι. Cf. Hesychius Milesius v. Ξενοκράτης. — (77) Plutarchus vit. Phocion. cap. 29 ὁρῶν δὲ τὸν Ξενοκράτην τελοῦντα τὸ μετοίκιον, ἐβούλετο γράψαι πολίτην· ὁ δ' ἀπεῖπε, φήσας, οὐκ ἂν μετασχεῖν ταύτης τῆς πολιτείας, περὶ ἧς ἐπρέσβευεν, ἵνα μὴ γένηται. — (78) Diogenes Laertius lib. IV, 14 Ἀθηναῖοι δ' ὅμως αὐτὸν ὄντα τοιοῦτον ἐπίπρασκόν ποτε, τὸ μετοίκιον ἀδυνατοῦντα θεῖναι. Καὶ αὐτὸν ὠνεῖται Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, καὶ ἑκάτερον ἀποκατέστησε· Ξενοκράτει μὲν τὴν ἐλευθερίαν, Ἀθηναίοις δὲ τὸ μετοίκιον. Cf. Hesychius Milesius s. v. Ξενοκράτης. — (79) Diogenes Laertius lib. IV, 14 ἐτελεύτα δὲ νυκτός, λεκάνῃ προσπταίσας ἔτος ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν. Φαμὲν δὲ καὶ εἰς αὐτὸν οὑτωσί· Χαλκῇ προσπταίσας λεκάνῃ ποτὲ καὶ τὸ μέτωπον Πλήξας, ἴαχεν ὢ σύντονον, εἶτ' ἔθανεν, ὁ πάντα πάντῃ Ξενοκράτης ἀνὴρ γεγώς. — (80) Diogenes Laertius lib. V, 38; Pollux lib. IX, cap. 5. — (81) Athenæus lib. XIII, p. 610. Ἄλεξις γοῦν ἐν Ἵππῳ φησί· τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδήμεια κτλ· καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς, καθ' οὗ λόγον ἔγραψε Φίλων, ὁ Ἀριστοτέλους γνώριμος. Vid. Luzacii Lectt. Attic. Sect. II § 5 pag. 126. — (82) Diogenes Laertius lib. IV, 15 γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ξενοκράτεις ς'. ὅ τε τακτικός, ἀρχαῖος σφόδρα· καὶ ὁ συγγενὴς ἅμα καὶ πολίτης τῷ προειρημένῳ φιλοσόφῳ· φέρεται δὲ αὐτοῦ λόγος Ἀρσινοητικός, γεγραμμένος περὶ Ἀρσινόης ἀποθανούσης. Τέταρτος, φιλόσοφος, ἐλεγείαν γεγραφὼς οὐκ ἐπιτυχῶς· ἴδιον δέ. Ποιηταὶ μὲν γὰρ ἐπιβαλλόμενοι πεζογραφεῖν, ἐπιτυγχάνουσι· πεζογράφοι δὲ ἐπιτιθέμενοι ποιητικῇ, πταίουσι· δῆλον τὸ μὲν φύσεως εἶναι, τὸ δὲ τέχνης ἔργον. Πέμπτος, ἀνδριαντοποιός· ἕκτος, ᾄσματα γεγραφώς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος. — (83) Fabricius Bibl. Græc. vol. III, pag. 193 ed. Harles. — (84) Plinius lib. XXXIV cap. 8. — (85) Vide Vossium de Historicis Græcis lib. III, pag. 192. — (86) Pro Xenocrate fortasse Hypsicrates hic nominandus erat. Vide Diogenem Laertium lib. VII, 188. Cf. Junius de pictura veterum lib. II, cap. 8 et in catalogo architectorum, mechanicorum et pictorum pag. 278; item Fabricius Bibl. Gr. vol. III, pag. 193 ed. Harles. — (87) Cf. Goeller de origine et progressu Syracusarum pag. 24. — (88) Etymologus Magnus p. 157, 53 Ἀσσυρία, ἡ Βαβυλωνία. Τὸ μὲν πρῶτον ἐκαλεῖτο Εὐφρατις, ὕστερον δὲ Χαλδαία, τὸ τελευταῖον δὲ ἀπὸ Ἀσσούρου τοῦ

cujus primum librum spectat Galenus decimo volumine super temperatura et facultate medicamentorum simplicium tom. II, pag. 132 ed. Basil. Vide eundem Galenum tom. II, pag. 68, Artemidorum Onirocrit. IV, 22 et Aetium Tetrab. I, lib. II, cap. 83. De hoc autem sic judicat Clemens Alexandrinus Stromatum lib. VII, p. 717 : δοκεῖ δὲ Ξενοκράτης ἰδίᾳ πραγματευόμενος περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζῴων τροφῆς, καὶ Πολέμων ἐν τοῖς περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου συντάγμασι σαφῶς λέγειν, ὡς ἀσύμφορόν ἐστιν ἡ διὰ τῶν σαρκῶν τροφή, εἰργασμένη ἤδη καὶ ἐξομοιουμένη (leg. ἐξωμοιωμένη) ταῖς τῶν ἀλόγων ψυχαῖς. Cæteroquin ex illo opere locum satis longum περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς servavit Oribasius Collectan. med. II, 58. Cf. Fabricius Bibl. Gr. vol. III, pag. 193. Agmen claudit Xenocrates Ephesius a Plinio aliquoties laudatus, ut lib. XXXVII, cap. 2, qui in physiologia videtur elaborasse (89).

Venio nunc ad Xenocratis Chalcedonii scripta. Diogenes Laertius lib. IV, 11 plurima cum ingenii sui monumenta reliquisse docens, in his συγγράμματα καὶ ἔπη καὶ παραινέσεις, id est, libros soluta oratione conscriptos, carmina heroica et monita fuisse ait. Sed ut quanta doctissimi viri de singulis philosophiæ litterarumque partibus merita fuerint, appareat, non illum voluminum ordinem, qui Laertio placuit, sequemur, sed philosophi scripta generatim disposita exhibebimus.

I. Scripta mathematica.

(1) περὶ γεωμετρῶν βιβλία ε', *de geometris*, libri quinque.

(2) περὶ γεωμετρίας α' β', *de geometria*, libri duo.

(3) περὶ ἀριθμῶν, *de numeris*.

(4) ἀριθμῶν θεωρία, *numerorum contemplatio*.

(5) τῶν περὶ ἀστρολογίαν ϛ', *astrologiæ libri sex*.

II. Scripta physica.

(6) περὶ φιλοσοφίας α'.

In hoc singulari de philosophia libro verisimile est Xenocratem ea exposuisse quæ ad tripartitam sapientiæ divisionem spectarent. Huc pertinet Sexti Empirici locus qui adv. mathem. VII, 16 ita Chalcedonii philosophi placitum tangit : πλὴν οὗτοι μὲν ἐλλιπῶς ἀνεστράφθαι δοκοῦσιν, ἐντελέστερον δὲ παρὰ τούτους οἱ εἰπόντες τῆς φιλοσοφίας τὸ μέν τι εἶναι φυσικόν, τὸ δὲ ἠθικόν, τὸ δὲ λογικόν· ὧν δυνάμει μὲν Πλάτων ἐστὶν ἀρχηγός, περὶ πολλῶν μὲν φυσικῶν, πολλῶν δὲ ἠθικῶν, οὐκ ὀλίγων δὲ λογικῶν διαλεχθείς· ῥητότατα δὲ οἱ περὶ τὸν Ξενοκράτην καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, ἔτι δὲ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς ἔχονται τῆσδε τῆς διαιρέσεως.

(7) περὶ θεῶν α' β'.

Hos libellos intuitus Vellejus apud Ciceronem de nat. deor. lib. I, cap. 13 : Neque vero, inquit, ejus condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior; in cujus libris, qui sunt de natura deorum, nulla species divina describitur : deos enim octo esse dicit : quinque eos, qui in stellis vagis nominantur, unum, qui ex omnibus sideribus, quæ infixa cœlo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus; septimum Solem adjungit : octavumque Lunam, qui quo sensu beati esse possint, intelligi non potest.

(8) περὶ φύσεως α' β' γ' δ' ε' ϛ' *de natura libri sex*.

(9) φυσικῆς ἀκροάσεως α' β' γ' δ' ε' ϛ'.

(10) περὶ τῶν Παρμενίδου α'.

(11) περὶ εἱμαρμένης α'.

(12) περὶ τοῦ ὄντος α'.

(13) περὶ τοῦ ἑνὸς α'.

(14) περὶ τοῦ ἀορίστου α', *de infinito* liber unus.

(15) περὶ τοῦ ἐλευθέρου α'.

(16) περὶ ἑκουσίου α'.

(17) περὶ τοῦ ἐναντίου α' β'.

(18) ἐναντίων α'.

(19) περὶ διαστημάτων α'.

(20) περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν α'.

(21) περὶ εἰδῶν α'.

(22) περὶ ψυχῆς α' β'.

(23) τῶν περὶ τὴν διάνοιαν α' β' γ' δ' ε' ϛ' ζ' η'. *De Rebus quæ ad mentem spectant libri octo.*

(24) τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἄλλα βιβλία δύο. De eodem argumento alii libri duo.

(25) περὶ ἰδεῶν α', *de ideis* liber unus.

(26) περὶ μνήμης α'.

(27) περὶ τῶν παθῶν α'

(28) περὶ βίου α'.

(29) περὶ θανάτου α'.

III. Scripta dialectica.

(30) τῆς περὶ τὸ διαλέγεσθαι πραγματείας βιβλία ιδ', μετὰ τοῦτο βιβλία ιε', καὶ ἄλλα βιβλία ιϛ'.

De disserendi ratione libri XIV, post hæc libri XV et alii XVI. Emendavi locum e latina Ambrosii interpretatione. Nam corruptam plerorumque codicum scripturam τῆς περὶ τὸ διαλέγεσθαι πραγματείας βιβλία ιε', μ', α', β', ψ', μ'. Μετὰ τοῦτο βιβλία ιε', καὶ ἄλλα βιβλία ιϛ' ortam reor

---

Σουσου Ἀσσυρία, ὡς Ξενοκράτης ἐν πρώτῳ Χρονικῶν. — (89) Cf. Fabricius Bibl. Gr. vol. III, pag. 193.

e verbis μετὰ τοῦτο a librario bis scriptis. Quod reliquum est, bene meruisse Xenocratem de hac philosophiæ parte, ostendit Cicero Acad. lib. II, cap. 46. Sic autem judicat : « *Ubi enim* (Antiochus) *aut Xenocratem sequitur, cujus libri sunt de ratione loquendi multi, et multum probati? aut ipsum Aristotelem* etc. »

(31) περὶ τοῦ γράφειν α'.

(32) περὶ τέχνης α'.

(33) περὶ ἐπιστήμης α'. *de scientia* liber unus.

(34) περὶ ἐπιστημοσύνης α'. *de peritia* liber unus.

(35) λύσις τῶν περὶ τοὺς λόγους ια',
Solutio quæstionum ad litteras pertinentium undecim libris comprehensa.

Legendum enim ια', non, ut vulgo fit, α' ι'.

(36) λύσεις α' β', *Solutionum* libri duo.

(37) διαιρέσεις η', *Divisionum* libri octo.

(38) θέσεων βιβλία μγ' *Propositorum* libri XLIII.

Scripsi μγ', quum vulgo mendose legeretur κ' μ' γ'.

Cæterum θέσεων verti *propositorum* imitatus Ciceronem Topic. cap. 21.

(39) περὶ μαθημάτων τῶν περὶ τὴν λέξιν λογικῶν βιβλία θ',
de disciplinis rationalibus, quæ circa dictionem versantur libri novem.

(40) τῶν περὶ τὰ μαθήματα βιβλία ϛ', *eorum quæ circa disciplinas versantur* libri sex.

IV. Scripta moralia et politica.

(41) περὶ εὐδαιμονίας α' β', *de felicitate* libri duo.

Fortasse huc referendum est Sexti Empirici testimonium adv. math. XI, 3-4 πάντες μὲν οἱ κατὰ τρόπον στοιχειοῦν δοκοῦντες τῶν φιλοσόφων, καὶ ἐπιφανέστατα παρὰ πάντας οἵ τε ἀπὸ τῆς ἀρχαίας ἀκαδημίας, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, ἔτι δὲ τῆς στοᾶς, εἰώθασι διαιρούμενοι λέγειν τῶν ὄντων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθά, τὰ δὲ κακά, τὰ δὲ μεταξὺ τούτων, ἅπερ καὶ ἀδιάφορα λέγουσιν· ἰδιαίτερον δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους ὁ Ξενοκράτης καὶ ταῖς ἑνικαῖς πτώσεσι χρώμενος ἔφασκε· « πᾶν τὸ ὂν ἢ ἀγαθόν ἐστιν, ἢ κακόν ἐστιν, ἢ οὔτε ἀγαθόν ἐστιν οὔτε κακόν ἐστιν. » Καὶ τῶν λοιπῶν φιλοσόφων χωρὶς ἀποδείξεως τὴν τοιαύτην διαίρεσιν προσιεμένων αὐτὸς ἐδόκει καὶ ἀπόδειξιν συμπαραλαμβάνειν. Nimirum tradita rerum divisione, quæ vel bonæ sunt, vel malæ, vel neque bonæ neque malæ, videtur de vita beata disseruisse. Cf. Clemens Alexandrinus Strom. II, pag. 419.

(42) περὶ τοῦ ἀγαθοῦ α'.

(43) περὶ τοῦ ὠφελίμου α'.

(44) περὶ πλούτου α'.

(45) περὶ ἡδονῆς α' β'.

(46) περὶ ἀρετῆς α' β', *de virtute* libri duo.

Quomodo hanc materiam tractaverit Chalcedonius sapientiæ doctor, declarat Cicero Tusc. Disp. lib. V, cap. 18 : Quid ergo aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum, gravissimum philosophorum, exaggerantem tantopere virtutem, extenuantem cætera et abjicientem, in virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere? quod quidem nisi fit, virtutum interitus consequetur.

(47) περὶ δικαιοσύνης α'.

(48) Ἀρχέδημος ἢ περὶ δικαιοσύνης α'.

(49) περὶ ἐπιεικείας α', *de æquitate* liber unus.

(50) περὶ ἀνδρείας α', *de fortitudine* liber unus.

(51) περὶ φρονήσεως α' β', *de prudentia* libri duo.

Citat hoc opus Clemens Alexandrinus Strom. lib. II, pag. 369 ἐπεὶ καὶ Ξενοκράτης ἐν τῷ περὶ φρονήσεως τὴν σοφίαν ἐπιστήμην τῶν πρώτων αἰτίων καὶ τῆς νοητῆς οὐσίας εἶναί φησι· τὴν φρόνησιν ἡγούμενος διττήν· τὴν μὲν πρακτικήν· τὴν δὲ θεωρητικήν· ἣν δὴ σοφίαν ὑπάρχειν ἀνθρωπίνην· διόπερ ἡ μὲν σοφία φρόνησις· οὐ μὴν πᾶσα φρόνησις σοφία.

(52) περὶ σωφροσύνης α', *de temperantia* liber unus.

(53) περὶ ἐγκρατείας α', *de continentia* liber unus.

(54) ὅτι παραδοτὴ ἡ ἀρετὴ α', *virtutem tradi posse* liber unus.

(55) περὶ σοφίας ϛ', *de sapientia* libri sex.

(56) περὶ φιλίας α' β', *de amicitia* libri duo.

(57) περὶ ὁσιότητος α', *de sanctitate* liber unus.

(58) περὶ ὁμονοίας α', *de concordia* liber unus.

(59) περὶ τοῦ ψεύδους α', *de mendacio* liber unus.

(60) Στοιχεῖα πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ βασιλείας δ'.
Elementa de regno ad Alexandrum quatuor libris comprehensa.

(61) περὶ πολιτείας α', *de republica* liber unus.

(62) Οἰκονομικὸς α', *Œconomicus* unus.

(15) Diogenes Laertius lib. IV, 24 οὗτος νοσήσας εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀνεχώρησε κἀκεῖ περιεπάτει· οἱ δὲ πανταχόθεν προσῄεσαν αὐτῷ, νομίζοντες οὐ διὰ νόσον, ἀλλὰ βούλεσθαι αὐτόθι σχολὴν συστήσασθαι. — (16) Diogenes Laertius lib. IV, 24 ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὑγιάναντα διακούειν Πολέμωνος, ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα θαυμασθῆναι. — (17) Diogenes Laertius lib. IV, 24 φασὶ δὲ αὐτὸν ἐρωτηθέντα τίνι θηραθείη ὑπὸ Πολέμωνος, εἰπεῖν, τῷ μήτε ὀξύτερον μήτε βαρύτερον ἀκοῦσαι φθεγγομένου. — (18) Diogenes Laertius lib. IV, 29 και αὐτοῦ Κράντωρ ἐρωτικῶς διατεθεὶς ἐπύθετο, τὰ ἐξ Ἀνδρομέδης Εὐριπίδου προσενεγκάμενος· ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν; καὶ ὃς τὰ ἐχόμενα· ἄγου με, ὦ ξένε, εἴτε δμωΐδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον. Vide Euripidis Fragm. p. 650 ed. Wagner. Cæterum confer Euseb. præp. ev. XIV, 6, p. 731 διὰ τὸ καλὸς εἶναι (Ἀρκεσίλαος) ἔτι ὢν ὡραῖος τυχὼν ἐραστοῦ Κράντορος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ προσεχώρησε μὲν τούτῳ. — (19) Corrige ex Herodiano περὶ σχημάτων p. 58, 9 : ἄγου δέ μ', ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις, εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμωΐδα. — (20) Antigonus Carystius apud Diog. Laert. IV, 22 συσσίτιον δέ φησιν αὐτῷ [τῷ Κράτητι] ὁ Ἀντίγονος εἶναι παρὰ Κράντορι, ὁμονόως συμβιούντων τούτων τε καὶ Ἀρκεσιλάου. Τὴν δὲ οἴκησιν Ἀρκεσίλαον μὲν ἔχειν μετὰ Κράντορος, Πολέμωνα δὲ σὺν Κράτητι μετὰ Λυσικλέους τινὸς τῶν πολιτῶν. Ἦν δέ, φησίν, ἐρώμενος Κράτης μέν, ὡς προείρηται, Πολέμωνος, Ἀρκεσίλαος δὲ Κράντορος. — (21) Cicero Acad. post. I, 9. — (22) Vid. fragm. 13. — (23) Clemens Alexandrinus Strom. VII, p. 419. C. ὁ γὰρ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουλόμενος ἀγαθῶν πάντων ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων. Δογματίζει γοῦν, χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἂν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν, δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν εἶναι. — (24) Plutarchus Consolat. ad Apollon. vol. VII, p. 318 ed. Hutten. διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἐατέον, ὡς βλαβερὸν καὶ φαῦλον, καὶ σπουδαίοις ἀνδράσιν ἥκιστα πρέπον· τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον. Μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ, νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο. Τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν. Vide infra fragm. 8. —

tis refutantur qui Crantorem censent pedem a Platone nunquam discessisse. At de re ipsa infra erit disputandi locus. Haud scio an futuri sint, qui putent, Crantorem in Epicuri sententiam transiisse, præsertim quum eodem fere tempore voluptarius philosophus sitienti juventuti philosophiæ fontes aperuisse videatur. Sed quoniam alia voluptariæ disciplinæ vestigia in Crantoris fragminibus non exstant, diversum ab Epicuri ratione sapientiæ genus nobis circumspiciendum est. Videatur forsitan Aristoteles (25), qui tunc scholam suam ab Academia nondum plane disjunxerat, ad suam sententiam traduxisse Crantorem : mediocritatem certe quam celebrat Aristoteles, Crantor non rejecit (26). Huc accedit Ciceronis auctoritas, qui sæpe de indiscreta doctrinæ veterum Academicorum et Peripateticorum similitudine loquitur. Quippe de orat. III, 18 : Nam Speusippus, inquit, Platonis sororis filius et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Idem de Fin. II, 11 Polemoni et jam ante Aristoteli ea prima visa sunt quæ paulo ante dixi. Ergo nata est sententia veterum Academicorum et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent secundum naturam vivere, id est, virtute adhibita frui primis a natura datis. Conf. IV, 6; V, 5; Tusc. V, 13 et 31. Verum re diligenter considerata fatebimur, Crantorem suo Marte in philosophiæ præceptis aliquid novasse. Fuit enim, quantum animi mei conjectura colligere possum, sæpius infirma atque ægra valetudine, quum et morbi causa, ut supra vidimus, in Æsculapii templum concessisse ibique aliquamdiu commoratus esse et juvenis hydrope affectus supremum diem obiisse narretur (27). Neque negligenda nobis sunt ipsius verba (28), e quibus cogas, eum morbi naturam cognitam habuisse. Quare existimo Crantorem usu doctum paulatim ad aliorum dogmata inclinasse, quia doloris sensum vitari non posse intelligeret. Itaque ut Dionysium Stoicum ajunt, quum ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitasse falsa esse illa quæ antea de dolore ipse sensisset (29), ita Crantorem arbitror corporis dolore cruciatum retractasse, quæ olim de indolentia tradidisset. Sic experientiam ducem secutus Crantor, simul quanti fecerit cum alios poetas, tum Homerum atque Euripidem, humanæ vitæ magistros, declaravit. Quibus Cicero, indolentiæ in Tusculanis disputationibus defensor, propterea succenset quod hominum animos fortissimorum virorum lamentis molliant (30).

Perspecta igitur doloris vi ac natura, cujus sensum inevitabilem esse videbat, Crantor vitam humanam tanquam malis plenam supplicii instar (31) habere statuit. Similia quidem, sed diversa tamen profert Plato (32). Quum enim Plato hoc tantum queratur, quod animus rebus divinis intentus nonnunquam cupiditatibus, doloribus, voluptatibus perturbetur : Crantor in eo miseriam humanam ponit, quod vita morbis, molestiis, ærumnis obnoxia sit, quæ omnia ex communi quodam fonte profluant. Quid, quod hinc etiam animi et corporis deformitatem manare credit atque adeo hanc ipsam mortis causam ducit, neque quidquam esse quod omnino sanum sit sibi persuasit. Deinde quum Crantor aut natura ita comparatum esse dixerit, ut homines in miseriis versentur, aut ipsorum culpa id accidisse (33) : Plato quidquid acerbum in vita humana est, ad generis nostri auctores inferiores deos refert (34). Quamquam autem hæc aliter atque a philosopho narrantur, accipienda esse liquet, exploratum tamen habemus, Platonem haudquaquam hominibus eorum quibus premuntur malorum culpam attribuisse. Itaque ne lapsus quidem animæ, quem Phædr. p. 248 describit, ad humanæ naturæ vitiositatem trahendus est.

---

(25) Cf. inprimis lib. de moribus ad Nicom. II, 6. 7. — (26) Vid. fragm. 8. — (27) Diog. Laert. IV, 27 καὶ κατέστρεψε πρὸ Πολέμωνος καὶ Κράτητος, ὑδρωπικῇ διαθέσει νοσήσας. — (28) Vid. fragm. 13. — (29) Cicero Tusc. II, 25. —

(30) Cicero Tuscul. lib. II, cap. 11. — (31) Vide fragm. 9 et 12. — (32) Plato Phæd. pag. 66. B. οὐκοῦν ἀνάγκη, ἔφη, ἐκ πάντων τούτων παρίστασθαι δόξαν τοιάνδε τινὰ τοῖς γνησίως φιλοσόφοις, ὥστε καὶ πρὸς ἀλλήλους τοιαῦτ' ἄττα λέγειν, ὅτι Κινδυνεύει τοι ὥσπερ ἀτραπός τις ἐκφέρειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ λόγου ἐν τῇ σκέψει, ὅτι, ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν καὶ ξυμπεφυρμένη ᾖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ, οὐ μή ποτε κτησώμεθα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν· φαμὲν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ ἀληθές. — (33) Vide fragm. 9. — (34) Plato Tim. pag. 69. c. ἀλλὰ πάντα ταῦτα πρῶτον διεκόσμησεν, ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῷον ἓν ζῷα ἔχον ἅπαντα ἐν αὐτῷ θνητὰ ἀθάνατά τε. Καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίγνεται δημιουργός, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν. Οἱ δὲ μιμούμενοι, παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτῇ περιετόρνευσαν ὄχημά τε πᾶν τὸ σῶμα ἔδοσαν ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ θνητόν, δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον, πρῶτον μὲν ἡδονήν, μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγάς, ἔτι δ' αὖ θάῤῥος καὶ φόβον, ἄφρονε ξυμβούλω, θυμὸν δὲ δυσπαραμύθητον, ἐλπίδα δ' εὐπαράγωγον αἰσθήσει τε ἀλόγῳ καὶ ἐπιχειρητῇ παντὸς ἔρωτι· ξυγκερασάμενοί τ' αὐτὰ ἀναγκαίως τὸ θνητὸν γένος ξυνέθεσαν. Καὶ διὰ ταῦτα δὴ σεβόμενοι μιαίνειν τὸ θεῖον, ὅ τι μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη, χωρὶς ἐκείνου κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἴκησιν τὸ θνητόν, ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοικοδομήσαντες τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους, αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς. —

Sed hæc hactenus. Superest ut de mortis tempore pauca annotemus. Vero proximum est, hominem doctissimum circa Ol. CXX decessisse (35). Namque ea tempestate Arcesilaus floruit (36) quem ante Crantoris obitum docuisse nemo credat, præsertim quum post Crantorem etiam Pyrrhonem et Diodorum audiverit (36). De reliquo Solensem philosophum in patria, ubi sepeliri voluerat, sepultum esse suspicamur (37). Morientem autem Arcesilao patrimonium suum, quod duodecim talentis constabat, reliquisse jam supra vidimus. Finis vitæ ejus multis luctuosus ac tristis fuisse putandus est, adeo ut statim notæ ejus virtutis desiderium consequeretur. Quapropter Theætetus (38) poeta hoc eum carmine celebravit (39) :

> Ἥνδανεν ἀνθρώποις, ὁ δ' ἐπὶ πλέον ἥνδανε Μούσαις
> Κράντωρ, καὶ γήρως ἤλυθεν οὔτι πρόσω.
> Γῆ, σὺ δὲ τεθνειῶτα τὸν ἱερὸν ἄνδρ' ὑπεδέξω (40).
> ἦ ῥ' ὅγε καὶ ζώει κεῖθι ἐν εὐπαθίῃ (41).

Longe deterius est epigramma, quod in eum fecit Diogenes Laertius (42). Id vero sic scribendum esse existimamus :

> Ἐπέκλυσε καὶ σέ, Κράντορ, ἡ νόσων (45) κακίστη,
> χ' οὕτω κατῆλθες εἰς μέλαιναν Πλουτέως ἄβυσσον.
> Καὶ σὺ μὲν ἐκεῖθι νῦν χαίρεις, λόγων (44) δὲ τῶν σῶν
> Ἀκαδημία θ' ἕστηκε χήρη (45) καὶ Σόλοι πατρίς [σευ.

Fuisse Crantorem inter exquisitos virtutis præceptores ejusque nomen vulgo jactatum et tanquam ipsius philosophiæ moralis, non hominis, usurpatum esse, cum alia veterum dicta ostendunt, tum illud Horatii Epist. lib. I, II, 1 seqq. :

> Trojani belli scriptorem, maxime Lolli,
> dum tu declamas Romæ, Præneste relegi;
> qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, [quid non,

planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.

At quantis laudibus Panætius, Cicero, alii eum ornaverint, infra videbimus, quum ad librum de luctu pervenerimus.

Transeo ad Crantoris scripta quæ exceptis fragminibus quibusdam interciderunt. Exstant autem quatuor fragmentorum genera, quorum unum commentariorum in Platonis Timæum fragmenta, alterum consolationis sive libri περὶ πένθους reliquias, tertium incerti libri fragmentum, quartum denique poeticas quasdam reliquias quæ Solensi philosopho forsitan assignari possint, complectitur. Quum Speusippus et Xenocrates jam antea in hoc elaborassent, ut Platonici ingenii monumenta tum copiosis et uberibus commentariis, tum aliis libellis ac disputationibus illustrarent · mirum est quod Proclus in Tim. p. 24 Crantorem (46) primum Platonis interpretem vocat. Videtur utique hoc nomine præcipuum divini philosophi explanatorem appellare. Reliquit Crantor, si Diogeni (47) fides, commentarios ad triginta millia versuum continentes. In his non dubito quin fuerit etiam Timæi Platonici explicatio. Et Proclus quidem e Crantoris ὑπομνήμασι peculiares quasdam annotationes profert, Plutarchus vero ea quæ ille ad mundi harmoniam numerosque Platonicos dilucidandos excogitavit.

Sed summa in laude ejus de luctu libellus erat (48), non magnus ille quidem, sed, ut Panætio et Ciceroni, id est doctis et intelligentibus talium rerum existimatoribus, visum est, aureolus et ad verbum ediscendus (49), quem periisse vel propterea dolemus, quod ne Ciceronis quidem Consolatio superest. Etenim anno ab u. c. DCCVIII, quum vehementissimo dolore ex Tulliæ, filiæ suæ, uxoris Dolabellæ, morte capto laboraret, orator Romanus in medio mœrore conscripsit librum de luctu minuendo sive Consolationem. Eo videlicet in libro Crantorem unum omnium maxime secutus est, non quidem ut interpres, quippe qui tum aliorum etiam volumina in hanc sententiam scripta eo transtulerit, tum Romana quædam exempla suo Marte addiderit (50),

(35) Inde colligimus Crantorem circa Ol. CX natum esse : siquidem *mature* decessit (γήρως ἤλυθεν οὔτι πρόσω) i. e. ante quadragesimum saltem annum. — (36) Diog. Laert. IV, 45. — (36) Eusebius præp. evang. XIV, 6. XV, 5. — (37) Diogenes Laertius IV, 25 λέγεται δὲ καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσιλάῳ, ταλάντων οὖσαν δυοκαίδεκα· καὶ ἐρωτηθέντα πρὸς αὐτοῦ ποῦ βούλεται ταφῆναι, εἰπεῖν· ἐν γῆς φίλης μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν. Sed hic versus a Telete apud Stobæum Flor. XL, 8 paulo aliter citatus καὶ γῆς φίλης ὄχθοισι κρυφθῆναι τάφῳ Euripideus videtur. Cf. Meinek. ad Stob. l. c. tom. II, præf. p. IX. — (38) Vid. Fabric. Bibl. Gr. vol. IV, p. 496 ed. Harles. — (39) Diog. Laert. IV, 25. — (40) ὑπεδέξω scripsi e Casauboni conjectura; vulgo ὑποδέξῃ. — (41) εὐπαθίῃ scripsi; codd. εὐθυμίῃ quod metro repugnat. — (42) Diog. Laert. IV, 27. — (43) νόσων reposui cum plerisque edd.; codd. νόσος. — (44) λόγων δὲ τῶν σῶν posui cum Hermanno; libri σῶν λόγων δέ. — (45) sic cum Hermanno; libri χήρη ἕστηκεν Ἀκαδημία. — (46) Proclus Comment. in Platonis Timæum pag. 24. A. ed. Basil. [pag. 54 ed. Schneider.] ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητὴς Κράντωρ. — (47) Diogenes Laertius lib. IV, 24 καὶ κατέλιπεν ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς, ὧν τινά τινες Ἀρκεσιλάῳ προσάπτουσι. —

(48) Diogenes Laertius lib. IV, 27 θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους. — (49) Cicero Acad. pr II, 44. — (50) Hieronymus in Epitaph. Nepotiani Opp.

sed quemadmodum consueverat, ita fere ut hunc potissimum imitaretur, hunc tanquam ducem ad rem bene gerendam, cæteros scriptores comites haberet. Neque hoc dissimulavit Tullius, sed Plinio (51) teste in Consolatione illa professus est et præ se tulit, se Crantoris vestigia persequi. Idem testatur Hieronymus (52). Nunc quoniam ne hujus quidem opusculi Ciceroniani quidquam superat præter unum locum, quem ex Consolatione in Tusculanas disputationes transtulit auctor, et sex septemve locos, quos Lactantio debemus, duo sola sunt hodie chartarum amissarum solatia, Tusculanas dico paulo post illam commentationem a Cicerone divulgatas et Consolationem a Plutarcho ad Apollonium scriptam. Nam Tusculanæ quoque in consolatorio argumento versantur, quarum primus liber mortem non in malis ducendam, secundus dolorem contemnendum et fortitudine patientiaque opprimendum, tertius ægritudinem non cadere in sapientem et quæ sint ægritudinis remedia, quartus reliquas animi perturbationes cum sapientia constare non posse et quibus modis sedari tollique debeant docet. In his autem tradendis Crantoris librum liquet non neglectum esse a Cicerone. Plutarchi vero ad Apollonium missam consolationem (nam brevior illa quam ad uxorem post mortem filiolæ scripsit, nobis in hac quæstione inutilis est) exceptis paucis Platonis aliorumque philosophorum præceptis, paucisque item ipsius scriptoris sententiis, licet tribus tantum quatuorve locis Crantor citetur, ex hujus tamen potissimum libro depromtam esse, persuasum habemus. Ac primum quidem utraque ad patrem scripta est immatura liberorum morte graviter commotum; deinde Plutarchea consolatio fere nihil continet, sive res, quæ memorantur, sive scriptorum sententias respicias, quæ testimonii causa afferuntur, quod necessario contendas Crantoris libello posterius esse; poetarum autem versus, qui Plutarcheæ orationi admixti sunt, ex eodem fonte hausti videntur. Nimirum Homeri et Euripidis loci sunt, quos poetas Solensi philosopho in deliciis fuisse supra annotavimus. Denique quædam insunt in Plutarchea consolatione, quæ cum Ciceronis Tusculanis et Lactantio comparata, dubitari non potest quin Crantoris si non verba, at sententiam tamen repræsentent. Etsi igitur non Wyttenbachium (53) imitandum censemus, qui ex diversitate rationis et orationis, ex antiquitatis quodam colore, ex verborum, dictionum compositionisque natura, quæ res semper dubiæ et incertæ sunt, ipsa Crantoris verba, etiam ubi nomen ejus omittatur, distingui et a reliquo Plutarchi volumine separari posse statuit: licet tamen imaginem quandam libri deperditi, quo olim lugentium animi erigebantur doctique homines omnes delectabantur, dicendo adumbrare. Qua in re ita versabimur, ut non ea solum, quæ constat, sed ea etiam qua probabile est Crantorem in illo opusculo dixisse hic afferamus. Neque tamen passis orationis velis scribendi copia Plutarchum aut Ciceronem victuri sumus, sed capita quædam Crantoris propositurі.

Animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur, nihil ne aut humidum quidem aut flabile aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat: quod et præterita teneat, et futura provideat, et complecti possit præsentia; quæ sola divina sunt. Nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a deo. Singularis est igitur quædam natura atque vis animi, sejuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, cœleste et divinum ob eamque rem æternum sit necesse est. Nec vero deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens ipsaque prædita motu sempiterno (54).

Multi autem iique sapientes viri non nunc primum deploraverunt res humanas, vitam esse supplicium judicantes, et omnino nasci hominem summam calamitatem ducentes (55). Etenim luendorum scelerum causa nascuntur homi-

---

VT. I. P. II, p. 268 ed. Bened. Pulvillus Capitolium dedicans, mortuum ut nuntiabatur subito filium, se jussit absente sepeliri. L. Paullus septem diebus inter duorum exsequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Prætermitto Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scævolas, Metellos, Scauros, Marios, Crassos, Marcellos atque Aufidios, quorum non minor in luctu, quam in bellis virtus fuit, et quorum orbitates in Consolationis libro Tullius explicavit. — (51) Plinius Hist. nat. præf. lib. I, 22 pag. 4 ed. Harduin. Scito enim conferentem auctores me deprehendisse a juratissimis proximis veteres transcriptos ad verbum neque nominatos, non illa Virgiliana virtute, ut certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de Republica Platonis se comitem profitetur, in Consolatione filiæ, Crantorem, inquit, sequor, item Panætium de Officiis, quæ volumina ejus ediscenda, non modo in manibus quotidie habenda nosti. — (52) Hieronymus epist. 60. Legimus Crantorem, cujus volumen ad concoquendum dolorem suum secutus est Cicero. — (53) vol. VI, p. 698.

(54) Cicero Tuscul. lib. I, cap. 27 § 66. Lactantius de Ira dei cap. 10; Instit. lib. I cap. 5. — (55) Vid. fragm

nes (56). Damnanda igitur vita omnis, quippe quæ malorum plena sit. Scilicet hæc mors est, quam vulgus vitam putat; illa vita, quam plerique pro morte timent (57). Quare non nasci longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ; proximum autem, si natus sis, quam primum mori, et tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ (58). Quæ sententia ut majoris sit auctoritatis, Sileno attribuitur (59). Eadem in Cresphonte usus est Euripides :

Nam nos decebat, cœtus celebrantes, domum
lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
humanæ vitæ varia reputantes mala :
at, qui labores morte finisset graves,
hunc omni amicos laude et lætitia exsequi (60).

Cæterum ad bene beateque vivendum recta bonorum, quæ hominibus in vitæ malis contingunt, æstimatione opus est. Bonum (61) igitur valetudinem, nec tamen finem bonorum dici convenit. Quippe singulis bonis suum ordinem suamque dignitatem attribui oportet. Si enim fingamus commune aliquod Græcorum theatrum, ac singula bona in scenam prodire et ad petendum principatum venire: statim etiam bonorum differentiæ intelligentiam habebimus. Primum enim Opulentia transgressa : Ego, inquiet, Græci universi, omnibus hominibus ornatum præbens et vestimenta et calceos et reliqua commoda utilis sum tam ægris quam sanis, atque in pace quidem præbeo res jucundas, in bello autem sum nervi et artus rerum gerendarum. His enim verbis Græci universi auditis consensu Opulentiæ dignitatis principatum dari jubebunt. Verum si, dum hæc jam præconis voce renuntiatur, superveniens Voluptas,

Cui conjunctus amor, desiderium atque venustus
qui possit quamvis prudentes fallere, sermo,

dicat, postquam in medium processit, æquum esse, suum nomen per præconem pronuntiari :

Fragiles, caducæ, vix diem stabiles opes
florent brevi, rursusque ex ædibus evolant,

expetuntur vero ab hominibus non propter se, sed propter illam, quæ ex iis capitur, delectationem et voluptatem : omnino Græci universi non aliter quam sic rem se habere rati, Voluptatem coronandam esse vociferabuntur. Sed hac quoque victoriæ præmium acceptura, ubi intraverit Valetudo cum diis consessoribus, et docuerit, se absente neque Voluptatem neque Opulentiam quidquam prodesse :

Quid non valentem maximæ juvant opes?
Tenui paratu vivere equidem mavelim
quam possidere divitum ægritudinem,

rursus Græci universi tali voce audita intelligentes, beatitudinem lecto affixam et ægrotam subsistere non posse, Valetudinem victoria potiri affirmabunt. Verum Valetudine quoque jam vincente, quum ingressa fuerit Fortitudo magno principum et heroum globo circumdata et conscenso suggestu ita cœperit : *me absente, Græci, bona quæ possidetis alienantur, exoptentque forsitan hostes, ut vos in omnium rerum abundantia vivatis, tanquam bello superiores quam vos futuri*, his igitur auditis Græci primas partes Virtuti tribuent, secundas Valetudini, tertias Voluptati, ultimam denique Opulentiam ponent.

Jam ex filii morte animi dolorem ægritudinemque (62) capere, res est talis, quæ a naturali profecta principio, non sit in nostra potestate. Non enim iis assentior, qui immanem duramque indolentiam laudant, quæ neque contingere nobis neque prodesse potest. Eripiet enim nobis ista illam quam conservari maxime oportet e mutuo amore ortam benevolentiam. Mœrore autem ultra modum affici et nimis augere luctum contra naturam esse affirmo, et ex prava animi nostri opinione nasci. Quapropter etiam hoc ut damnosum et vitiosum et viros probos minime decens vitandum, mediocritas vero affectuum non est reprobanda. Ne ægrotus sim, sed si fuerim, sensus aliquis adsit, sive secetur pars membrorum, sive a corpore avellatur. Nam ista doloris vacuitas non sine magna mercede homini obtingit. Quippe verisimile est, ut ibi corpus, ita hic ejusmodi animum esse efferatum.

Hæc omnis illa vetus philosophia docet ac præcipit (63), quorum si quid aliud non probamus, id saltem nimis verum est, vitam nostram multimodis laboriosam et difficilem esse. Nam si natura non est talis, nostro certe vitio in hanc perniciem incurrit : et incerta ista fortuna e longinquo nos ac jam inde ab initio propter res minime sa-

12. — (56) Cicero apud Lactantium divin. institut. lib III, cap. 18 § 10. — (57) Lactantius divin. instit. lib. III, cap. 19 § 14. — (58) Cicero apud Lactantium l. c. — (59) Cicero Tusc. lib. I, cap. 48 § 114. Cf. Lactantius l. c. — (60) Cicero Tusc. lib. I, cap. 48 § 115. — (61) Vid. fragm. 13. — (62) Vid. fragm. 8. — (63) Vid. fragm. 9. —

lubres comitata est. Mali quædam portio fatalis jam nascentibus nobis omnibus admiscetur. Quippe semina quum sint mortalia, statim partem hujus causæ sustinent, cur ingenii tarditas, morbi, curæ, mors denique ipsa nobis obrepant. Cur vero eo aberravit oratio? nempe ut intelligamus, non inusitatum homini esse infortunium, sed omnes nos sub eosdem casus esse subjectos. Verum (64) haudquaquam sua culpa in miseriis versari magnum est calamitatum levamen.

De Euthynoo (65) Italo hujusmodi narratio fertur. Hunc enim Elysio patre, Terinæo, virtute, fortunis, gloria civium suorum principe natum, repentina morte ob incertam causam obiisse. Quamobrem Elysio patri (qui illum unicum habuisset filium, maximarum divitiarum et opum heredem) incidisse suspicionem, quæ forsitan et aliis incidisset, filium veneno necatum esse. Quum autem dubitaret, quomodo rem explorare posset, venisse eum in psychomanteum, sacrisque legitime operatum loco isti indormivisse, ac talem speciem per somnum ei esse oblatam. Visum esse patrem ad ipsum accedere; quem posteaquam conspexisset, narrato filii casu, oraverit atque obsecraverit, ut in causa mortis invenienda se adjuvaret. Respondisse patrem : equidem idcirco adsum; sed ab isto accipe quæ tibi affert; inde enim omnia cognosces, quibus mœres. Fuisse vero eum quem pater indicabat juvenem pone sequentem, ætate et statura filii propemodum similem; interrogatumque quis esset, respondisse : genius sum filii tui, simulque ei porrexisse codicillos, quibus evolutis Elysius tres hos versus invenerit intus exaratos :

Quæris, stulte? homines insanis mentibus errant :
en jacet Euthynous fatali morte peremtus.
Nam fuit utilius finiri ipsique patrique.

Deorum immortalium judicia solent in scholis proferre de morte; nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto (66) auctore aliisque pluribus. Primum Argivæ sacerdotis, Cleobis et Biton, filii, prædicantur : nota fabula est. Quum enim illam ad solemne et statum sacrificium curru vehi jus esset; satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta : tunc juvenes ii quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt : ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, quum currus esset ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a deo : post, epulatos cum matre adolescentes, somno se dedisse, mane inventos esse mortuos. Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur : qui quum Apollini Delphis templum exædificavissent, venerantes deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum homini. Quibus Apollo se id daturum ostendit post ejus diei diem tertium : qui ut illuxit, mortui sunt reperti. Judicavisse deum dicunt, et eum quidem deum, cui reliqui dii concessissent, ut præter cæteros divinaret.

Alcidamas quidem, rhetor in primis nobilis, scripsit (67) etiam laudationem mortis, quæ constat ex enumeratione humanorum malorum. Cui rationes eæ, quæ exquisitius a philosophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis non defuit. Claræ vero mortes, pro patria oppetitæ, non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. Repetunt ab Erechtheo, cujus etiam filiæ cupide mortem expetiverunt pro vita civium. Codrum memorant, qui se in medios immisit hostes, veste famulari, ne posset agnosci, deposito ornatu regio; quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. Menœceus non prætermittitur, qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam jubet, ut hostium sanguis eliciatur suo. Veniunt inde ad propiora. Harmodius in ore et Aristogiton, Lacedæmonius Leonidas aliique vigent.

Neque vero omnibus (68) iidem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in cœlum patere. Nam vitiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in cœno jacere docuerunt : castos autem animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis atque artibus expolitos, levi quodam et facili lapsu ad deos, id est, ad naturam sui similem pervolare. Quum vero (69) et mares et feminas complures ex hominibus in deorum numero esse videamus et eorum in urbibus atque agris augustissima delubra veneremur assentiamur eorum sapientiæ, quorum ingeniis et inventis omnem vitam legibus et institutis excultam constitutamque habemus. Quod si ullum unquam animal consecrandum fuit, illud profecto fuit. Si Cadmi progenies aut Amphitryonis aut Tyndari in cœlum tollenda fama fuit, huic idem

(64) Vid. fragm. 11. — (65) Vid. fragm. 10.
(66) Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 335 seq. Cicero Tuscul. I, 47. — (67) Cicero Tuscul. I, 48. —

(68) Lactantius Instit. lib. III, cap. 19 § 6. — (69) Lactantius Instit. lib. I, c. 15 § 20. —

honos certe dicandus est. Quod quidem faciam, teque omnium optimum doctissimumque, approbantibus diis immortalibus ipsis, in eorum cœtu locatum, ad opinionem omnium mortalium consecrabo.

Ita fere philosophatus est Crantor, cujus de luctu liber si exstaret, sempiternum græcarum litterarum monumentum haberetur. Restat, ut huic disputationi ipsa Solensis philosophi fragmenta subjiciam, quæ e variis scriptoribus collecta diligenter recensui atque interpretatus sum.

ΚΡΑΝΤΟΡΟΣ
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

CRANTORIS
FRAGMENTA.

1. Τὸν περὶ τῶν Ἀτλαντίνων σύμπαντα τοῦτον λόγον οἱ μὲν ἱστορίαν ψιλὴν εἶναί φασιν, ὥσπερ ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητὴς Κράντωρ· ὃς δὴ καὶ σκώπτεσθαι μέν φησιν αὐτὸν ὑπὸ τῶν τότε ὡς οὐκ αὐτὸν ὄντα τῆς πολιτείας εὑρετὴν ἀλλὰ μεταγράψαντα τὰ Αἰγυπτίων. Τὸν δὲ τοσοῦτον ποιήσασθαι τῶν σκωπτόντων λόγον, ὥστε ἐπὶ Αἰγυπτίους ἀναπέμψαι τὴν περὶ Ἀθηναίων καὶ Ἀτλαντίνων ταύτην ἱστορίαν, ὡς τῶν Ἀθηναίων κατὰ ταύτην ζησάντων ποτὲ τὴν πολιτείαν. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ προφῆται, φησί, τῶν Αἰγυπτίων, ἐν στήλαις ταῖς ἔτι σωζομέναις ταῦτα γεγράφθαι λέγοντες. Οἱ δέ φασιν αὐτὴν μῦθον εἶναι.

(Proclus Comment. in Platonis Timæum pag. 24. A. ed. Basil. [pag. 54 ed. Schneider.] Pertinent hæc verba ad notum illum Platonis locum, ubi sacerdotem Ægyptium Soloni narrantem inducit, Atlantidem insulam trans Herculis columnas sitam fuisse Libya et Asia majorem potentissimisque regibus paruisse, qui quondam Libya usque ad Ægyptum et Europa usque ad Etruriam subacta imperii fines protulerint, donec ab Atheniensibus et cæteris Græcis quos bello petiverant victi sint; postremo totam insulam ingentibus terræ motibus concussam et aquis haustam superfuso mari Atlantico interiisse. Eadem fere referuntur in Platonis dialogo Critia. Cf. Strabo lib. II, p. 102; Plutarchus Solon. cap. 26. Plinius hist. nat. lib. II, 90; Tertullianus Apologet. cap. 40. Illa vero de re Proclus l. c. p. 54. F. [pag. 126 ed. Schneider.] hæc scripsit: ὅτι μὲν ἐγένετο τοιαύτη τις νῆσος καὶ τηλικαύτη, δηλοῦσί τινες τῶν ἱστορούντων τὰ περὶ τῆς ἔξω θαλάττης. Εἶναι γὰρ καὶ ἐν τοῖς αὐτῶν χρόνοις ἑπτὰ μὲν νήσους ἐν ἐκείνῳ τῷ πελάγει Περσεφόνης ἱεράς, τρεῖς δὲ ἄλλας ἀπλέτους, τὴν μὲν Πλούτωνος, τὴν δὲ Ἄμμωνος, μέσην δὲ τούτων ἄλλην Ποσειδῶνος, χιλίων σταδίων τὸ μέγεθος, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἐν αὐτῇ μνήμην ἀπὸ τῶν προγόνων διασώζειν περὶ τῆς Ἀτλαντίδος ὄντως γενομένης ἐκεῖ νήσου παμμεγεθεστάτης, ἣν ἐπὶ πολλὰς περιόδους δυναστεῦσαι πασῶν τῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει νήσων, Ποσειδῶνος καὶ αὐτὴν οὖσαν ἱεράν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Μάρκελλος ἐν τοῖς Αἰθιοπικοῖς γέγραφεν. Videmus igitur Crantorem, Marcellum aliosque veteres tum rerum gestarum pronuntiatores tum philosophos ea quæ de Atlantide narrantur credidisse, alios autem falsa existimasse. Cf. Proclus in Tim. p. 31 [p. 70 ed. Schneider.] Sed utris assentiendum sit, hodie quoque quæri solet. Cavendum tamen, ne incognita pro cognitis habeamus. Multi enim non intellecto Procli loco in Tim. p. 26 putarunt, memoriam belli cum Atlantinis gesti in Panathenæis Minervæ peplo tropæis Atlanticis ornato conservatam esse. Nempe apud Proclum ejus rei nec vola nec vestigium apparet. Ostendit hoc jam pridem Car. Fr. Hermannus in Antiquit. sacr. § 54 not. 13 atque in Histor. phil. Plat. Tom. I, p. 704. Cæterum antiquitatis investigatoribus legendus est Alexandri Humboldtii liber qui inscribitur : *Examen critique de l'histoire du nouveau continent.*. Quod reliquum est, probamus Stallbaumii sententiam, qui ad Tim. p. 100 hæc proposuit : « quidquid rei est, illud quidem negari non potest, quæ de situ et regione, de magnitudine, de potentia denique atque opibus hujus insulæ a Platone narrantur, ea mirifice in Americam convenire, ut si non ex historiæ fontibus ducta, certe singulari quadam ac prorsus divina animi præsagitione conficta sint. »)

2. Οἱ δὲ περὶ Κράντορα τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταί φασι γενητὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον ὡς ἀπ' αἰτίας ἄλλης παραγόμενον καὶ οὐκ ὄντα αὐτόγονον οὐδὲ αὐθυπόστατον.

(Proclus in Tim. p. 85. A. ed. Basil. [p. 199 ed. Schneider] τοιαύτης δ' οὖν τῆς ζητήσεως οὔσης Πλούταρχος μὲν καὶ Ἀττικὸς καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν

1 Totam hanc de Atlantinis narrationem alii nudam historiam esse aiunt, ut primus Platonis interpres Crantor; qui eum etiam ab æqualibus derisum esse dicit, quod non ipse esset reipublicæ inventor, sed Ægyptiorum res in græcam linguam translulisset. Illum autem adeo non neglexisse derisores, ut Ægyptiis hanc de Atheniensibus et Atlantinis narrationem remitteret, ratus olim Athenienses hunc civitatis statum habuisse. Ea vero, inquit, testificantur Ægyptiorum quoque vates, hæc columnis quæ adhuc exstant inscripta esse dicentes. Alii vero historiam illam meram fabulam esse aiunt.

2. At Crantor, Platonis interpres, ait procreatum dici mundum, quatenus ab alia causa oriatur ac neque suapte sponte natus sit, neque per se subsistat.

Πλατωνικῶν κατὰ χρόνον τὴν γένεσιν ἤκουσαν, καί φασι γίγνεσθαι τὴν ζήτησιν, εἴτε ἀγένητος κατὰ χρόνον ὁ κόσμος, εἴτε γενητός· εἶναι γὰρ πρὸ τῆς κοσμοποιΐας ἄτακτον κίνησιν, ἅμα δὲ κινήσει πάντως ἐστὶ καὶ χρόνος, ὥστε καὶ χρόνον εἶναι πρὸ τοῦ παντός· ἅμα δὲ τῷ παντὶ γεγονέναι χρόνον ἀριθμὸν ὄντα τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως, ὡς ἐκεῖνος ἦν τῆς πρὸ τῆς κοσμοποιΐας οὔσης ἀτάκτου κινήσεως ἀριθμός· οἱ δὲ περὶ Κράντορα κτλ. Spectant hæc ad Platonis in Timæo verba p. 28. B. πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι· παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. Ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεί, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ δύναμιν ἀπεργάζηται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονός, γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω, σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. Γέγονεν· ὁρατός ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. Vide Phil. Græc. Fragm. Vol. II, pag. 157.)

3. Οἱ δὲ Κράντορι τῷ Σολιεῖ προσέθεντο μιγνύντι τὴν ψυχὴν ἔκ τε τῆς νοητῆς καὶ τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστῆς φύσεως.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 1 vol. XIII, pag. 287 ed. Hutten.)

4. Οἱ δὲ περὶ τὸν Κράντορα μάλιστα τῆς ψυχῆς ἴδιον ὑπολαμβάνοντες ἔργον εἶναι τὸ κρίνειν τά τε νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητά, τάς τε τούτων ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς ἄλληλα γινομένας διαφορὰς καὶ ὁμοιότητας, ἐκ πάντων φασίν, ἵνα πάντα γινώσκῃ, συγκεκρᾶσθαι τὴν ψυχήν· ταῦτα δ' εἶναι τέτταρα, τὴν νοητὴν φύσιν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, καὶ τὴν περὶ τὰ σώματα παθητικὴν καὶ μεταβλητήν· ἔτι δὲ τὴν ταυτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου, διὰ τὸ κἀκείνων ἑκατέραν μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταυτότητος. Ὁμαλῶς δὲ πάντες οὗτοι χρόνῳ μὲν οἴονται τὴν ψυχὴν μὴ γεγονέναι, μηδ' εἶναι γεννητήν, πλείονας δὲ δυνάμεις ἔχειν, εἰς ἃς ἀναλύοντα θεωρίας ἕνεκα τὴν οὐσίαν αὐτῆς, λόγῳ τὸν Πλάτωνα γινομένην ὑποτίθεσθαι καὶ συγκεραννυμένην· τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ κόσμου διανοούμενον, ἐπίστασθαι μὲν ἀΐδιον ὄντα καὶ ἀγέννητον, τὸ δὲ ᾧ τρόπῳ συντέτακται καὶ διοικεῖται καταμαθεῖν οὐ ῥάδιον ὁρῶντα τοῖς μήτε γένεσιν αὐτοῦ μηδὲ τῶν γεννητικῶν σύνοδον ἐξ ἀρχῆς προϋποθεμένοις, ταύτην τὴν ὁδὸν τραπέσθαι.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 1 et 2 vol. XIII, pag. 288 ed. Hutten. Conjunxi tertium et quartum fragmentum, quia ad eandem rem spectant. Refertur utrumque ad hæc Platonis in Timæo verba pag. 34 sqq. τὴν δὲ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν· οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου ξυνέρξας εἴασεν· ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῇ ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν, ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου, ξυνεστήσατο ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ. Τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ξυνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταυτοῦ φύσεως ὂν (sic. leg. pro vulg. αὖ πέρι) καὶ τῆς θατέρου, καὶ κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. Καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸν ξυναρμόττων βίᾳ. Μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἓν πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην. Ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε. Μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης, τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης, τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν (leg. πέμπτην δὲ τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν, τὴν δ' ἕκτην τριπλῆν τῆς τρίτης),

---

3. Alii autem Crantori Solensi astipulati sunt, qui animam e duabus naturis miscet, altera sub intelligentiam cadente, altera opinabili et sensibus inhærente.

4. Crantor vero, ut qui id maxime proprium animæ officium putaret, judicare intelligibilia et sensibilia, eorumque et inter se in suo et invicem in diverso genere discrimina ac similitudines : animam, ut possit omnia cognoscere, ex omnibus ait esse concretam. Esse autem hæc quatuor : naturam quæ mente duntaxat cernitur, semperque unius modi ac sui similis est; tum eam quæ corporibus adest patibilem et mutabilem : ad hæc ejusdem et diversi, quod etiam istarum utraque particeps ejusdem et diversi proprietatum sit. Isti vero omnes pariter hoc sentiunt, animam tempore non esse ortam, neque omnino genitam, sed plures habere facultates, in quas ejus substantiam Plato contemplationis gratia solvens, verbo ponat nasci eam et commisceri. Eademque illum de mundo etiam sensisse : quem quum sciret esse æternum nulloque ortu generatum, videret autem difficulter considerari posse quo modo compositus esset et regeretur, nisi quis ortum ejus et causarum ipsum efficientium concursum ab initio statuisset, istam viam esse ingressum.

ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης. Μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθε διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. Vide Phil. Græc. Fragm. Vol. II, pag. 162 seq. Apparet quam Plato hoc loco appellat τὴν ἀμέριστον οὐσίαν, eam a Crantore τὴν νοητὴν nominari; quam ille μεριστὴν vocat, eam ab interprete περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστήν, παθητικήν, μεταβλητὴν dici. Probat hanc explicationem Plotinus Ennead. IV, lib. VIII, cap. 7 pag. 475 ed. Basil. scribens: διττῆς δὲ φύσεως ταύτης οὔσης τῆς μὲν νοητῆς, τῆς δὲ αἰσθητῆς, ἄμεινον μὲν ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι. Quare Proclus in Tim. p. 187 B. ed. Basil. [pag. 444 ed. Schneider.] οἱ δὲ φιλοσοφώτερον ἁπτόμενοι τῶν λόγων νοῦ καὶ αἰσθήσεως αὐτὴν μέσην λέγουσι, τοῦ μὲν ἀμερίστου, τῆς δὲ περὶ τοῖς σώμασι μεριστῆς, ὡς Πλωτῖνος. Quod quam valde abhorreat a sensu verborum Platonis, non est obscurum. Quum enim ille significasset, animam mundi non solum *individuam* esse et harmoniæ instar sibi cohærentem, sed omnia quoque corpora permeantem i. e. *dividuam*: Crantor qui nullam animi per naturam rerum omnem intenti et commeantis notionem haberet, mentem mundi cum anima humana comparavit, cujus actio cerneretur et *cogitatione* quæ semper ejusdem modi esset, et *sensu* qui vario modo afficeretur, ideoque animæ mundi τὸ μεριστὸν *sensum*, τὸ ἀμερὲς *cogitationem* esse censuit. Præterea illud κἀκείνων ἑκατέραν μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταὐτότητος [i. e. cogitationem et sensum participem esse tum varietatis tum æqualitatis] per se quidem negari non potest, quia cuncta mentis non magis cogitata quam sensa *commune* aliquid (ταὐτό) inter se habent et *discrimina* complura (ἑτερότητας); sed Platonem id exprimere voluisse non est verisimile. Quippe τὸ ἀμερές idem est quod ἡ ταὐτότης, natura semper sibi constans, omnia complectens, individua, infinita, æterna; itemque τὸ μεριστὸν idem valet quod ἡ ἑτερότης, constatque e rebus innumerabilibus atque inter se diversis, corporeis, finitis, mutabilibus et fragilibus. Cæterum quod Crantor dixit animam ex omnibus concretam esse, ut omnia cognosceret, ea communis Platonicorum opinio erat. Vide Proclum in Tim. p. 186. 189. 203 et præcipue 205. In hoc autem a magistro dissensit, quod quum ille animam mundi ex duabus tribusve naturis conflatam esse judicasset, ipse eam ex quatuor partibus dissimilibus compositam duxit. Denique Xenocrates et Crantor (hos enim antea nominaverat Plutarchus) intellexerunt, contemplationis causa fieri, ut Plato quamvis mundum sciret esse æternum nulloque ortu generatum, idemque de anima mundi sentiret, tamen utriusque generationem paulatim factam introduceret. Neque enim aliter Plato rem obscuram iis qui philosophiæ studio tenerentur dilucide explicare posse sibi videbatur.)

5. Εἰρηκότος δὲ τοῦ Πλάτωνος· ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ς' καὶ ν' καὶ σ' πρὸς γ' καὶ μ' καὶ σ', διὰ ταύτην τὴν λέξιν ἠναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν. Ἔδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς ἐπόγδοα γίνεσθαι δύο· τῆς δὲ ἑξάδος οὔτ' αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης, εἴτε τέμνοιτο, κερματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων, δυσθεωρήτου τῆς μαθήσεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ὑπηγόρευσεν, ὥσπερ ἐν ἁρμονικῇ μεταβολῇ τοῦ διαγράμματος ὅλου συνεπιτεινομένου τῷ

---

5. Quum autem dixisset Plato: *sesquialteris vero intervallis et sesquitertiis et sesquioctavis sumptis, ex iis colligationibus in primis intervallis, sesquioctavo intervallo sesquitertia omnia explebat, quum particulam singulorum relinqueret. Ejus autem particulæ intervallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem comparationemque in extremis, quam habent* CCLVI *cum* CCXLIII, ob hæc ergo Platonis verba coacti sunt numeros denuo augere. Oportebat enim deinceps post senarium poni duos sesquioctavos. At neque octavam partem habet senarius, et si comminuatur, monadibus ejus ad scrupulos redactis, difficilis futura sit contemplatio. Quapropter ipsa res multiplicationem suggessit, ut tanquam in harmonica mutatione secundum primi numeri incrementum tota augeretur descriptio. Eudorus igitur Crantorem secutus primum numerum posuit CCCLXXXIV, qui fit VI cum LXIV multiplicatis.

πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν. Ὁ μὲν οὖν Εὔδωρος ἐπακολουθήσας Κράντορι, πρῶτον ἔλαβε τὸν τπδ', ὃς γίνεται τοῦ ξξ ἐπὶ τὰ ξδ' πολλαπλασιασθέντος.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 16 vol. XIII, pag. 305 ed. Hutten. Cf. Plato Tim. pag. 36 A. Plato verbis a Plutarcho allatis declarat, quomodo mundi opifex animæ mundanæ simul æqualitatem et varietatem (τὸ ἀμερὲς καὶ τὸ μεριστὸν) impertiverit. Atque id quidem jam a Pythagoreis instrumentorum musicorum comparatione demonstratum fuisse nemo ignorat. Neque negari potest, quin præclare exprimatur rerum creatarum discordia et concordia chordarum sono et fidium cantu. Quum enim singulæ chordæ diversos inter se sonos reddant, universæ musica modulatione junctæ concentum sive harmoniam efficiunt. Verum quicunque hæc diligentius consideraverint, fateantur oportet, istam comparationem non omnes habere in se numeros veritatis, sed solam rei similitudinem. Jam ne quis in musicis hæreat, latius chordarum rationem perscribam. Primum igitur constat, diagramma sive scalam musicam e septem sonis semper redeuntibus esse, ita ut soni gradu inter se differant et modo graviores modo acutiores sint. Nostri eos litterarum nominibus notarunt : CDEFGAH etc. Ex his C est sonus primarius, F quartus ponitur sive διὰ τεσσάρων, G quintus sive διὰ πέντε, deinde sonus C, qui post H redit, octavus sive διὰ πασῶν. Recte autem Henr. Stephanus in Thesauro linguæ græcæ animadvertit, apud musicos in harmoniarum appellationibus διὰ accipi pro ἐκ, ut διὰ πασῶν sit *harmonia ex omnibus*. Accedit, quod in modulationibus musicis maxime tum primarius sonus, tum quartus et quintus adhibentur. Dicuntur vero ἑπτάχορδοι ἁρμονίαι concentus qui septem fiunt chordis seu nervis. Jam si de chorda C dimidiam partem demseris, reliqua chordæ pars reddet sonum C redeuntem, acutiorem primario, sive διὰ πασῶν; si quartam, reliqua chordæ pars reddet sonum F sive διὰ τεσσάρων, ejusque partis longitudo cum integræ chordæ longitudine collata hanc proportionem habet :

$$\frac{3}{4} : \frac{4}{4} = 3 : 4$$

$$\text{sive } \frac{3}{4} : 1 = 3 : 3 + 1 = 1 : 1\frac{1}{3},$$

itaque sonus C (= 4) una particula major est quam sonus F (= 3). Quocirca sonus F ἐπίτριτον διάστημα vocatur i. e. sesquitertium intervallum, sive tertia parte adjuncta natum. Qua de re Macrobius in Somnium Scipionis lib. II, cap. 1 : est epitritus, inquit, quum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus tertiam partem : ut sunt quatuor ad tria. Nam in quatuor sunt tria, et tertia pars trium, id est, unum. Ex eo numero nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ τεσσάρων. Porro si de chorda C tertiam partem demseris, reliqua chordæ pars reddet sonum G sive διὰ πέντε, proportioque hæc exsistet :

$$\frac{2}{3} : \frac{3}{3} = 2 : 3$$

$$\text{sive } \frac{2}{3} : 1 = 1 : 1\tfrac{1}{2},$$

unde sonus G etiam ἡμιόλιον ($1\frac{1}{2}$) διάστημα nominatur i. e. sesquialterum intervallum, sive dimidia parte adjecta ortum. Est enim hemiolius, interprete Macrobio l. c., quum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus medietatem : ut sunt tria ad duo. Nam in tribus sunt duo, et media pars eorum, id est, unum. Et ex hoc numero, qui hemiolius dicitur, nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ πέντε. Postremo demta nona parte deprehendes sonum D secundum parvo intervallo a primario sono distantem, quod intervallum a Græcis τόνος dictum est. De hoc sic præcipit Martianus Capella lib. 9 : « Tonus spatii magnitudo est : qui ideo tonus dictus est, quia per hoc spatium ante omnes prima vox quæ fuerit, extenditur, hoc est, de nota qualibet in notam, ut a media in paramesen. » Facta autem ea cujus memini mutatione, proportio hæc oritur :

$$\frac{8}{9} : \frac{9}{9} = 8 : 9$$

$$\text{sive } \frac{8}{9} : 1 = 8 : 9 + 1 = 1 : 1\tfrac{1}{8}.$$

Quamobrem hoc διάστημα ἐπόγδοον quoque vocitatur i. e. sesquioctavum intervallum, sive octava parte addita natum. Bene ergo Macrobius l. c. ait : Epogdous est numerus, qui intra se habet minorem et insuper ejus octavam partem : ut novem et octo, quia in novem octo sunt, et insuper octava pars eorum, id est, unum. Hic numerus sonum parit, quem tonon musici vocaverunt. Superest, ut a primo tono D ad secundum, id est, E progrediamur demta nona parte chordæ D; deinde eodem modo totum intervallum a sono G usque ad διὰ πασῶν sonum tonis explendum est, unde nascentur soni A, H. Nunc quomodo intervallorum rationem Græci reddiderint, exponendum. Ea nostræ maxime contraria erat. Exempli causa si totius chordæ longitudinem numero duodenario notemus, diatessaron est nostrorum hominum judicio :

$$12 - \frac{12}{4} \; (= 12 - 3 = 9);$$

nos enim *chordam ipsam* seu sonum primarium pro *toto* habemus, cujus *parte* quarta demta diatessaron relinqui dicimus; Græci *reliquam chordæ partem* pro *toto* habebant, cui deinde adjiciebatur (velut ad complendam chordam) *tertia ejus pars* ($12 + \frac{12}{3}$ sive $12 + 4 = 16$). Atque ut diatessaron ex primario sono colligebant, ita reliqua quoque intervalla constituere assueverant. Venio jam ad numeros, quibus Græci intervalla signabant. *Primarius sonus* tali numero notandus erat, qualis facile in partes dividi posset i. e. cujus tertia, quarta, octava pars haud difficulter inveniretur. Quare philosophi jam ante Platonem *numerum* 192 *primarium* posuerant. Is numerus habet :

Diapason.	$192 + 192 = 384$
Diatessaron (ἐπίτριτον).	$192 + \frac{192}{3} = 256$
Tonum (ἐπόγδοον) primum.	$192 + \frac{192}{8} = 216$
Tonum secundum.	$216 + \frac{216}{8} = 243$
Diapente (ἡμιόλιον). . .	$192 + \frac{192}{2} = 288$
Proximum deinde tonum.	$288 + \frac{288}{8} = 324$
Alterum tonum.	$324 + \frac{324}{8}$

Cæterum intervallum inter 243 (ἐπόγδοον secundum) et 256 (sive diatessaron) est numerus 13, qui quum prioribus numeris non contineatur, a Græcis nominabatur λεῖμμα, id quod reliquum est, sive hemitonium minus. Vide Macrobium l. c. Sed octonarius in 324 non continetur, atque idcirco, ut ait Plutarchus hoc loco ἠναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν (ea mente ut pro 324 alius inveniretur numerus, quo octonarius contineretur)· ἔδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς (post diapente) ἐπόγδοα γίνεσθαι δύο· τῆς δὲ ἑξάδος οὔτ' αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης (quum numerus 324 [sextum diagrammatis sonum significans] octavam sui partem intra se non haberet) εἴτε τέμνοιτο, κερματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων δυσθεωρήτου τῆς μαθήσεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ὑπηγόρευσεν, ὥσπερ ἐν ἁρμονικῇ μεταβολῇ τοῦ διαγράμματος ὅλου συνεπιτεινομένου τῷ πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν (sicut quum musici alicujus instrumenti chordæ ad alios sonos reddendos aliter tenduntur, omnium sonorum numeri eodem modo mutantur, quo numerus primarii soni.) Ὁ μὲν οὖν Εὔδωρος [vide Phil. Gr. Fragm. vol. II, pag. LI seq.] ἐπακολουθήσας Κράντορι πρῶτον ἔλαβε τὸν τπδʹ (384) ὃς γίνεται τοῦ ἓξ ἐπὶ τὰ ξδʹ πολλαπλασιασθέντος (6×64). Itaque totum diagramma hac ratione tonis compleri potuit :

Primarius.			Diatessaron.
384	432	486	512
Diapente.		.	Diapason.
576	648	729	768

6. Ὑποδεδειγμένων δὲ τούτων, τὸ μὲν συμπληροῦν τὰ διαστήματα καὶ παρεντάττειν τὰς μεσότητας, εἰ καὶ μηδεὶς ἐτύγχανε πεποιηκὼς πρότερον, ὑμῖν ἂν αὐτοῖς ἕνεκα γυμνασίας παρῆκα. Νῦν δὲ πολλοῖς κἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐξειργασμένου τούτου, μάλιστα δὲ Κράντορι καὶ Κλεάρχῳ καὶ Θεοδώρῳ τοῖς Σολεῦσι, μικρὰ περὶ τῆς τούτων διαφορᾶς εἰπεῖν οὐκ ἄχρηστόν ἐστιν. Ὁ γὰρ Θεόδωρος, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι, δύο στίχους ποιῶν, ἀλλ' ἐπὶ μιᾶς εὐθείας ἐφεξῆς τούς τε διπλασίους ἐκτάττων καὶ τοὺς τριπλασίους, πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται τῇ λεγομένῃ κατὰ μῆκος σχίσει τῆς οὐσίας, δύο ποιούσῃ μοίρας, ὡς ἐκ μιᾶς, οὐ τέσσαρας ἐκ δυεῖν· ἔπειτά φησι τὰς τῶν μεσοτήτων παρεντάξεις, οὕτω λαμβάνειν προσήκειν χώραν· εἰ δὲ μή, ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἔσεσθαι, καὶ μεταστάσεις εἰς τὸ πρῶτον εὐθὺς τριπλάσιον ἐκ τοῦ πρώτου διπλασίου, τῶν συμπληρούντων ἑκάτερον ὀφειλόντων. Τοῖς δὲ περὶ τὸν Κράντορα βοηθοῦσιν αἵ τε θέσεις τῶν ἀριθμῶν, ἐπιπέδων ἐπιπέδοις, καὶ τετραγώνων τετραγώνοις, καὶ κύβων κύβοις ἀντιθέτως συζυγούντων, τῇ τε μὴ κατὰ τάξιν αὐτῶν λήψει, ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπιπέδων ἀρτίοις καὶ ἐπιπέδοις ἀντιθέτῳ συζυγίᾳ.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 20 vol. XIII, p. 310 seq. ed. Hutten. Ul-

6 His ita demonstratis, quomodo compleantur intervalla et inserantur medietates, etiamsi nemo jam ante commonstrasset, tamen vobis hanc exercitationem reliquissem. Nunc quum multi et egregii viri id perfecerint, Crantor maxime, Clearchus et Theodorus Solenses : pauca de eorum dissensione dicere, non inutile est. Theodorus enim non, ut illi, duos ordines instituens, sed in una linea deinceps duplos triplosque ponens, primum nititur materiæ illa quam vocant fissura in longitudinem patente, quæ duas ex una, non quatuor ex duabus partes facit. Deinde medietatum, inquit, insertiones ita convenit locum nancisci : alioqui rem perturbatum confusumque iri, ac transitiones futuras in primum statim triplum ex primo duplo, quum complementa alterutrum efficere debeant. Crantorem vero adjuvant positura numerorum planos planis, quadratos quadratis, cubos cubis opponentes et copulantes, utque non ordine sumantur, sed alternis pares et plani paribus et planis opponantur et copulentur.

tima quæ in codicibus sic scripta sunt : ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπί, quum manca esse pateat, ita supplevimus, ut reponeremus : ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπιπέδων ἀρτίοις καὶ ἐπιπέδοις ἀντιθέτῳ συζυγίᾳ. Periisse hic multa inprimisque elegantem de numeris disputationem jam vidit Xylander. Itaque alii pro ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπί legi jusserunt ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ περιττῶν, rati melius opponi pares numeros imparibus. Sed loci lacunosi incerta est medicina. De Clearcho Solensi egit Fabricius Bibl. Gr. Vol. III, p. 481 ed. Harles. De Theodoro Solensi alibi quoque meminit Plutarchus, qui eum libro de defectu oraculorum cap. 32 τὰ μαθηματικὰ τοῦ Πλάτωνος interpretatum esse testatur. Cf. de anim. procreat. in Tim. cap. 29. Verba εἰ δὲ μή, ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἔσεσθαι, καὶ μεταστάσεις εἰς τὸ πρῶτον εὐθὺς τριπλάσιον a nobis restituta sunt. Nam pro μεταστάσεις vulgo legitur μεταστὰς; pro εὐθὺς autem fuerunt qui αὖθις exarari vellent. At quoniam res non satis nota est, receptam lectionem mutare non audemus. Explicatio hæc a Plutarcho servata ad eum Platonis locum refertur, quo varietates in anima mundi notabiles et confusæ per speciem descriptionis numerorum quadratorum et cubicorum repræsentantur. Sunt autem hi numeri :

1,	1^2 sive 1,	1^3 sive 1
2,	2^2 sive 4,	2^3 sive 8
3,	3^2 sive 9,	3^3 sive 27

quos sic ordinabimus :

1, 2, 3, 4, 8, 9, 27,

idque Plato his verbis expressit (Tim. p. 35. B. cf. Phil. Gr. Fragm. vol. II, pag. 163 :) μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν (1), μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης (2), τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης ($1\frac{1}{2} \times 2 = 3 \times 1 = 3$), τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν ($2 \times 2 = 4$), πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης ($3 \times 3 = 9$), τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν (8×1), ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης (27×1). De numerorum vi et potestate longæ sunt Procli, Jamblichi, Porphyrii aliorumque commentationes, e quibus tamen nihil excerpimus, præsertim quum ad abditos Platonis sensus eruendos non valeant. Vide Proclum ad Tim. p. 206 seqq. [pag. 494 seqq. ed Schneider.] Paucis igitur rem exponemus. Numeri 1, 2, 3, 4, 8, 9, 27 a Pythagoreis aliorum numerorum ope connectebantur. Quo in genere tales numeri illis placebant, qui duobus numeris interpositi minorem eodem modo superarent, quo a majore superarentur, quales idcirco medietates (μεσότητες) vocari solent. Itaque in Timæo l. c. ait : μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δ' ὑπερεχομένην. Harum medietatum prima est numerus quaternarius, ternario et senario interjectus, ternarium eodem modo superans, quo a senario superatur, proportione, quam veteres harmonicam appellabant. Id proportionis genus in eo versatur, ut quum inter majorem numerum (6) et minorem (4) aliud intervallum intersit atque inter medium (4) et minorem (3), hæc intervalla eandem inter se comparationem habeant, quam numerus major et minor (οἱ ἄκροι, 3 et 6). Quodsi minus intervallum dicamus d, majus D : proportio hæc exsistit :

$$3 : 6 = d : D$$
seu $$= 4 - 3 : 6 - 4$$
$$= 1 : 2$$
vel etiam $$3 : d = 6 : D$$
sive $$3 : 4 - 3 = 6 : 6 - 4.$$

Itaque quoniam quaternarius ternarium tertia ejus parte superat ($4 = 3 + \frac{3}{3}$) et a senario item tertia ejus parte superatur ($6 = 4 + \frac{6}{3}$), patet, quid significent Platonis verba, quum primam medietatem (4) ταὐτῷ μέρει (i. e. tertia parte) τῶν ἄκρων (6 et 3) ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην dicit. Atque hujusmodi medietates plures inter numeros Platonicos interponi poterant; siquidem ut numerus 8 medium quiddam est inter 6 et 12; ita 12 inter 9 et 18 medium interjectum, et 16 inter 12 et 24 medium esse apparet. Quum ergo talis proportio *harmonica* nominaretur, alterum genus vocabatur, ut nunc quoque vocatur arithmeticum, hoc dico,

$$4 : 5 = 5 : 6,$$

in quo quinarius non eadem *parte* sed eodem *numero* (1) superat quaternarium et superatur a senario. Vide Proclum in Tim. p. 193. Quocirca Plato alteram medietatem ait ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. Jam videamus, quibus argumentis Theodorus et Crantor hæc docere conati sint. Quum alii duas lineas duxissent, quarum alteram διπλασίοις (numeris a binario derivatis, 2, 4, 8) compleverunt [i. e. diviserunt in duas, quatuor, octo partes], alteram τριπλασίοις (3, 9, 27, aliis) : Theodorus una eademque linea διπλασίοις et τριπλασίοις completa demonstravit, quomodo numeris Platonicis permixtis sponte nascerentur medietates. Πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται, inquit Plutarchus τῇ

λεγομένη κατὰ μῆκος σχίσει τῆς οὐσίας (i. e. divisione ejus lineæ quæ οὐσίαν i. e. *totum* sive materiam repræsentat) δύο ποιούση μοίρας, ὡς ἐκ μιᾶς, οὐ τέσσαρας ἐκ δυεῖν. Videtur autem Theodorus eos vituperare, qui lineam confestim in quatuor partes partiebantur, quam in duas antea partiri debebant. Deinde medietates in linea sic divisa notandas esse dixit, id quod ita instituit, ut eandem lineam postmodo in tres partes distribueret ac de his unam demeret. Quod quo facilius intelligatur, Theodori lineam expositioni nostræ subjungamus.

A ________ a ________ C ________ b ________ B

Linea AB, quæ totum repræsentat, bipartita est in puncto C; ideoque AC+CB (duæ lineæ æquales) binarium efficiunt, qui complet lineam AB (τὴν οὐσίαν.) Præterea linea τριπλασίοις completur, et primum quidem ternario i. e. tribus lineis æqualibus Aa, ab, b B; quarum si unam (Aa) demseris, relinquetur linea aB, *quatuor* particulis constans, media inter CB, quæ *tribus*, et AB, quæ *sex* particulis constat. Quæ quum ita sint, hanc habebis proportionem

$$\frac{3}{6} : \frac{1}{6} = \frac{6}{6} : \frac{2}{6}.$$

$$CB : CB = AB : Aa$$

$$\text{sive } 3 : 1 = 6 : 2$$

$$3 : 4-3 = 6 : 6-$$

$$CB : AB - CB = AB : AB - Aa;$$

ut medius inter numeros quaternarius, media inter lineas Ab sit. Crantorem vero, ut Plutarchus testatur, adjuvit ea qua usus est numerorum disponendorum ratio : quos sic collocavit, ut numeris quadratis quadratos, cubicis cubicos (τετραγώνοις τετραγώνους, κύβοις κύβους) opponeret, non κατὰ τάξιν (non eo ordine quo eos Plato recensuerat), sed ut primum pares, deinde impares recenseret, planorum etiam habita ratione. Cæteroquin in probanda hac re formam litteræ Λ adhibuit, ut ex fragmento septimo cogi oportet. Sic igitur videtur eos disposuisse :

1 sive 1

2^1 3^1 2 3

2^2 3^2 4 9

2^3 3^3 8 27.

Quæritur autem, quos numeros Plutarchus in fragmento hoc ἐπιπέδους sive planos appellet. Nuncupari solent hoc vocabulo numeri qui e duorum numerorum, tanquam longitudinis et latitudinis, multiplicatione efficiuntur. Vide interpretes ad Platonis Theæt. p. 148. a. et Astium ad Theologum. Arithm. p. 164. Quamobrem si Crantor pugnantia secum frontibus adversis composuit, tales numeros fortasse in hunc modum ordinavit :

minores.	medii	majores.
3	4	6
6	8	12
9	12	18
12	16	24

Neque tamen hoc pro certo habere ausim.

7. Περὶ δὲ τῆς τάξεως (ζητεῖται), πότερον ἐφ' ἑνὸς στίχου πάντας ἐκθετέον, ὡς Θεόδωρος· ἢ μᾶλλον, ὡς Κράντωρ. ἐν τῷ Λ σχήματι, τοῦ πρώτου κατὰ κορυφὴν τιθεμένου, καὶ χωρὶς μὲν τῶν διπλασίων, χωρὶς δὲ τῶν τριπλασίων ἐν δυσὶ στίχοις ὑποταττομένων.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 29 vol. XIII, p. 322 ed. Hutten. Ergo ea disponendorum numerorum ratio Crantori arrisit, quæ Λ litteræ formam exprimeret.

1

2 3


4 9

8 27.

Hanc in usum suum convertit Adrastus peripateticus, de quo disseruit Fabricius Bibl. Gr. Vol. III, p. 458 et 653 ed. Harles. Memorat eum Proclus in Tim. p. 197. C. [pag. 471 ed. Schneider.] his verbis : Ἄδραστος δὲ φιλοτεχνῶν, ὃ καὶ πρότερον εἴπομεν λαβδοειδὲς τὸ σχῆμα ποιεῖ καὶ ἐν τρισὶ τριγώνοις ἐκτίθεται τοὺς ὅρους. Cf. etiam p. 193 et 198. Ex Procli igitur de Adrasto testimoniis fortasse intelligi potest, quomodo Crantor numeris Platonicis medietates interposuerit vel ut Plutarchi (vid. fragm. 6 init.) verbis utar παρεντάττειν τὰς μεσότητας tentaverit. Illum enim locum a Plutarcho olim exornatum in mutilo isto capite vicesimo libri de anim. procreat. in Timæo librariorum culpa nunc desiderari arbitror. Proclus autem in Tim. p. 192. C. [pag. 458 ed. Schneider.] hæc scripsit : διὸ καὶ εἰώθασί τινες τρία τρίγωνα ποιεῖν καὶ ἐφ' ἑνὸς μὲν γράφειν τοῦ ἐλαχίστου τὰς ἑπτὰ μοίρας, κορυφὴν ποιοῦντες τὴν μίαν μοῖραν, κατασχίζοντες δὲ τὰς ἓξ περὶ ταύτην καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας πλευρᾶς γράφοντες τὸν διπλάσιον ὅλον στίχον, ἐπὶ δὲ τῆς ἑτέρας τὸν τριπλάσιον, ἐπὶ δὲ

7. De numerorum autem ordine quæritur, utrum uno in versu omnes sint disponendi, ut Theodorus vult, an potius, ut Crantor, in Λ figura, primo in vertice posito, deinde duplici serie, una duplorum, altera triplorum subjecta.

ἄλλου τριγώνου μείζονος καὶ τοῦτο περιέχοντος αὐξήσαντες τοὺς ἀριθμούς, παρεμβάλλειν τὰς δύο μεσότητας πάλιν ὁμοίως, χωρὶς μὲν τοὺς διπλασίους, χωρὶς δὲ τοὺς τριπλασίους τάξαντες, ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς τὴν μίαν μοῖραν, ἐπὶ δὲ τρίτου τριγώνου καὶ ἀμφότερα ταῦτα περιλαμβάνοντος ὅλον καταγράφειν τὸ διάγραμμα τὸν αὐτὸν τρόπον. Καὶ οὕτως ὁ Ἄδραστος πεποίηκεν. Inde colligo Crantorem τὴν τῶν μεσοτήτων παρένταξιν ita instituisse, ut arithmeticam medietatem inter τοὺς διπλασίους, harmonicam inter τοὺς τριπλασίους interjiceret. De reliquo credibile est, in secundo triangulo numeros esse duplicatos. Quare talem formam geometricam descripsi, in qua tamen tertium triangulum brevitatis causa omissum est. Neque enim omnia in tanta rerum obscuritate ad vivum resecare volui.)



8. Τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι, τελευτήσαντος υἱοῦ, φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν. Ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν αὕτη τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὔνοιαν, ἣν παντὸς μᾶλλον διασώζειν ἀναγκαῖον. Τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου παρεκφέρεσθαι καὶ συναύξειν τὰ πένθη, παρὰ φύσιν εἶναί φημι, καὶ ὑπὸ τῆς ἐν ἡμῖν φαύλης γίνεσθαι δόξης. Διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἐατέον, ὡς βλαβερὸν καὶ φαῦλον, καὶ σπουδαίοις ἀνδράσιν ἥκιστα πρέπον· τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον. Μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ, νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο. Τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ. Τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκός, ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. Vol. VII, pag. 317 seq. ed. Hutten. Verissime quidem judicat Crantor, sed a plerisque philosophis hac in re dissentit. Interpretatus est hunc locum Cicero Tusc. disp. III, 6, cujus verba sunt : « Nec absurde Crantor ille, qui in nostra Academia vel imprimis fuit nobilis : *minime*, inquit, *assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant, quæ nec potest ulla esse nec debet. Ne ægrotus sim ; sed si fuerim, sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore. Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.* » Crantoris sententiam approbavit Seneca, qui in Consol. ad Helviam cap. 1 omnia clarissimorum ingeniorum monumenta ad compescendos moderandosque luctus composita evolvisse se profitetur. Nimirum illius libri cap. 16 hæc posuit : *nam et infinito dolore, quum aliquem ex carissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est, et nullo, inhumana duritia.* Idem in Consol. ad Polybium cap. 36 ait : *et non sentire mala sua, non est hominis, et non ferre, non est viri.* Ad totum vero Plutarchi locum Wyttenbachius hæc ascripsit : *teneo adhuc quod notavi, verba* τὸ μὲν ἀλγεῖν κτλ. *item ut proxima esse Crantoris.* Concedendum est, hanc quidem sententiam τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι, τελευτήσαντος υἱοῦ, φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης e Crantore sumtam videri, præsertim quum similia legamus apud Ciceronem Tusc. disp. III, 29 : *natura affert dolorem, cui quidem Crantor, inquiunt, vester cedendum putat. Premit enim atque instat, nec resisti potest.* Quid ? quod his consentanea habet Seneca epist. 99. Quum primum nos nuntius acerbi funeris perculit, quum tenemus corpus e complexu nostro in ignem transiturum, lacrimas naturalis necessitas

8. Jam ex filii morte animi dolorem ægritudinemque capere, res est talis, quæ a naturali profecta principio, non sit in nostra potestate. Non enim iis assentior, qui immanem duramque indolentiam laudant, quæ neque contingere nobis neque prodesse potest. Eripiet enim nobis ista illam quam conservari maxime oportet e mutuo amore ortam benevolentiam. Mœrore autem ultra modum affici et nimis augere luctum contra naturam esse affirmo, et ex prava animi nostri opinione nasci. Quapropter etiam hoc ut damnosum et vitiosum et viros probos minime decens vitandum, mediocritas vero affectuum non est reprobanda. Ne ægrotus sim, inquit Crantor Academicus, sed si fuerim, sensus aliquis adsit, sive secetur pars membrorum, sive a corpore avellatur. Nam ista doloris vacuitas non sine magna mercede homini obtingit. Quippe verisimile est, ut ibi corpus, ita hic ejusmodi animum esse efferatum.

exprimit, et spiritus ictu doloris impulsus quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adjacentem humorem perprimit et expellit. Hæ lacrimæ per elisionem cadunt, nolentibus nobis. Et in Cons. ad Helv. cap. 16. Scio rem non esse in nostra potestate, nec ullum affectum servire, minime vero eum, qui ex dolore nascitur : ferox enim et adversus omne remedium contumax est. Adde ad Marciam cap. 7. Quin etiam ea quæ in sequentibus eminent, primum τὴν ἀπάθειαν ἔξω τοῦ συμφέροντος οὖσαν, deinde ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὔνοιαν, tum τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου παρεκφέρεσθαι παρὰ φύσιν εἶναι, denique τὴν μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον ad Crantorem auctorem referenda esse liquet. Sic enim Cicero Acad. pr. II, 44 : « Sed quæro, quando ista fuerint ab *Academia vetere* decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent? *Mediocritates* illi probabant et in omni permotione *naturalem* volebant esse *quendam modum*. Legimus omnes *Crantoris*, veteris Academici, de luctu. Est enim non magnus, verum aureolus, et, ut Tuberoni Panætius præcipit, ad verbum ediscendus libellus. Atque illi quidem etiam *utiliter a natura* dicebant permotiones istas animis nostris datas; metum cavendi causa, *misericordiam ægritudinemque clementiæ;* ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. » Hæc igitur quum nec Xenocrati nec Polemoni ἀπαθείας studiosis assignari possint, quumque simillima sint aliorum Plutarchi dictorum : sententias nemo negabit e Crantoris volumine esse petitas, quamquam veteris Academici orationem a Chæronensi philosopho interpolatam esse, credibile est. Cur Cicero non totum locum verterit, sed eorum quæ apud Plutarchum exstant partem prætermiserit, quærere supervacaneum judicamus. Fuit enim Tullius homo sui judicii, qui etiam eadem præcepta modo sectari modo aspernari videretur. Itaque non miramur oratorem Romanum in Consolatione, quæ intercidit, Crantoris vestigiis ingressum, tamen Tuscul. IV, 19 seqq. ejus et Peripateticorum de perturbationibus placita rejecisse. Quod vero dixi, Xenocratem et Polemonem ἀπαθείας studiosos fuisse : id quodammodo in Platonem quoque convenit. Qui licet interdum mediocritatem probaverit, sæpius tamen indolentiam tuetur. Ac mediocritatem quidem commendat de legg. II, p. 652 b. παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγιγνομένην πρῶτον παισὶν ἀρετήν, ἡδονὴ δὲ καὶ φιλία καὶ λύπη καὶ μῖσος ἂν ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνωνται μήπω δυναμένων λόγον λαμβάνειν, λαβόντων δὲ τὸν λόγον συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ, ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἐθῶν κτλ. Cf. Rep. IV, p. 442. b. Tim. p. 86. b. indolentiam vero laudat Phæd. p. 83. b. ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων καθ' ὅσον δύναται. Cf. ibid. p. 64 seqq. Ex his, quæ disputavimus, efficitur, Crantorem tum ab Academicis tum a plerisque philosophorum scholis illa in re dissensisse. Solos excipimus Epicureos, a quibus eum dogma suum mutuatum esse nemo contendet. Quocirca totum, quem e Plutarcho attulimus, locum Crantori vindicare non gravabimur.)

9. Τούτοις δὲ ἑπομένως καὶ ὁ Κράντωρ παραμυθούμενος ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων τελευτῇ τὸν Ἱπποκλέα φησί· ταῦτα γὰρ πᾶσα ἡ ἀρχαία αὕτη φιλοσοφία λέγει τε καὶ παρακελεύεται· ὧν εἰ δή τι ἄλλο μὴ ἀποδεχόμεθα, τό γε πολλαχῇ εἶναι ἐργώδη καὶ δύσκολον τὸν βίον, ἄγαν ἀληθές. Καὶ γὰρ εἰ μὴ φύσει τοιοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὑπό γε ἡμῶν εἰς τοῦτο ἀφῖκται διαφθορᾶς· ἥ τ' ἄδηλος αὕτη τύχη πόῤῥωθεν ἡμῖν καὶ ἔτι ἀπ' ἀρχῆς ἠκολούθηκεν, οὐδ' ἐφ' ἑνὶ ὑγιεῖ. Φυομένοις τε μίγνυταί τις ἐν πᾶσι κακοῦ μοῖρα. Τὰ γάρ τοι σπέρματα εὐθὺς θνητὰ ὄντα ταύτης κοινωνεῖ τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἀφυΐα μὲν ψυχῆς, νόσοι τε καὶ κήδεα καὶ μοῖρα θνητῶν ἐκεῖθεν ἡμῖν ἕρπει. Τοῦ δὴ χάριν ἐτραπόμεθα δεῦρο; ἵν' εἰδείημεν, ὅτι καινὸν οὐδὲν ἀτυχεῖν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ πάντες ταὐτὸ πεπόνθαμεν.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 322 seq. ed. Hutten. Ultima τοῦ δὴ χάριν usque ad πεπόνθαμεν ex Wyttenbachii conjectura ad Plut. vol. VI, p. 714 adjicienda esse censui. Idem Theophrasti et Homeri dicta, quæ in sequentibus commemorat Plutarchus, Crantori deberi putat; quod ego, ut incompertum, in medio relinquam. Sic autem pergit Plutarchus : ἄσκοπος γὰρ ἡ τύχη (φησὶν ὁ Θεόφραστος) καὶ δεινὴ

---

9. His convenienter etiam Crantor in Consolatione ad Hippoclem liberorum morte mœrentem ita scripsit. Hæc enim omnis illa vetus philosophia docet ac præcipit, quorum si quid aliud non probamus, id saltem nimis verum est, vitam nostram multimodis laboriosam esse et difficilem. Nam si natura non est talis, nostro certe vitio in hanc perniciem incurrit : et incerta ista fortuna e longinquo nos ac jam inde ab initio propter res minime salubres comitata est. Mali quædam portio fatalis jam nascentibus nobis omnibus admiscetur. Quippe semina quum sint mortalia, statim partem hujus causæ sustinent, cur ingenii tarditas, morbi, curæ, mors denique ipsa nobis obrepant. Cur vero eo aberravit oratio? nempe ut intelligamus, non inusitatum homini esse infortunium, sed omnes nos sub eosdem casus esse subjectos.

παρελέσθαι τὰ προπεπονημένα, καὶ μεταῤῥῖψαι τὴν δοκοῦσαν εὐημερίαν, οὐθένα καιρὸν ἔχουσα τακτόν. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑκάστῳ λογίσασθαι ῥᾴδιον, καὶ ἄλλων ἀκοῦσαι παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν. Ὧν πρῶτος μέν ἐστιν ὁ θεῖος Ὅμηρος, εἰπών· οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο κτλ. (Odyss. XVIII, 130-137) καὶ ἐν ἄλλοις· Τυδείδη μεγάθυμε, τίη γενεὴν ἐρεείνεις; κτλ. (Iliad. VI, 145-149) Ταύτῃ δ' ὅτι καλῶς ἐχρήσατο τῇ εἰκόνι τοῦ ἀνθρωπείου βίου, δῆλον, ἐξ ὧν ἐν ἄλλῳ τόπῳ φησὶν οὕτω· βροτῶν δ' ἕνεκα πτολεμίζειν δειλῶν, οἳ φύλλοισιν ἐοικότες κτλ. (Iliad. XXI, 463-466) De vitæ humanæ miseriis exposuisse antiquos philosophos auctor est Crantor (ταῦτα γὰρ πᾶσα ἡ ἀρχαία αὕτη φιλοσοφία λέγει τε καὶ παρακελεύεται) quod etiam nunc ex vetustis monumentis intelligitur. Vide modo e Pythagoreis Hippodami et Hipparchi fragmenta apud Stobæum Flor. XCVIII, 71 et CVIII, 81 in Phil. Gr. Fragm. vol. II, p. 14 et 16 seqq; item Empedoclis versus 30-31 ὢ πόποι, ὢ δειλῶν θνητῶν γένος, ὢ δυσάνολβον, οἵων ἐξ ἐρίδων ἔκ τε στοναχῶν ἐγένεσθε in Vol. I, pag. 2. Adde Euripidis versiculos apud Stobæum Flor. CXXIV, 7 (cf. Eur. Fragm. p. 718 ed. Wagner) γίγνωσκε τἀνθρώπεια, μηδ' ὑπερμέτρως ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη, quibus fortasse Anaxagoræ sententia exprimitur. Plato quid de ea re censuerit, et quid inter eum et Crantorem interfuerit, jam supra vidimus. Nam Plato neque unum eundemque ærumnarum fontem esse statuit, neque omnino certam malorum originem indicavit. Nimirum quum deos inferiores miseriæ humanæ auctores dicat, id figurate interpretandum esse patet. Ut locum de miseriis in quibus mortales versantur ac de morte, malorum omnium termino, ex quodam Prodici Cei opere depromtum servavit Pseudoplato in Axiocho (cf. Phil. Gr. Fragm. vol. II, p. LXXVIII, et p. 138 seqq.): sic Welckerus Crantorem a Prodico multa accepisse quæ ad vitæ incommoda pertinerent non sine causa suspicatus est. Nec tamen propterea audiendus Wyttenbachius, qui Comm. in Plut. VI, p. 699 auctorem Axiochi præcipuam dialogi partem, id est expositionem rerum hominibus molestarum, non Prodico, sed Crantori acceptam rettulisse arbitratur.)

10. Τὰ δὲ περὶ τὸν Ἰταλὸν Εὐθύνοον τοιαῦτά φασι γενέσθαι. Εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν Ἠλυσίου πατρὸς Τεριναίου, τῶν ἐκεῖ πρώτου καὶ ἀρετῇ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ, τελευτῆσαι δ' ἐξαπίνης αἰτίᾳ τινὶ ἀδήλῳ· τὸν οὖν Ἠλύσιον εἰσελθεῖν ὅπερ; ἴσως κἂν ἄλλον εἰσῆλθε, μή ποτ' εἴη φαρμάκοις ἀπολωλώς· τοῦτον γὰρ εἶναι μόνον αὐτῷ ἐπ' οὐσίᾳ πολλῇ καὶ χρήμασιν. Ἀποροῦντα δέ, ὅτῳ τρόπῳ βάσανον λάβοι τούτων, ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον· προθυσάμενον δέ, ὡς νόμος, ἐγκοιμᾶσθαι καὶ ἰδεῖν ὄψιν τοιάνδε. Δόξαι παραγενέσθαι τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ· ἰδόντα δέ, διεξέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν περὶ τῆς τύχης τῆς κατὰ τὸν υἱόν, καὶ ἀντιβολεῖν τε καὶ δεῖσθαι, συνεξευρεῖν τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου. Καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ ἥκω, φάναι· ἀλλὰ δέξαι παρὰ τοῦδε ἅ σοι φέρει· ἐκ γὰρ τούτων ἅπαντ' εἴσῃ, ὧν πέρι λυπῇ. Εἶναι δ', ὃν ἐσήμαινε, νεανίσκον ἑπόμενόν αὐτῷ, ἐμφερῆ τε τῷ υἱῷ, καὶ τὰ τοῦ χρόνου τε καὶ τὰ τῆς ἡλικίας ἐγγύς. Ἐρέσθαι οὖν, ὅστις εἴη, καὶ τὸν φάναι· δαίμων τοῦ υἱέος σου· καὶ οὕτω δὴ ὀρέξαι οἱ γραμματίδιον. Ἀνειλήσαντα οὖν αὐτὸ ἰδεῖν ἐγγεγραμμένα τρία ταῦτα·

ἦρου, νήπιε; ἠλίθιαι δειλῶν φρένες ἀνδρῶν·
Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ.
οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ, οὔτε γονεῦσι.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 336 seq. ed. Hutten. omisso auctoris nomine, quem ex Tusculanis disputationibus I, 48 Crantorem fuisse apparet. Ibi enim Tullius, postquam similia quædam de Cleobi et Bitone, de Trophonio et Agamede narravit, ita pergit: *Simile quiddam est in Consolatione Crantoris; ait enim Terinæum quendam Elysium, quum graviter filii mortem mœreret, venisse in psychomantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis*

---

10. Jam de Euthynoo Italo hujusmodi narratio fertur. Hunc enim Elysio patre, Terinæo, virtute, fortunis, gloria civium suorum principe natum, repentina morte ob incertam causam obiisse. Quapropter Elysio patri (qui illum unicum habuisset filium, maximarum divitiarum et opum heredem) incidisse suspicionem, quæ forsitan et aliis incidisset, filium veneno necatum esse. Quum autem dubitaret, quomodo rem explorare posset, venisse eum in psychomanteum, sacrisque legitime operatum loco isti indormivisse, ac talem speciem per somnum ei esse oblatam. Visum esse patrem ad ipsum accedere; quem posteaquam conspexisset, narrato filii casu, oraverit atque obsecraverit, ut in causa mortis invenienda se adjuvaret. Respondisse patrem: equidem idcirco adsum; sed ab isto accipe quæ tibi affert; inde enim omnia cognosces, quibus mœres. Fuisse vero eum quem pater indicabat juvenem pone sequentem, ætate et statura filii propemodum similem; interrogatumque quis esset, respondisse: genius sum filii tui, simulque porrexisse ei codicillos, quibus evolutis Elysius tres hos versus invenerit intus exaratos:

Quæris, stulte? homines insanis mentibus errant:
En jacet Euthynous fatali morte peremtus.
Nam fuit utilius finiri ipsique patrique.

causa; huic in tabellis tres hujusmodi versiculos datos:

Ignaris homines in vita mentibus errant:
Euthynous potitur, fatorum numine, leto:
Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

Primum versum, qui in membranis sic exaratur: ἦρου, νήπιε, ἠλίθιαι φρένες ἀνδρῶν, a librariis mutilatum esse, nemo non videt. Quem ut supplerem, scripsi: *ἤρου, νήπιε, ἠλίθιαι δειλῶν φρένες ἀνδρῶν. Quod reliquum est, hæc narratio optime copulatur cum vitæ humanæ miseratione quam fragmentum 9 continet. Confer et fragm. 12.)

11. Τὸ γὰρ μὴ δι' αὑτὸν κακῶς πράττειν ὁ μὲν Κράντωρ φησὶν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 349 ed. Hutten. Hoc solatio multi in rebus adversis se consolati sunt, velut Socrates apud Xenophontem Apol. cap. 24-28, Cicero, cujus complura dicta refert ad h. l. Wyttenbachius p. 759, alii.)

12. Πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥς φησι Κράντωρ, οὐ νῦν, ἀλλὰ πάλαι κέκλαυσται τἀνθρώπινα, τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον, καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην.

(Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 351, ed. Hutten. Viri sapientes, qui in hac fuerunt sententia, appellantur Homerus, Theognis, Empedocles, Prodicus, alii. Empedoclis luculenti extant versus apud Plutarchum de exsilio p. 607 ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν κτλ. (Vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I, p. 1 vs. 1-10); de quibus sic judicat Plotinus Ennead. IV, lib. VIII, cap. 1, p. 468 Ἐμπεδοκλῆς τε εἰπὼν ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα καὶ αὐτὸς φυγὰς θεόθεν γενόμενος ἥκειν πίσυνος μαινομένῳ νείκεϊ, τοσοῦτον παρεγύμνου ὅσον καὶ Πυθαγόρας οἶμαι καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου ἠνίττοντο περί τε τούτου περί τε πολλῶν ἄλλων. Adde locos quos ad Empedoclem attuli pag. 15 seqq. Idem sensit Plato Phædr. p. 248. Similiter Euripides in Stobæi Flor. CXX, 22 ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά, τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. (Cf. Eur. Fragm. p. 728 ed. Wagner.) Porro Crantoris dicto usus est Phalaris p. 252 ed. Lennep. Inprimis autem Crantoris apophthegma celebravit Cicero in Consolatione teste Lactantio divin. institut. lib. III, cap. 18 § 10 et cap. 19 § 14. Ac priore quidem loco Lactantius: Cicero, inquit, quum in principio Consolationis suæ dixisset, *luendorum scelerum causa nasci homines*, iteravit id ipsum postea *quasi objurgans eum qui vitam pœnam non esse putet*. Posteriore vero ait: Damnant igitur vitam omnem, plenamque nihil aliud, quam malis, opinantur. Hinc nata est inepta illa sententia, hanc esse mortem, quam nos vitam putemus; illam vitam quam nos pro morte timeamus: ita primum bonum esse, non nasci; secundum, citius mori. Quæ ut majoris sit auctoritatis, Sileno attribuitur. Cicero in Consolatione, *Non nasci*, inquit, *longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ: proximum autem, si natus sis, quam primum mori, et tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ*. Huc pertinent etiam Aristotelis verba apud Plutarchum in Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 351 seqq. ed. Hutten. τοῦτο δέ φησιν Ἀριστοτέλης καὶ τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ ἀποφήνασθαι. Βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι. Φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ, ἢ Περὶ ψυχῆς, ταυτί· διόπερ, ὦ κράτιστε πάντων καὶ μακαριστότατε, πρὸς τῷ μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζειν, καὶ τὸ ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν, οὐχ ὅσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων, ἡγούμεθα, καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων. Καὶ ταῦθ' οὕτως ἀρχαῖα καὶ παλαιὰ διατελεῖ νενομισμένα παρ' ἡμῖν, ὥστε τὸ παράπαν οὐδεὶς οἶδεν οὔτε τοῦ χρόνου τὴν ἀρχήν, οὔτε τὸν θέντα πρῶτον, ἀλλὰ τὸν ἄπειρον αἰῶνα τυγχάνουσι διὰ τέλους οὕτω νενομισμένα. Πρὸς δὲ δὴ τούτοις, διὰ στόματος ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁρᾷς, ὡς ἐκ πολλῶν ἐτῶν, ἐκ παλαιοῦ χρόνου, περιφέρεται θρυλλούμενον. Τί τοῦτ', ἔφη. Κἀκεῖνος ὑπολαβών· ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μέν, ἔφην, ἄριστον πάντων, τὸ δὲ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἐστὶ κρεῖττον. Καὶ πολλοῖς οὕτω παρὰ τοῦ δαιμονίου μεμαρτύρηται. Τοῦτο μὲν ἐκείνῳ τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν θήραν, ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνόν, διερωτῶντι καὶ πυνθανομένῳ, τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀρρήτως. Ἐπειδὴ δέ ποτε μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτόν, οὕτως ἀναγκαζόμενον εἰπεῖν· δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν, ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι; μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπότατος ὁ βίος. Ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον, οὐδὲ

---

11. Nam haudquaquam sua culpa in miseriis versari, Crantor magnum calamitatum levamen esse ait.

12. Multi enim, ut ait Crantor, iique sapientes viri non nunc primum deploraverunt res numanas, vitam esse supplicium judicantes, et omnino nasci hominem summam calamitatem ducentes.

μετασχεῖν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως. Ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἀνθρώποις ἀνυστῶν, δεύτερον δέ, τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα. Δῆλον οὖν, ὡς οὔσης κρείττονος τῆς ἐν τῷ τεθνάναι διαγωγῆς ἢ τῆς ἐν τῷ ζῆν, οὕτως ἀπεφήνατο. Denique Seneca Consolat. ad Marciam cap. 22 : itaque si felicissimum est, non nasci : proximum puta, brevitate vitæ defunctos, cito in integrum restitui. Taceo poetarum Hesiodi, Theognidis, Bacchylidis versus a Wyttenbachio ad Plut. vol. VI, p. 769 allegatos.)

13. Ἀγαθὸν δ' εἶπαν αὐτὴν [τὴν ὑγείαν] ὑπάρχειν, οὐ μὴν καὶ πρῶτον, οἵ τε ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου. Δεῖν γὰρ ὑπέλαβον ἑκάστῳ τῶν ἀγαθῶν τὴν οἰκείαν τάξιν τε καὶ ἀξίαν ἀπονέμειν. Ἔνθεν καὶ ὁ Κράντωρ εἰς ἔμφασιν τοῦ λεγομένου βουλόμενος ἡμᾶς ἄγειν, πάνυ χαρίεντι συνεχρήσατο παραδείγματι. Εἰ γὰρ νοήσαιμεν, φησί, κοινόν τι τῶν Πανελλήνων θέατρον, εἰς τοῦτό τε ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν παριὸν καὶ τῶν πρωτείων ἀντιποιούμενον ἥκειν, εὐθὺς καὶ εἰς ἔννοιαν ἀναχθησόμεθα τῆς ἐν τοῖς ἀγαθοῖς διαφορᾶς. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ Πλοῦτος παραπηδήσας ἐρεῖ· ἐγώ, ὦ ἄνδρες Πανέλληνες, κόσμον παρέχων πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ τὰς ἐσθῆτας καὶ τὰς ὑποδέσεις καὶ τὴν ἄλλην ἀπόλαυσιν χρειώδης εἰμὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι, καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ παρέχω τὰ τερπνά, ἐν δὲ πολέμοις νεῦρα [a] τῶν πράξεων γίνομαι. Τούτων γὰρ δὴ τῶν λόγων ἀκούσαντες οἱ Πανέλληνες ὁμοθυμαδὸν κελεύσουσιν [b] ἀποδοῦναι τὰ πρωτεῖα τῷ Πλούτῳ. Ἀλλ' ἐὰν τούτου ἤδη ἀνακηρυττομένου ἐπιστᾶσα ἡ Ἡδονή,

τῇ ἔνι μὲν φιλότης, ἔνι δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς, [c]
πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων,

λέγῃ δὲ εἰς μέσον καταστᾶσα ὅτι αὐτὴν δίκαιόν ἐστιν ἀναγορεύειν·

ὁ γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος [d]
ἐξίπτατ' οἴκων, μικρὸν ἀνθήσας χρόνον,

διώκεταί τε πρὸς τῶν ἀνθρώπων οὐ δι' ἑαυτὸν ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ περιγινομένην ἀπόλαυσιν καὶ ἡδονήν, πάντως οἱ Πανέλληνες, οὐκ ἄλλως ἔχειν τὸ πρᾶγμα ἢ οὕτως ὑπολαβόντες, κεκράξονται δεῖν τὴν ἡδονὴν στεφανοῦν. Ἀλλὰ καὶ ταύτης τὸ βραβεῖον φέρεσθαι μελλούσης, ἐπὴν εἰσβάλλῃ ἡ Ὑγεία μετὰ τῶν συνέδρων αὐτῇ θεῶν [e], καὶ διδάσκῃ ὡς οὔτε Ἡδονῆς οὔτε Πλούτου ὄφελός τι ἐστιν ἀπούσης αὐτῆς;

τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ νοσοῦντά γε;
μίκρ' ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων
ἄλυπον οἰκεῖν βίοτον ἢ πλουτῶν νοσεῖν,

ἀκούσαντες πάλιν οἱ Πανέλληνες καὶ καταλαβόντες ὡς οὐκ ἔνεστι κλινοπετῆ καὶ νοσοῦσαν ὑποστῆναι τὴν εὐδαιμονίαν, φήσουσι νικᾶν τὴν Ὑγείαν. Ἀλλὰ καὶ τῆς Ὑγείας ἤδη νικώσης, ἐπὰν εἰσέλθῃ ἡ Ἀνδρία πολὺ στῖφος ἀριστέων καὶ ἡρώων ἔχουσα περὶ ἑαυτήν, καταστᾶσά τε λέγῃ· ἐμοῦ μὴ παρούσης, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἀλλοτρία γίνεται ἡ κτῆσις τῶν παρ' ὑμῖν ἀγαθῶν, εὔξαιντό τ' ἂν οἱ πολέμιοι περιουσιάζειν ὑμᾶς

---

13. Bonum valetudinem, nec tamen finem bonorum tum Academici tum Peripatetici esse dixerunt. Nam singulis bonis suum ordinem suamque dignitatem attribui oportere existimarunt. Quapropter etiam Crantor rem de qua agitur nobis explicaturus, admodum venusto exemplo usus est. Si enim fingamus, inquit, commune aliquod Græcorum theatrum, ac singula bona in scenam prodire et ad petendum principatum venire : statim etiam bonorum differentiæ intelligentiam habebimus. Primum enim Opulentia transgressa : Ego, inquiet, Græci universi, omnibus hominibus ornatum præbens et vestimenta et calceos et reliqua commoda utilis sum tam ægris quam sanis, atque in pace quidem præbeo res jucundas, in bello autem sum nervi rerum gerendarum. His enim verbis Græci univesi auditis consensu Opulentiæ dignitatis principatum dari jubebunt. Verum si, dum hæc jam præconis voce renuntiatur, superveniens Voluptas,

cui inest quidem amor, inest desiderium, inest colloquium,
blandiloquentia scilicet, quæ decipit mentem etiam valde [prudentium,

dicat, postquam in medium processit, æquum esse, suum nomen per præconem pronuntiari:

nam divitiæ, quæ non certæ sunt, sed incertæ,
ex ædibus evolant, ubi breve tempus creverunt,

expetunturque ab hominibus non propter se, sed propter illam, quæ ex iis capitur, delectationem et voluptatem; omnino Græci universi non aliter quam sic rem se habere rati, Voluptatem coronandam esse vociferabuntur. Sed hac quoque victoriæ præmium acceptura, ubi intraverit Valetudo cum diis consessoribus, et docuerit, se absente neque Voluptatem neque Opulentiam quidquam prodesse :

Quid enim me divitiæ juvant ægrotantem?
Parva et in diem sufficientia habens
doloris expers vivere, quam dives ægrotare malim,

rursus Græci universi tali voce audita intelligentes, beatitudinem lecto affixam et ægrotam subsistere non posse, Valetudinem victoria potiri affirmabunt. Verum Valetudine quoque jam vincente, quum ingressa fuerit Fortitudo magno principum et heroum globo circumdata et conscenso suggestu ita cœperit : *me absente, Græci, bona quæ possidetis alienantur, exoptentque forsitan hostes, ut vos in omnium rerum abundantia vivatis, tanquam bello superiores quam vos futuri*, his igitur auditis Græci primas partes Virtuti tribuent, secundas

πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὡς μελλήσοντες ὑμῶν κρατεῖν, καὶ τούτων οὖν ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες τὰ μὲν πρωτεῖα τῇ Ἀρετῇ ἀποδώσουσι, τὰ δὲ δευτερεῖα τῇ Ὑγείᾳ, τὰ δὲ τρίτα τῇ Ἡδονῇ, τελευταῖον δὲ τάξουσι τὸν Πλοῦτον. Καὶ δὴ ὁ μὲν Κράντωρ τὴν ὑγείαν ἐν δευτέρᾳ μοίρᾳ ἐτίθετο, στοιχῶν τοῖς προειρημένοις [g] φιλοσόφοις.

(Sextus Empiricus adv. Math. lib. XI, 51—59 p. 701 seq. ed. Fabric. [p. 556 seqq. ed. Bekker.] E quo Crantoris opere hoc fragmentum sumtum sit, ignoramus. De singulis locis pauca dicenda [a] νεῦρα τῶν πράξεων] Cf. Epicharmus apud Ciceronem ad Attic. I, 19: νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν. — [b] κελεύσουσιν] sic legendum cum Fabricio et Bekkero; codd. κελεύουσιν. — [c] Homer. Iliad. XIV, 216-217. — [d] Incerti poetæ versus, quos quidam Euripidi tribuunt. — [e] Intelligendi videntur Fabricio dii deæque Apollo Mercurius, Minerva, Venus, Panacea, quibus cum Hygea communem aram in templo quodam Oropi olim fuisse, memoriæ prodidit Pausanias lib. I, cap. 34. At non liquet. — [f] Versus ex Euripidis Telepho petiti. Vide Eurip. Fragm. p. 790 ed. Wagner. — [g] προειρημένοις φιλοσόφοις] i. e. Academicis et Peripateticis. — Ex hoc fragmento colligi oportet, Crantorem et veterem Academiæ disciplinam tenuisse et sapientiæ præcepta ad vitæ usum contulisse. Enimvero scimus, ab Academicis virtutem quidem summum bonum esse habitam, sed tamen idcirco reliqua bona, valetudinem, divitias, alia de numero bonorum non esse exemta, ut a Stoicis postea factum esse inter omnes constat. Qua de re cum in aliis scriptis Cicero disputavit, tum præcipue in libris de finibus bonorum et malorum, e quibus duos locos excerpere juvat. Acad. post. I, 5: « Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex; una de vita et moribus: altera, de natura et rebus occultis: tertia, de disserendo, et quid verum, quid falsum; quid rectum in oratione pravumve; quid consentiens sit, quid repugnet, judicando. Ac primam partem illam bene vivendi a natura petebant, eique parendum esse dicebant: neque ulla alia in re, nisi in natura, quærendum esse illud summum bonum, quo omnia referrentur; constituebantque, extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et vita. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus: valetudinem, vires, pulchritudinem, in toto: in partibus autem, sensus integros, et præstantiam aliquam partium singularum: ut in pedibus, celeritatem; vim, in manibus; claritatem, in voce; in lingua etiam explanatam vocum expressionem: animi autem, quæ essent ad comprehendendam ingeniis virtutem idonea; eaque ab iis in naturam et mores dividebantur. Naturæ celeritatem ad discendum et memoriam dabant: quorum utrumque mentis esset proprium et ingenii. Morum autem putabant studia esse, et quasi consuetudinem: quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat philosophia ipsa. In qua quod inchoatum est, neque absolutum, progressio quædam ad virtutem appellatur: quod autem absolutum, id est, virtus, quasi perfectio naturæ, omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optima. Ergo hæc animorum. Vitæ autem (id erat enim tertium) adjuncta esse dicebant, quæ ad virtutis usum valerent. Nam virtus cernitur in quibusdam, quæ non tam naturæ, quam beatæ vitæ, adjuncta sunt. Hominem esse censebant, quasi partem quandam civitatis et universi generis humani, eumque esse conjunctum cum hominibus communi quadam societate. Ac de summo quidem atque naturali bono sic agunt: cætera autem pertinere ad id putant aut adaugendum, aut tuendum; ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ita tripartita ab iis inducitur ratio bonorum. » Ibid. cap. 6. « Omnis illa antiqua philosophia sensit *in una virtute positam esse beatam vitam*; nec tamen beatissimam, nisi adjungerentur et *corporis et cætera* quæ supra dicta sunt ad virtutis usum idonea. » Addamus Polemonis sententiam, quo auctore Crantor in philosophia versatus est. De hoc Clemens Alexandrinus Strom. VII, p. 419 ὁ γὰρ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουλόμενος ἀγαθῶν πάντων, ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων. Δογματίζει γοῦν χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἂν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν· δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτός, τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν εἶναι. Cf. Sextus Empiricus adv. Math. XI, 42 p. 699 ed. Fabric. [p. 554 ed. Bekker.] et Archytas Tarentinus apud Stobæum Flor. I, 76. Vid. Phil. Gr. Fragm. Vol. I, p. 554 seq. Jam quum ex his locis pateat, Crantorem nihil quod non Academicorum placitis consentaneum esset, præcepisse, simul eum quæ experientia duce cognita haberet tradidisse liquet. Nempe non solum divitem fuisse, sed etiam sæpe

---

Valetudini, tertias Voluptati, ultimam denique Opulentiam ponent. Et Crantor quoque valetudinem secundum locum obtinere volebat, prædictis philosophis astipulatus.

infirma atque ægra valetudine esse usum Diogenes Laertius IV, 24, 27 testificatur. Quocirca non ignoravit, quantam utilitatem homines ex opibus perciperent, quamque necessaria ad beatitudinem esset commoda valetudo. Quum porro ægrotum neque divitiis delectari neque ulla omnino voluptate frui intelligeret, illum tamen multo miseriorem esse cognovit, qui omnium rerum inops ægrotaret. Eo pertinet fragmentum 14, in quo nihil egestate miserius esse affirmat, atque ex hoc fragmento pars eorum quæ ab Opulentia dicuntur, v. c. χρειώδης εἰμὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι, item quod postea legitur οὐκ ἔνεστι κλινοπετῆ καὶ νοσοῦσαν ὑποστῆναι τὴν εὐδαιμονίαν. Quid? quod inter morborum cruciamenta fragilitatis humanæ memor fortunarumque vice commotus cæteris omnibus posthabitis ad divinarum humanarumque rerum intelligentiam omnes cogitationes intendit. Ergo ubi in philosophiæ portum se contulit, virtutis studio acquievit, illisque hominibus felicissimam sortem obvenire judicavit, qui in rebus adversis nunquam demitterent animum neque consideratiores in secunda, quam in adversa fortuna essent. Quare finem bonorum virtutem esse censuit.)

14. Οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον
ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα· καὶ γὰρ ἂν φύσει
σπουδαῖος ᾖς, πένης δέ, καταγέλως ἔσει.

(Stobæus Flor. XCVI, 13 Κράντορος. Sic enim legendum. In Stobæi membranis partim Κράντωνος reperitur, partim Κράτωνος, quam posteriorem scripturam exhibet etiam Maximus Conf. II, 571, unde Bergkius Κρίτωνος restituendum putavit. Sed bene Meinekius edidit Κράντορος, præsertim cum Floril. XCVII, 6 hoc nomen in omnibus codicibus compareat. Errarunt qui cum Fabricio Biblioth. Gr. vol. II, p. 428 ed. Harles. comicum poetam a Stobæo utroque loco citari crediderunt. Quippe et carmina scripsisse traditur Crantor, si fides Diogeni Laertio IV, 25, et horum versuum sensus cum fragmento 13 quodammodo congruit.)

15. Τὸ γὰρ διάφορον καὶ φρονίμους πάντας ποιεῖ,
τὸ σωφρονεῖν δ' ἔνεστιν ἐν τούτῳ μόνῳ.

(Stobæus Flor. CXVII, 6 Κράντορος. Quum præcedentia perierint, dici non potest, quo τὸ γὰρ διάφορον referatur. Itaque alii aliter de his duobus versibus judicarunt. Et Gesnerus quidem interpretatur: *ut lucrum vel commodum aliquod sibi veneritur, omnes sapiunt: et hac in re sola inest sapientia;* parum probabiliter. Rectius alii τὸ διάφορον excellentiam vel præstantiam intelligunt, natalium splendorem vel divitias a poeta spectari existimantes. Nam homines nobiles ac divites philosophia et litteris perpoliti esse solent, pauperes raro accuratæ doctrinæ facultatem consequuntur. Quæ si vera est interpretatio, similem hic locus sententiam fragmenti 14 verbis habebit: καὶ γὰρ ἂν φύσει σπουδαῖος ᾖς, πένης δέ, καταγέλως ἔσει. At ne hæc quidem explicatio mihi satisfacit, ideoque τὸ διάφορον, quod locus postulat, in eam partem accepi, ut *mentis præstantiam* esse vellem.)

16. Ἐν δοιῇ μοι θυμός, ὅ τοι γένος ἀμφιβόητον,
ἤ σε θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων, Ἔρος, εἴπω,
τῶν ὅσσους Ἔρεβός τε πάλαι βασίλειά τε παῖδας
γείνατο Νὺξ πελάγεσσιν ὑπ' εὐρέος Ὠκεανοῖο·
ἤ σέ γε Κύπριδος υἷα περίφρονος, ἠέ σε Γαίης,
ἢ Ἀνέμων· τοῖος σὺ κακὰ φρονέων ἀλάλησαι
ἀνθρώποις ἠδ' ἐσθλά· τὸ καί σεο σῶμα δίφυιον.

(Diogenes Laertius lib. IV, 26-27 λέγεται δὲ καὶ Ἀνταγόρα τοῦ ποιητοῦ [sic enim legendum] ὡς Κράντορος εἰς Ἔρωτα πεποιημένα φέρεσθαι ταυτί· ἐν δοιῇ μοι θυμός κτλ. Quum Antagoræ Rhodii versus, quos de Amore scripserat, Crantori a quibusdam vindicarentur; nos quoque Solensis philosophi reliquiis hoc qualecunque carmen adjicere non dubitavimus. De hoc vide Jacobsium in Anthologia priore VII, p. 183.)

---

14. Non est paupertate miserabilior ullus in vita casus: nam si natura studiosus fueris, sed pauper, ludibrio habeberis.

15. Nam mentis præstantia omnes etiam prudentes reddit, et in hac re sola animi sanitas inest.

16. In dubio est animus (clarum tibi quod genus omne) te divum in numero primumne Cupido reponam,
Quos Erebusque senex et Nox regina profundis
Oceani (ut memorant) quondam genuere sub undis:
an Venere, an Ventis, an Terra te esse creatum
dicam: namque vagus mala tot mortalibus affers,
totque bona: hinc corpus tribuit natura biforme.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ.

NUMENII

PLATONICI PHILOSOPHI

FRAGMENTA.

1. Ἐπὶ μὲν τοίνυν Σπεύσιππον τὸν Πλάτωνος μὲν ἀδελφιδοῦν, Ξενοκράτην δὲ τὸν διάδοχον τοῦ Σπευσίππου, Πολέμωνα δὲ τὸν ἐκδεξάμενον τὴν σχολὴν παρὰ Ξενοκράτους ἀεὶ τὸ ἦθος διετείνετο τῶν δογμάτων σχεδόν τι ταὐτόν, ἕνεκά γε τῆς μήπω ἐποχῆς ταυτησὶ τῆς πολυθρυλλήτου τε, καὶ εἰ δή τινων τοιούτων ἄλλων. Ἐπεὶ εἴς γε τὰ ἄλλα πολλαχῆ τὰ μὲν παραλύοντες [a], τὰ δὲ στρεβλοῦντες, οὐκ ἐνέμειναν τῇ πρώτῃ διαδοχῇ· ἀρξάμενοι δὲ ἀπ' ἐκείνου, καὶ θᾶττον καὶ βράδιον διίσταντο προαιρέσει ἢ ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ δή τινι αἰτίᾳ ἄλλῃ, οὐκ ἂν φιλοτίμῳ ἴσως. Καὶ οὐ μὲν βούλομαί τι φλαῦρον εἰπεῖν διὰ Ξενοκράτη, μᾶλλον μὴν ὑπὲρ Πλάτωνος ἐθέλω. Καὶ γάρ με δάκνει, ὅτι μὴ πᾶν ἔπαθόν τε καὶ ἔδρων, σώζοντες τῷ Πλάτωνι κατὰ πάντα [πάντῃ] πᾶσαν ὁμοδοξίαν. Καίτοι ἄξιος ἦν αὐτοῖς ὁ Πλάτων, οὐκ ἀμείνων μὲν Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου, οὐ μέντοι ἴσως οὐδὲ φλαυρότερος ἐκείνου· ᾧ συνακολουθοῦντες, σεφθέντες τε οἱ γνώριμοι ἐγένοντο πολυτιμητίζεσθαι αἰτιώτατοι τὸν Πυθαγόραν. Τοῦτο δὲ οἱ Ἐπικούρειοι, οὐκ ὤφελον μέν, μαθόντες δ' οὖν, ἐν οὐδενὶ μὲν ὤφθησαν Ἐπικούρῳ ἐναντία θέμενοι οὐδαμῶς, ὁμολογήσαντες δὲ εἶναι τοῦ [illegible] συνδεδογμένοι, καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἀπέλαυσαν τῆς προσρήσεως εἰκότως. Ὑπῆρξέ τε ἐκ τούτου ἐπὶ πλεῖστον τοῖς μετέπειτα Ἐπικουρείοις, μηδ' αὐτοῖς εἰπεῖν πω ἐναντίον οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε Ἐπικούρῳ μηδὲν εἰς μηδέν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον. Ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς παρανόμημα, μᾶλλον δὲ ἀσέβημα, καὶ κατέγνωσται τὸ καινοτομηθέν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς οὐδὲ τολμᾷ· κατὰ πολλὴν δὲ εἰρήνην αὐτοῖς ἠρεμεῖ τὰ δόγματα, ὑπὸ τῆς ἐν ἀλλήλοις ἀεί ποτε συμφωνίας. Ἔοικέ τε ἡ Ἐπικούρου διατριβὴ πολιτείᾳ τινὶ ἀληθεῖ, ἀστασιαστοτάτῃ, κοινὸν ἕνα νοῦν, μίαν γνώμην ἐχούσῃ. Ἀφ' ἧς ἦσαν, καί εἰσι, καὶ ὡς ἔοικεν, ἔσονται φιλακόλουθοι. Τὰ δὲ τῶν Στωϊκῶν ἐστασίασται, ἀρξάμενα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ μηδέπω τελευτῶντα καὶ νῦν. Ἐλέγχονται δὲ ἀγαπητῶς ὑπὸ δυσνοήτου ἐλέγχου [b], οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐμμεμενηκότες ἔτι, οἱ δ' ἤδη μεταθέμενοι. Εἴξασιν οὖν οἱ πρῶτοι ὀλιγαρχικωτέροις, οἳ δὴ διαστάντες ὑπῆρξαν εἰς τοὺς μετέπειτα πολλῆς μὲν τοῖς προτέροις, πολλῆς δὲ τῆς ἀλλήλοις ἐπιτιμήσεως αἴτιοι, εἰσέτι ἑτέρων ἕτεροι Στωϊκώτεροι. Καὶ

1. Speusippum Plato nepotem habuit ex sorore; successit huic Xenocrates, quem in schola regenda Polemo secutus est. Ab his Platonicæ doctrinæ ratio propagata, sui fere similis: quum hæc saltem assensionis decantata retentio et quidquid huic affine est, nondum exstaret. Iidem tamen, si cætera cogitamus, iis partim infractis, partim depravatis, primam illam successionem minime retinuerunt: sed inde statim orsi, cum initio tum deinceps, diversas in factiones abiere, sive prudentes id fecerint, sive imprudentes, sive alia qualibet causa impulsi. Abfuit tamen, opinor, omnis ambitiosa contentio. Equidem Xenocratis causa secus dicere nihil velim, sed tamen Platonis causa dicendum est. Id enim profecto doleo, quod non omnes vias persecuti sunt, ut plenam sibi atque integram in omnibus cum Platone consensionem defenderent. Et ea quidem Plato dignus erat, qui magno illo Pythagora ut melior non fuerit, non fuit tamen fortasse deterior: quem discipuli quod secuti omnes ac venerati sint, id etiam egere potissimum, ut summo apud omnes in pretio haberetur. Hoc ipsum Epicurei, perperam illi quidem, sed tamen quum intelligerent, nulla unquam in re ab Epicuro dissidere visi sunt, sed potius eadem omnino se cum sapiente suo sentire professi, jure propterea id nominis habuere. Quin etiam qui longissimo deinceps intervallo consecuti sunt Epicurei, ii nec a se mutuo, nec ab eodem Epicuro tantillum, quod quidem memoratu dignum sit, discessere. Imo sceleris apud eos, vel potius impietatis ille damnatur, qui novi quippiam invexerit. Quare nemo prorsus id audeat. Sed eorum dogmata ob constantem illam omnium inter se perpetuamque concordiam in altissima quadam et tranquillissima pace versantur. Ita hæc Epicuri secta veræ cuidam reipublicæ persimilis est, quam nulla seditione turbatam mens quædam una communis unaque sententia moderetur. Quam disciplinam tum olim fuerunt, qui colerent, tum etiam nunc sunt, tum, ut videtur, in posterum erunt. At inter Stoicos exstitere factiones, quæ ab ipsis eorum principibus paratæ ad nostram memoriam manserunt. Vix autem obscuris argumentis refutantur, alii disciplinam illam adhuc tenentes, alii jam ejus desertores facti. Et factiosorum quidem istorum principes eorum similes sunt, qui paucorum potentiæ effusius favent, suoque illo dissidio effecere, ut posteri et majores suos et sese invicem vehementer accusent, quum

μᾶλλον ὅσοι πλεῖον ἐπὶ τὸ τεχνικὸν ὤφθησαν μικρολόγοι. Αὐτοὶ γὰρ οὗτοι τοὺς ἑτέρους ὑπερβαλλόμενοι τῇ τε πολυπραγμοσύνῃ τοῖς τε σκαριφισμοῖς[c], ἐπετίμων θᾶττον. Πολὺ μέντοι τούτων πρότερον ταῦτα ἔπαθον οἱ ἀπὸ Σωκράτους, ἀφελκύσαντες διαφόρους τοὺς λόγους· ἰδίᾳ μὲν Ἀρίστιππος, ἰδίᾳ δὲ Ἀντισθένης· καὶ ἀλλαχοῦ ἰδίᾳ οἱ Μεγαρικοί τε καὶ Ἐρετρικοί, ἢ εἴ τινες ἄλλοι μετὰ τούτων. Αἴτιον δέ, ὅτι τρεῖς θεοὺς τιθεμένου Σωκράτους καὶ φιλοσοφοῦντος αὐτοῖς ἐν τοῖς προσήκουσιν ἑκάστῳ ῥυθμοῖς, οἱ διακούσαντες τοῦτο μὲν ἠγνόουν, ᾤοντο δὲ λέγειν πάντα αὐτὸν εἰκῇ, καὶ ἀπὸ τῆς νικώσης ἀεὶ[d] προστυχῶς ἄλλοτε ἄλλης τύχης, ὅπως πνέοι. Ὁ δὲ Πλάτων Πυθαγορίσας, (ᾔδει δὲ τὸν Σωκράτην μηδαμόθεν ἢ ἐκεῖθεν ταῦτα καὶ τοιαῦτα[e] εἰπεῖν τε καὶ γνόντα εἰρηκέναι,) ὧδε οὖν καὶ αὐτὸς συνεδήσατο τὰ πράγματα, οὔτε εἰωθότως, οὔτε εἰς τὸ φανερόν[1]. Διαγαγὼν δὲ ἕκαστα ὅπη ἐνόμιζεν, ἐπικρυψάμενος ἐν μέσῳ τοῦ δῆλα εἶναι καὶ μὴ δῆλα, ἀσφαλῶς μὲν ἐγράψατο, αὐτὸς δὲ αἰτίαν παρέσχε τῆς μετ' αὐτὸν στάσεώς τε ἅμα καὶ διολκῆς τῶν δογμάτων, οὐ φθόνῳ μέν, οὐδέ γε δυσνοίᾳ· ἀλλ' οὐ βούλομαι ἐπὶ ἀνδράσι πρεσβυτέροις εἰπεῖν ῥήματα οὐκ ἐναίσιμα. Τοῦτο δὲ χρὴ μαθόντας ἡμᾶς ἐπενεγκεῖν ἐκεῖσε μᾶλλον τὴν γνώμην, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς προὐθέμεθα, χωρίζειν αὐτὸν Ἀριστοτέλους καὶ Ζήνωνος, οὕτω καὶ νῦν τῆς Ἀκαδημίας, ἐὰν ὁ θεὸς ἀντιλάβηται, χωρίζοντες, ἐάσομεν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ νῦν εἶναι Πυθαγόρειον. Ὡς νῦν μανικώτερον, ἢ Πενθεῖ τινι προσῆκε, διελκόμενος πάσχει μὲν κατὰ μέλη, ὅλως δ' ἐξ ὅλου ἑαυτοῦ μετατίθεταί τε καὶ ἀντιμετατίθεται οὐδαμῶς. Ὡς οὖν ἀνὴρ μεσεύων Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους, τοῦ μὲν τὸ σεμνὸν ὑπαγαγὼν μέχρι τοῦ φιλανθρώπου· τοῦ δὲ τὸ κομψὸν τοῦτο καὶ παιγνιῆμον ἀναγαγὼν ἀπὸ τῆς εἰρωνείας εἰς ἀξίωμα καὶ ὄγκον, καὶ αὐτὸ τοῦτο κεράσας Σωκράτει Πυθαγόραν, τοῦ μὲν δημοτικώτερος, τοῦ δὲ σεμνότερος ὤφθη. Ἀλλ' οὐ γάρ τι ταῦτα διαιτήσων ἦλθον, μὴ περὶ τούτων οὔσης νῦν μοι τῆς ζητήσεως. Ἃ δὲ προὐδέδοκτο, καὶ εἶμι ἐκεῖσε, ἢ δὴ φροῦδος ἀναδραμεῖν δοκῶ μοι, μὴ καί που ἀποκρουσθῶμεν τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης. Πολέμωνος δὲ ἐγένοντο γνώριμοι Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων· πάλιν γὰρ αὐτῶν μνησθήσομαι ἐπὶ τέλει. Ζήνωνα μὲν οὖν μέμνημαι εἰπὼν Ξενοκράτει, εἶτα δὲ Πολέμωνι φοιτῆσαι, αὖθις δὲ παρὰ Κράτητι κυνίσαι. Νυνὶ δὲ αὐτῷ λελογίσθω, ὅτι καὶ Στίλπωνός τε μετέσχε καὶ τῶν λόγων τῶν Ἡρακλειτείων. Ἐπεὶ γὰρ συμφοιτῶντες παρὰ Πολέμωνι ἐφιλοτιμήθησαν ἀλλήλοις, συμπαρέλαβον εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην, ὁ μὲν Ἡράκλειτον καὶ Στίλπωνα, ἅμα καὶ Κράτητα, ὧν ὑπὸ μὲν Στίλπωνος ἐγένετο μαχητής, ὑπὸ δὲ Ἡρακλείτου αὐστηρός, Κυνικὸς δὲ ὑπὸ Κράτητος· ὁ δ' Ἀρκεσίλαος Θεόφραστον ἴσχει καὶ Κράντορα τὸν

---

5. Philo igitur hic principio quum modo scholæ præfecturam accepisset, lætitia vehementiore affectus ac referendæ gratiæ cupidus, Clitomachi decreta tum colere, tum magis magisque illustrare et amplificare, Stoicos autem *radiante lacessere ferro*. At temporis progressu quum quotidiana consuetudine illa Academicorum assensionis retentio paulatim evanesceret, nihil jam pristino suo more sentiebat, sed ipsum in contrariam omnino partem casuum malorumque evidentia et confessio convertebat. Sed quoniam pleraque certo jam planeque percipiebat, exsistere tantum videlicet a quibus convinceretur, summopere cupiebat, ne terga ultro vertisse fugisseque videretur. Hujus porro Philonis auditor fuit Antiochus, novæ postea Academiæ conditor: qui postquam Mnesarcho Stoico operam dedit, a Philone magistro dissensit et aliena atque inusitata sexcenta Academiæ attribuit. Hæc aliaque id genus innumera de Platonis successione traduntur. Nunc igitur altius oratione repetita, physicorum istorum partim falsas opiniones, partim contrarias sententias excutere vacat: quumque tantum ipsi terrarum obierint, tanto arserint veri reperiendi studio, tanta in cognoscendis veterum omnium opinionibus assiduitate versati sint, denique pristina omnium vel Phœnicum vel Ægyptiorum vel ipsorum Græcorum theologiæ mysteria tam acute indagarint, æquum est, nos ex illis audire, quem tandem laborum suorum fructum consecuti sint.

κάτω περιτρέχειν, πλανᾶσθαι τε καὶ τὰ βαρβάρων ὑποσυλᾷν, οἴκοι δέον μένοντας παρὰ θεῶν ἐκμανθάνειν, εἰ δή τινες ἦσαν θεοί, ἢ παρὰ τῶν θεολόγων ἀνδρῶν, τοὺς ἀληθεῖς καὶ ἀδιαπτώτους περὶ τῶν ἐπιζητουμένων ἐν φιλοσοφίᾳ λόγους, περὶ ὧν μυρία ὅσα μοχθήσαντες διηνέχθησαν, μακρῷ τῆς τἀληθοῦς εὑρέσεως ἀφυστερήσαντες; Τί δὲ καὶ περὶ θεῶν νεώτερα χρῆν ἐπιζητεῖν τολμᾷν, ἢ στασιάζειν καὶ διαπυκτεύειν ἀλλήλοις, εἰ δὴ ἀσφαλὴς καὶ βεβαία θεῶν εὕρεσις, καὶ γνῶσις εὐσεβείας ἀληθὴς ἐν τελεταῖς καὶ μυστηρίοις, τῇ τε ἄλλῃ τῶν παλαιτάτων περιείχετο θεολογίᾳ, αὐτὴν ἐκείνην παρὸν ἀκίνητον καὶ ὁμολογουμένην συμφώνως περιέπειν; Ἀλλὰ γάρ, εἰ φανεῖεν οὗτοι μηδὲν ἀληθὲς περὶ θεοῦ παρὰ τῶν προτέρων μεμαθηκότες, οἰκείαις δ' ἐπινοίαις τῇ περὶ φύσεως ἐπιβεβληκότες ἐξετάσει, καὶ στοχασμοῖς μᾶλλον ἢ καταλήψει κεχρημένοι· τί χρὴ λοιπὸν μὴ οὐχὶ συνομολογεῖν, τὴν παλαιὰν τῶν ἐθνῶν θεολογίαν μηδὲν πλέον τῆς ἀποδοθείσης ἐν τοῖς πρὸ τούτου συγγράμμασιν ἱστορίας ἐπέχειν; Ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀνθρωπίνων στοχασμῶν, καὶ πολλῆς λογομαχίας, καὶ πλάνης, ἀλλ' οὐκ ἔκ τινος ἀκριβοῦς καταλήψεως, ἡ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὑπέστη φιλοσοφία, ἐκ τῆς πρὸς Νεκτανεβὼ τὸν Αἰγύπτιον ἐπιστολῆς τοῦ Πορφυρίου μάθοις ἄν, αὐτὸ δὴ τοῦτο ἀκούσας ὁμολογοῦντος ἐν τούτοις.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV cap. 9 περὶ Φίλωνος τοῦ διαδεξαμένου Κλειτόμαχον, τὸν διαδεξάμενον Καρνεάδην. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Numenii verbis sua subjungit Eusebius, quæ servanda putavi.)

6. Ἀλλὰ τί δή ἐστι τὸ ὄν; ἆρα ταυτὶ τὰ στοιχεῖα τὰ τέτταρα, ἡ γῆ καὶ τὸ πῦρ, καὶ αἱ ἄλλαι δύο μεταξὺ φύσεις; ἆρα οὖν δὴ τὰ ὄντα ταῦτά ἐστιν, ἤτοι ξυλλήβδην, ἢ καθ' ἕν γέ τι αὐτῶν; καὶ πῶς, ἅ γέ ἐστι καὶ γεννητὰ καὶ παλινάγρετα, εἴ γέ ἐστιν ὁρᾷν αὐτὰ ἐξ ἀλλήλων γινόμενα καὶ ἀπαλλασσόμενα, καὶ μήτε στοιχεῖα ὑπάρχοντα, μήτε συλλαβάς; Σῶμα μὲν τουτὶ [a] οὕτως οὐκ ἂν εἴη τὸ ὄν. Ἀλλ' ἄρα ταυτὶ μὲν οὔ, ἡ δ' ὕλη δύναται εἶναι ὄν· ἀλλὰ καὶ ταύτην παντὸς μᾶλλον ἀδύνατον, ἀῤῥωστίᾳ τοῦ μένειν. Ποταμὸς γὰρ ἡ ὕλη ῥοώδης καὶ ὀξύῤῥοπος, βάθος καὶ πλάτος καὶ μῆκος ἀόριστος καὶ ἀνήνυτος. Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· ὥστε καλῶς ὁ λόγος εἴρηκε, φάς, εἰ ἔστιν ἄπειρος ἡ ὕλη, ἀόριστον εἶναι αὐτήν· εἰ δὲ ἀόριστος, ἄλογον· εἰ δὲ ἄλογος, ἄγνωστον. Ἄγνωστον δέ γε οὖσαν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι ἄτακτον· ὡς, τεταγμένα γνωσθῆναι πάνυ δήπουθεν ἂν εἴη ῥᾴδιον· τὸ δὲ ἄτακτον οὐχ ἕστηκεν· ὅ, τι δὲ μὴ ἕστηκεν [b], οὐκ ἂν εἴη ὄν. Τοῦτο δὲ ἦν ὅπερ ἡμῖν αὐτοῖς ὡμολογησάμεθα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ταυτὶ πάντα συνενεχθῆναι τῷ ὄντι ἀθέμιστον

ut intelligamus, ecquid divina illa natura dignum ab antiquioribus acceperint. Enimvero ab ultima jam usque memoria superstitiosus ille apud gentes plurium deorum cultus vigebat, templaque passim et sacra numinum mysteria tam in urbibus quam in regionibus omnibus antiquo more servabantur. Quamobrem ne humana quidem tum opus erat philosophia, siquidem divina sapientia locum occuparat: nec sapientes illos quidquam novare necesse fuit, si bonis majorum et institutis et legibus respublica temperata esset. Immo nec præclaris philosophis tot factiones comparandæ ac dissensiones commovendæ erant, si patria de diis opinio secum ipsa consentiens et vera judicaretur. Nam quid attinuit, mutua quodammodo gerere bella pugnasque edere, aut tam longa sursum deorsum itinera conficere, vagarique passim et suas barbaris opes suppilare, quum domi potius manentes vel a diis, si qui forte dii essent, vel a theologis veras certasque eorum, quæ in philosophia requiruntur, rationes discere debuissent; de quibus ipsi exantlatis infinitis laboribus inter se dissentientes, a veri investigatione multum aberrarunt? Quid porro necesse illis fuit, nova quædam de diis comminisci audere, aut inter se certare et digladiari, si modo certa et firma de diis existimatio, veraque religionis cognitio priscorum hominum cærimoniis ac mysteriis cæterisque avitæ theologiæ rationibus continebatur, quum illa ipsa communi posterorum consensu et professione integra relinqui posset? Sin autem apparet, recentiores istos nihil veri de deo ab antiquioribus illis didicisse, ac suo quemque ingenio ita in naturæ investigationem incubuisse, ut conjecturis potius quam ulla comprehensione niterentur: cur non de reliquo ingenue nobis confitendum sit, nihil omnino præter scientiam superioribus libris explicatam antiqua gentium theologia contineri? Ortam igitur esse Græcorum philosophiam non ex accurata quadam comprehensione, sed ex mentis humanæ conjecturis multisque verborum concertationibus et erroribus, facile vel e Porphyrii ad Nectenabonem Ægyptium epistola intelligas, in qua id ipsum totidem verbis audies confitentem.

6. Sed quid tandem est illud ens? Num hæc elementa quatuor, terra, ignis, mediæque duæ inter utrumque naturæ? Suntne ergo vere hæc simul universa, an seorsum ac per se singula? Qui tandem alterutrum dici possit, quum et genita illa sint et mutabilia, siquidem ea videmus cum fieri ex se invicem, tum ita prorsus interire, ut nec elementa maneant, nec elementorum ulla complexio? Itaque corpus hoc quod vere sit, in elementis reperiri non potest. Esto: elementis hoc non convenit; at materia ens esse potest. Atqui ab eo omnium longissime abest materia, quia infirmior illa est, quam quæ constanter permanere queat. Est enim flumen rapidum et concitatum, infinita et immensa qua altitudine, qua latitudine, qua longitudine. Tum paucis quibusdam interjectis: quamobrem, inquit, præclare dictum illud est, materiam, si sit interminata, esse infinitam; si vero

εἶναι.. Δοξάτω μάλιστα μὲν πᾶσιν, εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἐμοί. Οὐκοῦν φημι τὴν ὕλην οὔτε αὐτήν, οὔτε τὰ σώματα εἶναι ὄν. Τί οὖν δή; Εἰ ἔχομεν παρὰ ταῦτα ἄλλο τι ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ὅλων; ναί· τοῦτο οὐδὲν εἰπεῖν ποικίλον, εἰ τόδε πρῶτον μὲν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἅμα πειραθείημεν διαλεγόμενοι. Ἐπεὶ δὲ τὰ σώματά ἐστι φύσει τεθνηκότα, καὶ νεκρά, καὶ πεφορημένα, καὶ οὐδ' ἐν ταὐτῷ μένοντα, ἆρ' οὐχὶ τοῦ καθέξοντος αὐτοῖς δεῖ; Παντὸς μᾶλλον. Εἰ μὴ τύχοι δὲ τούτου, ἆρα μείναιεν ἄν; Παντὸς ἧττον. Τί οὖν ἐστι τὸ κατασχῆσον; Εἰ μὲν δὴ καὶ τοῦτο εἴη σῶμα, Διὸς σωτῆρος δοκεῖ ἂν ἐμοὶ δεηθῆναι αὐτὸ παραλυόμενον καὶ σκιδνάμενον. Εἰ μέντοι χρὴ αὐτὸ ἀπηλλάχθαι τῆς τῶν σωμάτων πάθης, ἵνα κἀκείνοις κεχυμένοις τὴν φθορὰν ἀμύνειν δύνηται καὶ κατέχῃ, ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ ἄλλο τι εἶναι, ἢ μόνον γε τὸ ἀσώματον· αὕτη γὰρ δὴ φύσεων πασῶν μόνη ἕστηκε, καὶ ἔστιν ἀραρυῖα, καὶ οὐδὲν σωματική. Οὔτε γοῦν γίνεται, οὔτε αὔξεται, οὔτε κίνησιν κινεῖται ἄλλην οὐδεμίαν, καὶ διὰ ταῦτα καλῶς δίκαιον ἐφάνη πρεσβεῦσαι τὸ ἀσώματον.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XV cap. 17 ὅτι οὐκ ἂν εἴη σῶμα τὸ ὂν κατὰ τοὺς Στωϊκούς. ἀπὸ τοῦ πρώτου περὶ τἀγαθοῦ Νουμηνίου. Scripsi [a] : τουτὶ] codd. ταυτὶ. — [b] ἕστηκεν] membranæ ἕστηκε. —

7. Καὶ τὸν [illegible] δὲ τοῦ Πυθαγορικοῦ φιλοσόφου, τοῦ Νουμηνίου λέγω, ἀπὸ τοῦ πρώτου περὶ τἀγαθοῦ τάδε παραθήσομαι. Εἰς δὲ τοῦτο δεήσει εἰσιόντα [a], καὶ σημηνάμενον ταῖς μαρτυρίαις τοῦ Πλάτωνος, ἀναχωρῆσαί τε καὶ ξυνδῆσαι [b] τοῖς λόγοις τοῦ Πυθαγόρου· ἐπικαλέσασθαι δὲ τὰ ἔθνη τὰ εὐδοκιμοῦντα, προσφερόμενον αὐτῶν τὰς τελετάς, καὶ τὰ δόγματα, τάς τε ἱδρύσεις συντελουμένας Πλάτωνι ὁμολογουμένως, ὁπόσας Βραχμᾶνες καὶ Ἰουδαῖοι καὶ μάγοι καὶ Αἰγύπτιοι διέθεντο. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶνδε.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. IX cap. 7 Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ φιλοσόφου περὶ Ἰουδαίων ἀπὸ τοῦ α' τῶν περὶ τἀγαθοῦ. Scripsi [a] : εἰσιόντα] codd. εἰπόντα. — [b] ἀναχωρῆσαί τε καὶ ξυνδῆσαι] codd. ἀναχωρήσασθαι καὶ ξυνδήσασθαι.

8. Καὶ ἐν τῇ τρίτῃ δὲ βίβλῳ Μωσέως ὁ αὐτὸς τάδε λέγων μνημονεύει. Τὰ δ' ἑξῆς Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγευταὶ [a] κριθέντες εἶναι, ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ [b] γοῦν τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν, τῶν τε συμφορῶν ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ, τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί. Διὰ δὴ

---

infinita, eam rationis expertem esse; si denique rationis expers, eam cognosci non posse. Quodsi cognosci non potest, confusam illam ac perturbatam esse necesse est, quum ordinata omnia sint ad cognoscendum utique longe facillima; quod vero perturbatum est, id constare profecto non potest; quod autem non constet, id sane non fuerit ens. Atque id quidem est, quod jam inter nos in superioribus convenit, hæc omnia non posse cum entis ratione congruere. Hoc maxime quidem omnibus placere velim; sin minus, placeat certe mihi. Ergo materiam tam ipsam quam corpora ens esse nego. De his ergo quid dicimus? Num aliud præter ista nobis in omni rerum natura superest? Superest vero: neque id explicare difficile fuerit, si modo primum illud in nobis ipsis dispicere conemur. Et quoniam corpora per sese vita et sensu carent, atque huc illuc jactantur, nec eodem semper loco manent, nonne aliquo indigent, cujus vi contineantur? Omnium maxime. Id vero si nancisci non potuerint, num manebunt illa per se? Minime vero. Quid igitur illud erit, quod ipsa contineat? Enimvero si corpus id etiam fuerit, equidem, quum naturæ convenienter dissolvatur ac dissipetur, Jove servatore opus ei futurum existimo. Quodsi illud segregatum ab omni concretione mortali esse oporteat, ut corpora jam concepta vindicare ab interitu et continere possit: mihi sane præter id unum, quod corporis expers sit, ejusmodi esse nihil videtur: quippe ex omnibus naturis una hæc est, quæ tum constet, tum firma et immutabilis sit, nec quidquam corporeum habeat. Neque enim generatur illa, nec crescit, neque alio ullo motu cietur; ideoque merito æquum mihi esse visum est, naturam corpore vacantem honore affici.

7. Libet autem ex primo ipsius Numenii, Pythagorici, de bono hunc præterea locum afferre. Qui hanc, inquit, disputationem ingressus, Platonis eam testimoniis obsignarit, illum ad superiora sæcula redire eamque cum ipsius Pythagoræ verbis copulare oportebit. Gentes ei præterea nobilissimæ appellandæ erunt, earumque cærimoniæ, instituta, sacrificia, quæ cum Platonicis omnino consentiunt, proferenda, quotquot a Brachmanis, Judæis, magis, Ægyptiis sancita sunt. Hæc igitur ille de hisce tradit.

8. Idem rursus libro tertio de Mose mentionem his verbis facit. Sequenti tempore, inquit, Iannes et Iambres Ægyptii rerum sacrarum scriptores, quum Ægypti finibus expellerentur Judæi, clari erant, viri omnium judicio magicæ artis scientia nemini cedentes. Quippe ambo communi Ægyptiorum consensu delecti sunt, qui Musæo duci Judæorum, cujus apud deum potentissimæ preces erant, sese opponerent, adeoque atrocissimas quasque calamitates per Musæum Ægypto illatas coram omnibus dissolvere ac detrahere potuerunt. Quibus sane verbis Numenius tum factorum a Mose miraculorum, tum divini erga ipsum amoris testimonium composuit.

τούτων δ Νουμήνιος καὶ τοῖς ὑπὸ Μωσέως ἐπιτελεσθεῖσι παραδόξοις θαύμασι, καὶ αὐτῷ δὲ.ὡς θεοφιλεῖ γενομένῳ μαρτυρεῖ.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. IX cap. 8 τοῦ αὐτοῦ περὶ Μωσέως ὁμοῦ καὶ περὶ Ἰουδαίων, ἀπὸ τοῦ γ′ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. Scripsi [a] μαγευτοὶ] codd. μαγεῦσαι [b] — Μουσαίῳ] bis cum codd. Nam qui ab Eusebio et aliis scriptoribus græcis Μωσεύς vel Μωσῆς sive Μωϋσῆς vocatur, eum a Numenio Μουσαῖον appellari apparet. Itaque nihil hic mutandum est.)

9. Φέρε οὖν ὅση δύναμις, ἐγγύτατα πρὸς τὸ ὂν ἀναγώμεθα, καὶ λέγωμεν· τὸ ὂν οὔτε ποτὲ ἦν, οὔτε ποτὲ μὴ γένηται [a], ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ ἐν χρόνῳ ὡρισμένῳ, τῷ ἐνεστῶτι μόνῳ. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν ἐνεστῶτα εἴ τις ἐθέλει καλεῖν αἰῶνα, κἀγὼ συμβουλεύω [b]. Τὸν δὲ παρελθόντα χρόνον οἴεσθαι χρὴ ἡμᾶς διαπεφευγότα, ἤδη διαπεφευγέναι, ἀποδεδρακέναι τε εἰς τὸ εἶναι μηκέτι· ὅ τε αὖ μέλλων ἔστι μὲν οὐδέπω, ἐπαγγέλλεται δὲ οἷός τε ἔσεσθαι ἥξειν εἰς τὸ εἶναι. Οὔκουν [c] εἰκός ἐστιν ἑνί γε τρόπῳ νομίζειν τὸ ὂν ἤτοι μὴ εἶναι, ἢ μηκέτι, ἢ μηδέπω. Ὥστε τούτου γε οὕτως λεγομένου ἓν γίνεταί τι ἐν τῷ λόγῳ μέγα ἀδύνατον, εἶναί τε ὁμοῦ ταὐτόν, καὶ μὴ εἶναι. Εἰ δὲ οὕτως ἔχει, σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τι εἶναι δύναιτο, τοῦ ὄντος αὐτοῦ μὴ ὄντος κατὰ αὐτὸ τὸ ὄν. Τὸ γὰρ ὂν ἀΐδιόν τε βέβαιόν τέ ἐστιν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὸν καὶ ταὐτόν, καὶ οὐδὲ γέγονε μέν, ἐφθάρη δέ, οὐδ' ἐμεγεθύνατο μέν, ἐμειώθη δέ· οὐδὲ μὴ ἐγένετό πω πλεῖον, ἢ ἔλασσον. Καὶ μὲν δὴ τά τε ἄλλα καὶ οὐδὲ τοπικῶς κινηθήσεται. Οὐδὲ γὰρ θέμις αὐτῷ κινηθῆναι, οὐδὲ μὲν ὀπίσω, οὐδὲ πρόσω· οὔτε ἄνω ποτέ, οὔτε κάτω· οὐδ' εἰς δεξιά, οὐδ' εἰς ἀριστερὰ μετατεθήσεταί ποτε τὸ ὄν· οὐδὲ [d] περὶ τὸ μέσον ποτὲ ἑαυτοῦ κινηθήσεται· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐστήξεται, καὶ ἀραρός τε καὶ ἑστηκὸς ἔσται κατὰ ταὐτὰ ἔχον ἀεὶ καὶ ὡσαύτως. Καὶ ἑξῆς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· τοσαῦτα μὲν οὖν μοι πρὸ ὁδοῦ. Αὐτὸς δ' οὐκέτι σχηματισθήσομαι, οὐδ' ἀγνοεῖν φήσω τὸ ὄνομα τοῦ ἀσωμάτου. Καὶ γὰρ κινδυνεύει νῦν ἤδη ἥδιον εἶναι εἰπεῖν μᾶλλον, ἢ μὴ εἰπεῖν. Καὶ δῆτα λέγω τὸ ὄνομα αὐτῷ εἶναι τοῦτο τὸ πάλαι ζητούμενον. Ἀλλὰ μὴ γελασάτω τις, ἐὰν φῶ, τοῦ ἀσωμάτου εἶναι ὄνομα, οὐσίαν καὶ ὄν. Ἡ δὲ αἰτία τοῦ [ὄντος] [e] ὀνόματός ἐστι, τὸ μὴ γεγονέναι, μηδὲ φθαρήσεσθαι, μηδ' ἄλλην μήτε κίνησιν μηδεμίαν ἐνδέχεσθαι, μήτε [f] μεταβολὴν κρείττω ἢ φαύλην· εἶναι δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἐν ἰδέᾳ τῇ αὐτῇ, καὶ μήτε ἐθελούσιον ἐξίστασθαι τῆς ταὐτότητος, μήθ' ὑφ' ἑτέρου προσαναγκάζεσθαι. Ἔφη δὲ καὶ ὁ Πλάτων ἐν Κρατύλῳ, τὰ ὀνόματα ὁμοιώσει τῶν πραγμάτων εἶναι αὐτὰ ἐπίθετα. Ἔστω οὖν καὶ δεδόσθω εἶναι τὸ ὂν τὸ ἀσώματον. Εἶθ' ὑποκαταβὰς ἐπιλέγει· τὸ ὂν εἶπον ἀσώματον, τοῦτο δὲ εἶναι τὸ νοητόν. Τὰ μὲν οὖν λεχθέντα, ὅσα μνημονεύειν ἔστι μοι, τοιαῦτα γοῦν ἦν. Τὸν δ' ἐπιζητοῦντα τὸν λόγον [g] ἐθέλω παραμυθήσασθαι, τοσόνδε ὑπειπών, ὅτι ταῦτα τοῖς δόγμασι τοῦ Πλάτωνος, εἰ μὴ συμβαίνει, ἀλλ' ἑτέρου γ' ἐχρῆν οἴεσθαί τινος ἀνδρὸς μεγάλου, μέγα δυναμένου, οἷου Πυθαγόρου. Λέγει γοῦν Πλάτων· φέρ' ἀναμνησθῶ πῶς λέγει· Τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον; καὶ τί τὸ γινόμενον μέν, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτόν, τὸ δ' αὖ δόξῃ μετὰ αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστόν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Ἤρετο γάρ, τί ἐστι

---

9. Age vero, ad illud quod est, quantum licet aspiremus: omninoque affirmemus, quod est, id neque fuisse unquam, neque unquam futurum esse, at stato duntaxat præsentique tempore semper esse. Quod sane tempus hoc modo præsens si quis æternitatem dicere velit, me quidem auctore id faciat. At vero tempus præteritum ejusmodi nos existimare convenit, quod jam transvectum sit atque ita abierit, ut penitus esse desierit: futurum autem, quod nondum sit, tametsi hanc speciem et vim habeat, ut aliquando fore videatur. Ergo quod est, id uno eodemque modo vel non esse, vel non amplius, vel nondum esse, haudquaquam credi par est. Quamobrem, si quis hoc dicat, is rem, quæ nunquam fieri possit, contendat, idem esse simul et non esse. Quippe hoc posito atque concesso, vix aliud quid esse poterit, si id ipsum quod est, etiam qua tale est, non erit. Namque ens sempiternum ac stabile est, quum eodem semper loco idemque sit, neque aut ita fuit, ut deinde interierit, aut modo crevit, modo decrevit, aut nondum majus vel minus evasit. Enimvero neque alia ulla ratione nec loco unquam movebitur. Neque enim fas est illud ens retrorsum aut porro, sursum aut deorsum, dextrorsum aut sinistrorsum moveri unquam vel transferri: ac ne circa mediam quidem sui partem unquam movebitur: sed hærebit potius et immotum atque inconcussum per se semper eademque ratione constabit. Idem autem deinceps interjectis nonnullis ita scribit: atque hæc legentium in usum mihi dicenda putavi. Jam vero deposita omni simulatione, nosse me incorporei nomen ingenue confitebor; quum id nunc quidem pronuntiare suavius futurum videatur, quam silere. Et sane illud ipsum, de quo jam dudum quæritur, ei nomen esse contendo. Sed ne rideat quisquam, si incorporei nomen essentiam et ens esse dixero. Nempe nominis hujus ea est causa, quod ens neque ortum habuit, neque interibit, neque aliud prorsus ullum motus aut mutationis sive melioris sive deterioris genus admittit, sed simplex et immutabile est, et uniforme, quum a formæ suæ unitate neque sua sponte, nec aliena vi ac necessitate discedat. Quin etiam Plato in Cratylo nomina rebus a quadam earum similitudine imposita esse docuit. Esto, concedatur incorporeum esse id quod est. Quibus ver-

τὸ ὄν, φὰς αὐτὸ ἀγένητον ἀναμφιλέκτως. Γένεσιν γὰρ οὐκ ἔφη εἶναι τῷ ὄντι· ἐτρέπετο γὰρ ἄν· τρεπόμενον δὲ οὐκ ἦν αἴδιον. Εἶτα ὑποβάς φησιν· εἰ μὲν δὴ τὸ ὂν πάντως πάντη αἴδιόν τέ ἐστι καὶ ἄτρεπτον, καὶ οὐδαμῶς οὐδαμῇ ἐξιστάμενον ἐξ ἑαυτοῦ, μένει δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἕστηκε, τοῦτο δήπου ἂν εἴη τὸ τῇ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτόν. Εἰ δὲ τὸ σῶμα ῥεῖ καὶ φέρεται ὑπὸ τῆς εὐθὺς μεταβολῆς, ἀποδιδράσκει καὶ οὐκ ἔστιν. Ὅθεν οὐ πολλὴ μανία μὴ οὐ τοῦτο εἶναι ὁριστόν [h], δόξῃ δὲ μόνῃ δοξαστόν, καὶ ὥς φησι Πλάτων, γινόμενον [i] καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Ταῦτα μὲν ὁ Νουμήνιος, ὁμοῦ τὰ Πλάτωνος, καὶ πολὺ πρότερον τὰ Μωσέως ἐπὶ τὸ σαφὲς διερμηνεύων. Εἰκότως δῆτα εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ λόγιον περιφέρεται, δι' οὗ φάναι μνημονεύεται, τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων;

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XI cap 10 ἀπὸ τοῦ β' περὶ τἀγαθοῦ, Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου. Præcedit caput de ente ex Mosis Platonisque præceptis compositum, quod Eusebius sic claudit : καὶ ἵνα γε μή τις ἡμᾶς παρερμηνεύειν ἡγήσηται τὰς τοῦ φιλοσόφου φωνάς, ὑπομνήμασι χρήσομαι, τῶνδε τῶν λόγων τὴν διάνοιαν ἐκφαίνουσι. Πλείους μὲν οὖν εἰς τὴν τούτων ἐπιβεβλήκασι θεωρίαν· ἐμοὶ δ' ἐξαρκεῖ τὰ νῦν, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου παραθέσθαι λέξεις, ἃς ἐν τῷ περὶ τἀγαθοῦ δευτέρῳ συγγράμματι ὧδέ πη διέξεισιν. Scripsi : [a] οὔτε ποτὲ μὴ γένηται] cum codd; de hac structura vide Bernhardi Syntax. p. 394 seq. — [b] συμβουλεύω] cum codd. plerisque; alii habent συμβούλομαι. — [c] ουκουν] e Vigeri conjectura; membranæ οὐκοῦν. — [d] οὐδὲ] codd. οὔτε. — [e] ὄντος] quod salva sententia omitti potest, uncis inclusi. — [f] μήτε] codd. μηδὲ. — [g] ἐπιζητοῦντα τὸν λόγον] cum Vigero; codd. ἐπιζητοῦντα λόγον. — [h] ὁριστόν] e Vigeri conjectura; libri ἀόριστον. [i] ὥς φησι Πλάτων, γινόμενον] libri; ὥς φησι Πλάτων, καὶ γινόμενον conjecit Vigerus.)

10. Τὸν μέλλοντα δὲ συνήσειν θεοῦ πέρι πρώτου καὶ δευτέρου χρὴ πρότερον διελέσθαι ἕκαστα ἐν τάξει καὶ ἐν εὐθημοσύνῃ τινί· κἄπειτα ἐπὰν [a] δοκῇ ἤδη εὖ ἔχειν, τότε καὶ δεῖ ἐπιχειρεῖν εἰπεῖν κοσμίως, ἄλλως δὲ μή. Ἢ τῷ πρωϊαίτερον [b] πρὶν τὰ πρῶτα γενέσθαι ἁπτομένῳ σποδὸς ὁ θησαυρὸς γίνεσθαι λέγεται. Μὴ δὴ πάθωμεν ἡμεῖς ταὐτόν· θεὸν δὲ προσκαλεσάμενοι [c], ἑαυτοῦ γνώμονα γενόμενον τῷ λόγῳ, δεῖξαι θησαυρὸν φροντίδων, ἀρχώμεθα [d] οὕτως. Εὐκτέον μὲν ἤδη, [e] διελέσθαι δὲ δεῖ. Ὁ θεὸς ὁ μὲν πρῶτος ἐν ἑαυτῷ ὤν ἐστιν ἁπλοῦς, διὰ τὸ ἑαυτῷ συγγινόμενος δι' ὅλου, μήποτε εἶναι διαιρετός. Ὁ θεὸς μέντοι ὁ δεύτερος καὶ τρίτος ἐστὶν [f] εἷς· συμφερόμενος δὲ τῇ ὕλῃ δυάδι οὔσῃ, ἑνοῖ μὲν αὐτήν, σχίζεται δὲ ὑπ' αὐτῆς, ἐπιθυμητικὸν εἶδος ἐχούσης καὶ ῥεούσης. Τῷ οὖν μὴ εἶναι πρὸς τῷ νοητῷ, ἦν γὰρ ἂν πρὸς ἑαυτῷ, διὰ τὸ τὴν ὕλην βλέπειν, ταύτης ἐπιμελούμενος, ἀπερίοπτος ἑαυτοῦ γίγνεται. Καὶ ἅπτεται τοῦ αἰσθητοῦ καὶ περιέπει, ἀνάγει τε ἔτι εἰς τὸ ἴδιον ἦθος, ἀπορεγόμενος [g] τῆς ὕλης. Καὶ μεθ' ἕτερά φησι· καὶ γὰρ οὔτι [h] δημιουργεῖν ἐστι χρεὼν τὸν πρῶτον, καὶ τοῦ δημιουργοῦντος δὲ θεοῦ χρὴ νομίζειν [i] πατέρα, τὸν πρῶτον θεόν. Εἰ μὲν οὖν

---

bis paulo post hæc subjungit : ens incorporeum dixerunt, utpote sub intelligentiam cadens. Atque hæc sunt, quæ tum disputata esse memini. Si quis autem Platonis orationem requirat, hujus animum permulcebo, ubi hoc tantum monuero, quæ loco illo disputantur, ea si minus in Platonis dogmata conveniant, alteri certe cuipiam, sed viro magno et sapientiæ professione claro assignanda esse, qualem Pythagoram fuisse dixeris. Sic igitur Plato : age nunc, ejus verba memoriter citemus . quid illud est, inquit, quod semper est, nec tamen ortum habet ullum? Quid illud contra, quod oritur, sed nunquam est? Alterum illud quidem intelligentia cum ratione percipi potest; alterum hoc, quod oritur simul et occidit, neque unquam vere est, ea duntaxat, quam sensus ratione vacans efficit, opinione nititur. Quærit Plato, quid illud sit, quod est, ejus sine controversia nullam esse originem statuens. Namque ens originem ab alio habere negat : mutaretur enim alioqui; si autem mutaretur, sempiternum non esset. Inde paululum progressus hæc addit : si quod est, id omnino sempiternum et immutabile est, neque unquam ullo modo a sua natura degenerat, sed uno eodemque loco et statu semper permanet, hoc unum profecto sit oportet, quod intelligentia cum ratione percipiatur. Contra vero, si corpus fluit, et repentina quadam mutatione abripitur, evanescit illud neque est. Quare non valde desipiat is, qui corpus definiri non posse dixerit, sed ejusmodi esse, quod sola, ut ait Plato, opinione nitatur, dum oritur simul et occidit, neque unquam vere est. Hæc Numenius, quibus simul Platonis, simul Mosis, viri longe antiquioris, doctrinam perspicue exponit. Itaque merito sane dictum ejus hanc in rem celebre circumfertur, quid enim aliud Plato est, quam Moses attice loquens?

10. Quisquis Dei tum primi tum secundi cognitionem consequi vult, eum singula prius suo quæque loco et ordine eleganter apteque dicere; tum ubi sua cuique sedes ratioque constiterit, operam dare oportebit, ut decenter de illis disputet, secus vero minime. Alioqui si quis nondum factis quæ prius facienda sunt justo citius opus aggressus fuerit : suus ei thesaurus, ut ajunt, cinis futurus est. Cavendum igitur, ne idem nobis eveniat, et proinde deum obtestati, ut nobis disputaturis suæ naturæ monstrator esse velit, et cogitationum thesaurum recludere, ita demum ordiamur. Jam vero primum vota facienda sunt, deinde ad rei tractationem accedendum. Primus ille deus, quum in se ipso sit, omnino

περὶ τοῦ δημιουργοῦ ζητοῖμεν, φάσκοντες δεῖν τὸν πρότερον ὑπάρξαντα, οὕτως ἂν ποιεῖν ἔχειν διαφερόντως, οἰκεία ἡ πρόσοδος αὕτη γεγονυῖα ἂν εἴη τοῦ λόγου. Εἰ δὲ περὶ τοῦ δημιουργοῦ μή ἐστιν ὁ λόγος, ζητοῦμεν δὲ περὶ τοῦ πρώτου, ἀφοσιοῦμαί τε τὰ λεχθέντα, καὶ ἔστω μὲν ἐκεῖνα ἄῤῥητα, μέτειμι δὲ ἑλεῖν τὸν λόγον, ἑτέρωθεν θηράσας. Πρὸ μέντοι τοῦ λόγου τῆς ἁλώσεως διομολογησώμεθα ἡμῖν αὐτοῖς, ὁμολογίαν οὐκ ἀμφισβητήσιμον ἀκοῦσαι, τὸν μὲν πρῶτον θεὸν ἀργὸν εἶναι ἔργων ξυμπάντων καὶ βασιλέα, τὸν δημιουργικὸν δὲ θεὸν ἡγεμονεῖν, δι' οὐρανοῦ ἰόντα. Διὰ δὲ τούτου καὶ ὁ στόλος ἡμῖν ἐστι, κάτω τοῦ νοῦ πεμπομένου ἐν διεξόδῳ, πᾶσι τοῖς κοινωνῆσαι συντεταγμένοις. Βλέποντος μὲν οὖν καὶ ἐπεστραμμένου πρὸς ἡμῶν ἕκαστον τοῦ θεοῦ, συμβαίνει ζῆν τε καὶ βιώσκεσθαι τότε τὰ σώματα, κηδευόμενα [k] τοῦ θεοῦ τοῖς ἀκροβολισμοῖς· μεταστρέφοντος δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιωπὴν τοῦ θεοῦ, ταῦτα μὲν ἀποσβέννυσθαι, τὸν δὲ νοῦν ζῆν, βίου ἐπαυρόμενον εὐδαίμονος. Ταῦτα ὁ Νουμήνιος. Σὺ δέ γε παράθες αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῆς τοῦ Δαβὶδ προφητείας πάλαι παρ' Ἑβραίοις τοῦτον ᾀδόμενα τὸν τρόπον· ὡς [l] ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου· πάντα πρὸς σὲ [m] προσδοκῶσι, δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς εἰς εὔκαιρον. Δόντος σοῦ αὐτοῖς συλλέξουσιν· ἀνοίξαντος δὲ σοῦ τὴν χεῖρα, τὰ πάντα πληρωθήσεται χρηστότητος. Ἀποστρέψαντος δὲ σοῦ τὸ πρόσωπον, ταραχθήσονται. Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Τί γὰρ ταῦτα διαφέροι ἂν τῆς φασκούσης τοῦ φιλοσόφου διανοίας, ὡς ἄρα βλέποντος μὲν καὶ ἐπεστραμμένου πρὸς ἡμῶν ἕκαστον τοῦ θεοῦ, συμβαίνει ζῆν τε καὶ βιώσκεσθαι τότε τὰ σώματα κηδευόμενα [n] τοῦ θεοῦ τοῖς ἀκροβολισμοῖς· μεταστρέφοντος δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιωπὴν τοῦ θεοῦ, ταῦτα ἀποσβέννυσθαι; πάλιν δ' αὖ τοῦ Σωτηρίου λόγου [o] παρ' ἡμῖν φάντος, ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ Νουμήνιος ἐπάκουσον οἷα περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου θεολογεῖ. Ὥσπερ δὲ πάλιν λόγος ἐστὶ γεωργῷ πρὸς τὸν φυτεύοντα [p] ἀναφερόμενος· τὸν αὐτὸν λόγον μάλιστα ἔχει [q] ὁ πρῶτος θεὸς πρὸς τὸν δημιουργόν. Ὁ μέν γε ὢν σπέρμα πάσης ψυχῆς, σπείρει εἰς τὰ μεταλαγχάνοντα αὐτοῦ χρήματα σύμπαντα· ὁ νομοθέτης δὲ φυτεύει καὶ διανέμει, καὶ μεταφυτεύει εἰς ἡμᾶς ἑκάστους, τὰ ἐκεῖθεν προκαταβεβλημένα. Καὶ ἑξῆς δὲ πάλιν περὶ τοῦ πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου αἰτίου τὸ δεύτερον ὑπέστη, τοιάδε φησίν· ὁπόσα δὲ δοθέντα, μέτεισι πρὸς τὸν λαμβάνοντα, ἀπελθόντα ἐκ τοῦ δεδωκότος, οἷα δή ἐστι [r] θεραπεία, χρήματα, νόμισμα κοῖλον, ἐπίσημον· ταυτὶ μὲν οὖν ἐστι θνητὰ καὶ ἀνθρώπινα. Τὰ δὲ θεῖά ἐστιν, οἷα μεταδοθέντα, ἐνθένδ' ἐκεῖθι γεγενημένα, ἐνθένδε τε οὐκ ἀπελήλυθε·

---

simplex est; qui quoniam secum ipse totus perpetuoque versatur, nunquam dividuus esse possit. Porro secundus tertiusque deus unus est; sed idem cum materia, quæ dyas est, circumiens simul conjungit eam, simul ab ea quæ concupiscentis speciem habet assidueque fluit, dividitur. Quum igitur ad id quod intelligibile est, minus adhærescat, (alioquin enim ad se ipsum adhæresceret) : idcirco quod diligenti materiæ contemplatione occupatur, se ipsum contemplari non potest. Verum sensibilia non modo attingit et tractat, sed etiam in suum fastigium materiæ desiderio incensus evehit. Idemque nonnullis interjectis : nec enim, inquit, primum illum deum quidquam moliri fas est, sed potius opificis dei patrem ipsum habere nos oportet. Si igitur de opifice quæstio sit, quum illum jam ante necessario exstitisse, atque ita demum excellenter agere posse dicimus, opportunus hic orationis ingressus jure videatur. At si omisso opifice, de primo deo quærimus, genus id orationis usurpare religio est, ideoque quæ dicta sunt, pro indictis haberi velim, atque aliunde disputationis principium ducendum mihi esse ratus eo transibo. Sed antequam dicendi initium sumamus, concedamus hoc, de quo audientium nemo dubitare possit, deum primum prorsus abstinere a rebus gerendis et regem esse universi, opificem vero deum per cœlum permeantem cuncta moderari. Et sane commeatus noster atque apparatus omnis ipsius beneficium est, dum per vices mens ad eos omnes [de cœlo] demittitur, quos ejus consortes fieri pro sua cujusque conditione fas sit. Itaque quum in quemque nostrum conversus intuetur deus, tum sua corporibus vita, suus vigor inest, quod immissis divinitus radiis foveantur. Sin autem ad sui ipsius contemplationem incubuerit deus, tum corporeum et aspectabile omne exstingui, mentem autem non modo vivere, sed etiam beate vivere constat. Hæc Numenius. Tu vero confer cum iis illa quæ olim apud Hebræos his verbis David propheta cecinerat : *quam magna sunt opera tua, domine! omnia sapienter fecisti. Repleta est terra animantibus et rebus a te creatis : cuncta a te exspectant, ut victum ipsis in tempore præbeas. Te enim dante colligent : te manum tuam explicante, omnia bonitate complebuntur. Avertente autem te vultum, turbabuntur. Auferes eis spiritum, et mortem obibunt atque ad terræ gremium revocabuntur. Emittes flatum tuum, et procreabuntur, et terræ faciem renovabis.* Quid enim interest inter hæc et illam philosophi mentem, qui ait : quum in quemque nostrum conversus intuetur deus, tum sua corporibus vita, suus vigor inest, quod immissis divinitus radiis foveantur. Sin autem ad sui ipsius contemplationem incubuerit deus, tum corporeum et aspectabile omne exstingui. Rursus quum Dei filius in Evangelio de se ipso dica, *ego sum vitis, pa*

κἀκεῖθι γενόμενα τὸν μὲν ὤνησε, τὸν δ' οὐκ ἔβλαψε. καὶ προσώνησε τῇ περὶ ὧν ἠπίστατο ἀναμνήσει. Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ καλὸν χρῆμα, ἐπιστήμη ἡ καλή, ἧς ὤνατο μὲν ὁ λαβών, οὐκ ἀπολείπεται δ' αὐτῆς ὁ δεδωκώς. Οἷον ἂν ἴδοις ἐξαφθέντα ἀφ' ἑτέρου λύχνου λύχνον, φῶς ἔχοντα, ὃ μὴ τὸν πρότερον ἀφείλετο, ἀλλὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὕλης πρὸς τὸ ἐκείνου πῦρ ἐξαφθείσης. Τοιοῦτον τὸ χρῆμά ἐστι τὸ τῆς ἐπιστήμης, ἣ δοθεῖσα καὶ ληφθεῖσα παραμένει μὲν τῷ δεδωκότι, σύνεστι δὲ τῷ λαβόντι ἡ αὐτή. Τούτου δὲ τὸ αἴτιον, ὦ ξένε, οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπινον· ἀλλ' ὅτι ἕξις τε καὶ οὐσία ἡ ἔχουσα τὴν ἐπιστήμην, ἡ αὐτή ἐστι παρὰ τῷ δεδωκότι θεῷ, καὶ παρὰ τῷ εἰληφότι ἐμοὶ καὶ σοί. Διὸ καὶ ὁ Πλάτων τὴν σοφίαν ὑπὸ Προμηθέως ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώπους, μετὰ φανωτάτου τινὸς πυρὸς ἔφη. Καὶ πάλιν ὑποβὰς ἑξῆς φησιν· εἰσὶ δ' οὗτοι βίοι, ὁ μὲν πρώτου, ο δὲ δευτέρου θεοῦ. Δηλονότι ὁ μὲν πρῶτος θεός ἐστιν ἑστώς [s], ὁ δὲ δεύτερος ἔμπαλίν ἐστι κινούμενος. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος περὶ νὰ νοητά, ὁ δὲ δεύτερος περὶ τὰ νοητὰ καὶ αἰσθητά. Μὴ θαυμάσῃς δ' εἰ τοῦτ' ἔφην, πολὺ γὰρ ἔτι θαυμαστότερον ἀκούσῃ. Ἀντὶ γὰρ τῆς προσούσης τῷ δευτέρῳ κινήσεως, τὴν προσοῦσαν τῷ πρώτῳ στάσιν φημὶ εἶναι κίνησιν σύμφυτον· ἀφ' ἧς ἥ τε τάξις τοῦ κόσμου, καὶ ἡ μονὴ ἡ ἀΐδιος, καὶ ἡ σωτηρία ἀναχεῖται εἰς τὰ ὅλα. Ἐπὶ τούτοις καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ προστίθησι ταῦτα· ἐπειδὴ ᾔδει ὁ Πλάτων παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τὸν μὲν δημιουργὸν γινωσκόμενον μόνον, τὸν μέντοι πρῶτον νοῦν, ὅστις καλεῖται, αὐτὸν παντάπασιν ἀγνοούμενον παρ' αὐτοῖς, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν, ὥσπερ ἂν εἴ τις οὕτω λέγοι· [t] ὦ ἄνθρωποι, ὃν τοπάζετε ὑμεῖς νοῦν, οὐκ ἔστι πρῶτος, ἀλλὰ ἕτερος πρὸ τούτου νοῦς, πρεσβύτερος καὶ θειότερος. Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· κυβερνήτης μέν που ἐν μέσῳ πελάγει φορούμενος, ὑπὲρ πηδαλίου ὑψίζυγος, τοῖς οἴαξι διιθύνει τὴν ναῦν ἐφεζόμενος· ὄμματα δ' αὐτοῦ καὶ νοῦς, εὐθὺ τοῦ αἰθέρος ξυντέταται πρὸς τὰ μετάρσια, καὶ ἡ ὁδὸς αὐτῷ ἄνω δι' οὐρανοῦ ἄπεισι, πλέοντι κάτω κατὰ τὴν θάλατταν· οὕτω καὶ ὁ δημιουργός, τὴν ὕλην, τοῦ μήτε διακρουσθῆναι [u], μήτε περιπλανηθῆναι αὐτήν, ἁρμονίᾳ ξυνδησάμενος, αὐτὸς μὲν ὑπὲρ ταύτης ἵδρυται, οἷον ὑπὲρ νεώς, ἐπὶ θαλάττης, τῆς ὕλης· τὴν ἁρμονίαν δὲ ἰθύνειν, τοῖς ἰδέαις οἰακίζων,

---

ter meus agricola, vos palmites; disce qualia Numenius de secundo principio theologorum more disputet. Quemadmodum rursus agricolæ ad eum qui plantat quædam relatio est : sic plane deus primus ad opificem deum refertur. Nam primus quidem, quum omnis animæ semen sit, universa illa seminat, quæ in naturæ suæ societatem assumsit; at vero legum lator quæ ab illo proseminata sunt inserit ipse ac dividit, atque in nostrum quemque transplantat. Atque in sequentibus rursus, dum quærit, qua ratione a primo principio secundum oriatur, ita scribit : quæcunque postquam donata fuerint, sic ad eum qui accipit traducuntur, ut ab eo qui dederit sejungantur, exempli gratia curatio, divitiæ, argentum cælatum aut signatum : ea omnia mortalia sunt et humana. At divina sunt ejusmodi, quæ cum aliis ita communicentur, ut neque postquam hinc illuc commearunt, hinc tamen abscesserint, et illuc profecta sic eum juvent qui acceperit, ut ei qui dederit non noceant, immo prosint etiam eorum quæ jam ante noverat recordatione. Cujusmodi sane liberalis doctrina est, res plane singularis et præstans, quæ quum accipienti utilitatem afferat, ei tamen qui dederit non eripitur. Nam quemadmodum lucernam eam vides, quæ accensa ab altera fuerit, lumen illud continere, quod priori non ademerit, sed tantum, qua instructa ipsa est materia, alterius igne accensa, acceperit : sic profecto doctrina, ut tradatur ab altero, ab altero accipiatur, eadem tamen et in eo qui dederit postea remanet, et in eo qui acceperit, ipsa inest. Cujus rei causa, o hospes, nihil humani est; sed quod affectio illa atque naturæ habitus doctrina præditus idem in deo est, qui dedit, atque in me et te, qui accepimus. Itaque Plato sapientiam ad homines una cum igne clarissimo a Prometheo delatam esse dicebat. Idem paululum progressus superioribus hæc subjungit : ea sunt vitæ genera; primi dei alterum, alterum secundi. Nimirum primus deus unus idemque permanet : contra secundus subinde moveri solet. Atque ille quidem in rebus sub intelligentiam cadentibus, hic in intelligibilibus et sensibilibus versatur. Noli autem mirari, si hoc dixi; nam multo etiam mirabilius est, quod audies. Quippe loco motus ejus, quo secundus cietur, quietem primi propriam nativam quandam motionem esse defendo, ex qua mundi ordo ac sempiterna constantia et incolumitas in rerum universitatem diffundatur. Post hæc etiam libro sexto præcedentibus alia adjiciens ita scribit : quum Plato sciret solum opificem deum notum hominibus esse, at primum illum, qui mentis nomine appellatur, eos penitus latere, idcirco hoc orationis genus adhibuit, perinde ac si quis hunc in modum loqueretur : quam vos mentem homines esse conjicitis, ea quidem prima non est, sed antiquior altera quædam est atque divinior. Itemque nonnullis interpositis ait : gubernator fere medio mari jactatus, clavo quidem sublimis insidens, navem gubernaculis dirigit : verum oculos simul atque animum recta in ardorem cœlestem, qui æther nominatur, intentum defixumque tenet, suumque homini, dum infra mare trajicit, iter supra per cœlum conficitur. Ita etiam mundi opifex, ne materia aut disculeretur, aut vagaretur, eam temperatione non solum colligavit, sed ipse etiam ei, quomodo in mari navigio, sic insidet, ut temperationem suam ideis, quasi gubernaculis quibusdam, moderetur : cœlique loco superiorem in deum ipsius oculos in se convertentem intuitus, ex contemplatione judicandi vim atque ex suo desiderio propensionem et

βλέπει τε ἀντὶ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὸν ἄνω θεὸν προσαγόμενον αὐτοῦ τὰ ὄμματα, λαμβάνει τε τὸ μὲν κριτικὸν ἀπὸ τῆς θεωρίας, τὸ δὲ ὁρμητικὸν ἀπὸ τῆς ἐφέσεως. Καὶ ὁ Σωτήριος παρ' ἡμῖν λόγος, Οὐδὲν [v], φησι, δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Ἀλλὰ γὰρ τοσαῦτα καὶ περὶ τοῦδε ὁ Νουμήνιος.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XI cap. 18 Νουμηνίου περὶ τοῦ αὐτοῦ. Prægreditur autem caput de secundo principio ex Plotino, quod Eusebius sic claudit : Ταῦτα μὲν ὁ Πλωτῖνος· ὁ δὲ Νουμήνιος τὰ Πλάτωνος πρεσβεύων ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ τάδε καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου λέγων διερμηνεύει. Cæterum loci hujus principium affertur et excutitur a Cyrillo contra Julianum lib. VIII Tom. VII pag. 338 ed. Paris. Scripsi [a] : ἐπὰν] codd. ἐπ' ἂν — [b] ἢ τῷ πρωϊαίτερον — ἡμεῖς ταὐτόν] cum Eusebii codd; hæc omnia omisit Cyrillus. — [c] προσκαλεσάμενοι] cum Eusebii codd; προσκαλεσάμενος Cyrillus. — [d] ἀρχώμεθα οὕτως cum Eusebii codd; ἀρχόμεθα δὲ οὕτως Cyrillus. — [e] εὐκτέον μὲν ἤδη, διελέσθαι δὲ δεῖ] cum Eusebii codd; omisit hæc Cyrillus. — [f] ἐστὶν εἷς] cum Eusebii codd; ἐστὶν ὁ εἷς Cyrillus. — [g] ἐπορεγόμενος] codd. ἀπορεξόμενος. — [h] οὔτι] libri οὔτε. — [i] καὶ τοῦ δημιουγοῦντος δὲ θεοῦ χρὴ νομίζειν πατέρα] membranæ καὶ τοῦ δημιουργοῦντος δὲ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ χρὴ εἶναι νομίζεσθαι πατέρα. Sed locus interpolatus est; simplex autem constructio requiritur, ut apud Platonem Conviv. p. 202. D. ὁρᾷς οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σὺ Ἔρωτα οὐ θεὸν νομίζεις; — [k] κηδευόμενα] e Vigeri conjectura; codd. κηδεύοντα. — [l] ὡς ἐμεγαλύνθη — τὸ πρόσωπον τῆς γῆς] petita sunt e Psalm. 104 vs. 24 seqq. — [m] πρὸς σὲ] idem hoc loco valet quod παρὰ σοῦ apud Atticos. Æschylus Prom. 968 εἰ προσδοκᾷς ἐμοῦ τι πευσεῖσθαι πάρα. Aristoph. Vesp. 56 μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα. Sed nihil in tali scriptore mutare ausus sum. — [n] κηδευόμενα] e Vigeri conjectura; codd. κηδεύοντα. — [o] Σωτηρίου λόγου] Joann. Evang. cap. XV, 5. — [p] τὸν φυτεύοντα] e Vigeri conjectura; codd. τὰ φυτεύοντα. — [q] μάλιστα ἔχει] e Vigeri conjectura; codd. μάλιστά ἐστιν. — [r] ἐκ τοῦ δεδωκότος, οἷα δή ἐστι] e Vigeri conjectura; libri ἐκ τοῦ δεδωκότος, ἐστὶ. — [s] θεός ἐστιν ἑστώς] cum Vigero; codd. θεὸς ἔσται ἑστώς. — [t] ὥσπερ ἂν εἴ τις οὕτω λέγοι] libri ὥσπερ ἄν τις οὕτω λέγοι. — [u] τοῦ μήτε διακρουσθῆναι μήτε περιπλανηθῆναι] membranæ τοῦ μήτε διακροῦσαι, μήτε ἀποπλεχθῆναι. — [v] οὐδέν, φησι,] Joann. Evang. cap. V. 19. —)

11. Τὰ μὲν οὖν σώματα λαβεῖν ἡμῖν ἔξεστι, σημαινομένοις ἔκ τε ὁμοίων, ἀπό τε τῶν ἐν τοῖς παρακειμένοις γνωρισμάτων ἐνόντων. Τἀγαθὸν δὲ οὐδενὸς ἐκ παρακειμένου οὐδ' οὖν ἀπὸ ὁμοίου αἰσθητοῦ ἐστι λαβεῖν μηχανή τις οὐδεμία. Ἀλλὰ δεήσει, οἷον εἴ τις ἐπὶ σκοπῇ καθήμενος, ναῦν ἁλιάδα βραχεῖάν τινα, τούτων τῶν ἐπακτρίδων, τῶν μόνων, μίαν, μόνην, ἔρημον, μετακυμίαις ἐχομένην ὀξυδεδορκώς, μιᾷ βολῇ κατεῖδε τὴν ναῦν· οὕτω δή τινα ἀπελθόντα πόῤῥω τῶν αἰσθητῶν, ὁμιλῆσαι τῷ ἀγαθῷ μόνῳ μόνον, ἔνθα μήτε τις ἄνθρωπος, μήτε τι ζῷον ἕτερον, μηδὲ σῶμα μέγα, μηδὲ σμικρόν, ἀλλά τις ἄφατος καὶ ἀδιήγητος ἀτεχνῶς ἐρημία θεσπέσιος, ἔνθα τοῦ ἀγαθοῦ ἤθη, διατριβαί τε καὶ ἀγλαΐαι, αὐτὸ δὲ ἐν εἰρήνῃ, ἐν εὐμενείᾳ, τὸ ἤρεμον, τὸ ἡγεμονικόν, ἵλεων, ἐποχούμενον ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ. Εἰ δέ τις πρὸς τοῖς αἰσθητοῖς λιπαρῶν, τὸ ἀγαθὸν ἐφιπτάμενον φαντάζεται, κἄπειτα τρυφῶν οἴοιτο τῷ ἀγαθῷ ἐντετυχηκέναι, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνει. Τῷ γὰρ ὄντι, οὐ ῥᾳδίας, θείας δὲ πρὸς αὐτὸ δεῖ μεθόδου· καί ἐστι κράτιστον, τῶν αἰσθητῶν ἀμελήσαντι, νεανιευσαμένῳ πρὸς τὰ μαθήματα, τοὺς ἀριθμοὺς θεασαμένῳ, οὕτως ἐκμελετῆσαι μάθημα, τί ἐστι τὸ ἕν. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ. Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ ταῦτά φησιν· εἰ δ' ἔστι μὲν νοητὸν ἡ οὐσία καὶ ἡ ἰδέα, ταύτης δ' ὡμολογήθη πρεσβύτερον καὶ αἴτιον εἶναι ὁ νοῦς, αὐτὸς οὗτος μόνος εὕρηται ὢν τὸ ἀγαθόν. Καὶ γὰρ εἰ ὁ μὲν δημιουργὸς θεός ἐστι γενέσεως ἀρχή, τὸ ἀγαθὸν οὐσίας ἐστὶν ἀρχή. Ἀνάλογον δὲ τούτῳ μὲν ὁ δημιουργὸς θεός, ὢν αὐτοῦ μιμητής, τῇ δὲ οὐσίᾳ ἡ γένεσις, εἰκὼν αὐτῆς οὖσα

---

impetum accipiat. Similiter salutis nostræ auctor, *Nihil*, inquit, *potest filius facere a se, nisi quid patrem facientem viderit*. Sed satis etiam de hac re ex Numenio.

11. Corporum rationes intelligere nobis licet, dum partim e similibus signis, partim e rerum vicinarum indiciis conjecturam facimus. At boni vim capere nullo prorsus modo neque ex ullius rei vicinæ aspectu, neque ex cujusquam omnino, quæ sensibus percipiatur, similitudine possumus. Sed oportebit, tanquam si quis in specula sedens cymbam medio in mari perparvam, unam ex piscatoriis illis aliquam, quæ solæ apparere solent, omni comitatu nudam, fluctuumque intervallis inclusam, qua valet acie conspiciens, uno oculorum conjectu totam videat : ita unumquemque ab omni rerum sensibilium usu sejunctum cum solo bono solum versari, ubi neque homo, neque aliud animal, neque ullum omnino corpus sive magnum sive parvum occurrat, sed vasta quædam omnique oratione major ac plane divina solitudo : in qua boni mores, studia, deliciæ sunt : ipsumque bonum summa pace animique tum æquitate tum tranquillitate fruens, simul rerum principatum obtinens et omnibus propitium naturæ universæ insidet. Verum si quis, dum in rebus sensibilibus assiduus ac totus est, boni cogitationem velut advolantem menti informat, ac deinde luxuriose vivens bonum sibi videtur invenisse, is tota

καὶ μίμημα. Εἰ γὰρ ὁ δημιουργὸς ὁ τῆς γενέσεώς ἐστιν ἀγαθός, ἦ που ἔσται καὶ ὁ τῆς οὐσίας δημιουργὸς αὐτοάγαθον, σύμφυτον τῇ οὐσίᾳ. Ὁ γὰρ δεύτερος, διττὸς ὢν αὐτός, ποιεῖ τήν τε ἰδέαν ἑαυτοῦ καὶ τὸν κόσμον, δημιουργὸς ὤν· ἔπειτα θεωρητικὸς ὅλως. Συλλελογισμένων δ' ἡμῶν ὀνόματα τεττάρων πραγμάτων, τέτταρα ἔστω ταῦτα· ὁ μὲν πρῶτος θεός, αὐτοάγαθον· ὁ δὲ τούτου μιμητής, δημιουργὸς ἀγαθός· ἡ δ' οὐσία, μία μὲν ἡ τοῦ πρώτου, ἑτέρα δὲ ἡ τοῦ δευτέρου· ἧς μίμημα ὁ καλὸς κόσμος, κεκαλλωπισμένος μετουσίᾳ τοῦ καλοῦ. Καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ δὲ ἐπιλέγει· μετέχει δὲ αὐτοῦ τὰ μετέχοντα, καὶ ἐν ἄλλῳ μὲν οὐδενί, ἐν δὲ μόνῳ τῷ φρονεῖν· ταύτῃ ἄρα καὶ τῆς ἀγαθοῦ συμβάσεως ὀνίναιτ' ἄν, ἄλλως δ' οὔ. Καὶ μὲν δὴ τὸ φρονεῖν τοῦτο δεόντως [a] συντετύχηκε μόνῳ τῷ πρώτῳ· ὑφ' οὗ οὖν τὰ ἄλλα ἀποχραίνεται καὶ ἀγαθοῦται, ἐὰν τοῦτο ἐκείνῳ μόνον μόνῳ προσῇ, ἀβελτέρας ἂν εἴη ψυχῆς ἔτι ἀμφιλογεῖν. Εἰ γὰρ ἀγαθός ἐστιν ὁ δεύτερος οὐ παρ' ἑαυτοῦ, παρὰ δὲ τοῦ πρώτου, πῶς οἷόν τε ὑφ' οὗ τῆς μετουσίας [b] ἐστὶν οὗτος ἀγαθός, μὴ ἀγαθὸν εἶναι, ἄλλως τε κἂν τύχῃ αὐτοῦ ὡς ἀγαθοῦ μεταλαχὼν ὁ δεύτερος; Οὕτω τοι ὁ Πλάτων ἐκ συλλογισμοῦ τῷ ὀξὺ βλέποντι ἀπέδωκε τὸ ἀγαθὸν ὅτι ἐστὶν ἕν. Καὶ πάλιν ἑξῆς φησι· ταῦτα δὲ οὕτως ἔχοντα ἤδη ἐστὶ μὲν ὁ Πλάτων [c] ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ χωρίσας· ἰδίᾳ μὲν γὰρ τὸν κυκλικὸν λόγον [d] ἐπὶ τοῦ δημιουργοῦ ἐγράψατο ἐν Τιμαίῳ εἰπών, ἀγαθὸς ἦν· ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ, τὸ ἀγαθὸν εἶπεν, ἀγαθοῦ ἰδέαν· ὡς δὴ τοῦ δημιουργοῦ ἰδέαν οὖσαν τὸ ἀγαθόν, ὅστις πέφανται ἡμῖν ἀγαθὸς μετουσίᾳ τοῦ πρώτου τε καὶ μόνου. Ὅπως γὰρ ἄνθρωποι μὲν λέγονται τυπωθέντες ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου ἰδέας, βόες δὲ καὶ ἵπποι ὑπὸ τῆς βοὸς καὶ ἵππου ἰδέας [e]· οὕτω καὶ εἰκότως ὁ δημιουργὸς εἴπερ ἐστὶ μετουσίᾳ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ ἀγαθός, ἰδέα ἂν εἴη ὁ πρῶτος νοῦς, ὢν αὐτοάγαθον.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XI cap. 22 Νουμηνίου περὶ τἀγαθοῦ. In præcedentibus ait: πάλιν δὲ ὁ Νουμήνιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, τὴν τοῦ Πλάτωνος διάνοιαν ἑρμηνεύων, τοῦτον διέξεισι τὸν τρόπον. Scripsi: [a] δεόντως] codd. δεῖν. — [b] ὑφ' οὗ τῆς μετουσίας] libri ὑφ' οὗ μετουσίας. — [c] ταῦτα δὲ οὕτως ἔχοντα ἤδη ἐστὶ μὲν ὁ Πλάτων] membranæ ταῦτα δὲ οὕτως ἔχοντα ἔθη μὲν ὁ Πλάτων. — [d] τὸν κυκλικὸν λόγον ἐπὶ] e Vigeri conjectura; codd. τὸν κυκλικὸν ἐπί. — [e] βόες δὲ καὶ ἵπποι ὑπὸ τῆς βοὸς καὶ ἵππου ἰδέας] codd. βόες δ' ὑπὸ τῆς ἵππου ἰδέας.)

12. Εἰ μὲν γράφειν ὑποτεινάμενος ὁ Πλάτων περὶ τῆς θεολογίας τῆς τῶν Ἀθηναίων, εἶτα ἐδυσχέραινεν αὐτῇ, καὶ κατηγόρει, ἐχούσῃ στάσεις μὲν πρὸς ἀλλήλους, τέκνων δὲ τῶν μὲν μίξεις, τῶν δὲ ἐδωδάς· τῶν δὲ ἀντὶ τούτων πατράσι τιμωρίας, ἀδελφῶν τε

via errat. Revera enim non facili, sed prorsus divina boni investigandi via et ratione opus est. Quo in genere optimum fuerit, omnibus iis quæ sub sensus cadunt neglectis, in artes mathematicas vehementer incumbere, atque ubi numerorum rationes inspexeris, tum demum instituta quæstione, quid sit unum, diligenter cognoscere. Hæc in primo Numenius. Idem in quinto ita scribit: si tam essentia; quam idea intelligibile quiddam est, et si utraque antiquiorem, immo et causam utriusque mentem esse confitemur, eam profecto solam bonum esse intelligimus. Nam si opifex deus generationis principium est, bonum ipsum sine dubio essentiæ principium erit. Enimvero ut opifex ille deus ad bonum, cujus æmulator est: ita ad essentiam generatio refertur, quod ejus imago quædam et imitatio sit. Si enim generationis opifex bonus est: utique essentiæ opifex ipsum illud per se bonum erit, atque essentiæ cognatum. Quippe secundus quum ipse duplex sit idemque opifex, primum quidem et ideam ipse suam et mundum hunc efficit, deinde vero in una rerum contemplatione habitat. Quare, ut ex iis quæ dicta sunt rerum quatuor nomina colligamus, quatuor hæc esse possint: deus primus, quod ipsum per se bonum est: ejus imitator opifex bonus: essentia duplex, primi altera, altera secundi: cujus imitatio est pulcher ille mundus, pulchri communione ornatus. Præterea in sexto superioribus hæc subjungit: cæterum quidquid in ejus societatem assumitur, non alius rei sed sapientiæ ejus tantum particeps fit: quippe quod ita demum ex ipsius boni consortione fructum aliquem capere possit; alioqui nullum. Atque hæc quidem sapientia, primo solum illi decenter contigit: a quo enim cætera colorantur et exornantur, num illi uni hæc perfecti boni dignitas insit, id insuper dubitare, stolidi profecto ac vecordis animi fuerit. Si enim secundus non per se bonus est, sed primi beneficio, qui tandem fieri potest, ut cujus unius communione bonus alter iste sit, is ipsum per se bonum non sit, præsertim si secundus eo duntaxat qua bonus est perfruitur? Ita sane Plato bonum unum esse, si rem acute dispicias, certa ratione docet. Rursus in sequentibus ait: hæc philosophiæ præcepta Plato alibi aliter tradita ac distincta reliquit: nam qui privatim in Timæo vulgarem quandam opificis dei rationem descripsit, dum ait, *bonus erat:* idem in Republica bonum boni eadem esse affirmat, utpote bonum opificis ideam esse declarans, quem primi illius soliusque boni communione bonum esse vidimus. Quemadmodum enim homines in humani, boves autem et equi in bubuli et equini oris speciem assimulati dicuntur: sic etiam opifex deus, quum primi boni communione bonus sit, prima mens, quæ ipsum per se bonum sit, idea jure fuerit.

12. Si Plato de Atheniensium theologia scripturum se esse pollicitus, ac deinde rei pertæsus eam reprehendisset, quod partim mutua deorsum dissidia contineret, partim liberos cum parentibus coeuntes aut ab iis devoratos, partim sceleris utriusque causa pœnas vel paren-

ἀδελφοῖς ὑμνούσῃ, καὶ ἄλλα τοιαῦτα· εἴπερ ὁ Πλάτων ταυτὶ λαβὼν εἰς τὸ φανερὸν κατηγόρει, παρασχεῖν ἂν δοκεῖ μοι τοῖς Ἀθηναίοις αἰτίαν, πάλιν κακοῖς γενέσθαι ἀποκτείνασι καὶ αὐτὸν ὥσπερ τὸν Σωκράτην. Ἐπεὶ δὲ ζῆν μὲν οὐκ ἂν προείλετο μᾶλλον, ἢ ἀληθεύειν, ἑώρα δὲ ζῆν τε καὶ ἀληθεύειν ἀσφαλῶς δυνησόμενος, ἔθηκεν ἐν μὲν τῷ σχήματι τῶν Ἀθηναίων τὸν Εὐθύφρονα, ὄντα ἄνδρα ἀλαζόνα, καὶ κοάλεμον, καὶ εἴ τις ἄλλος θεολογεῖ κακῶς· αὐτὸν δὲ τὸν Σωκράτην ἐπ' αὐτοῦ τε καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ σχηματισμῷ, ἐν ᾧ περὶ εἰωθότος ἤλεγχεν ἑκάστῳ προσομιλῶν.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIII cap. 5 Νουμηνίου, ἐκ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀποῤῥήτων, περὶ τοῦ αὐτοῦ. In extremo capite 4 ait : Ταῦτα ὁ Πλάτων ἐν τῷ Εὐθύφρονι. Διασαφεῖ δὲ τὴν διάνοιαν ὁ Νουμήνιος ἐν τῷ περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀποῤῥήτων, ὧδέ πη λέγων.)

13. Νουμήνιος δὲ τὴν συγκαταθετικὴν δύναμιν παραδεκτικὴν ἐνεργειῶν φήσας εἶναι, σύμπτωμα αὐτῆς φησιν εἶναι τὸ φανταστικόν, οὐ μὴν ἔργον γε καὶ ἀποτέλεσμα, ἀλλὰ παρακολούθημα.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 25 ἐκ τῶν Πορφυρίου περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων pag. 833 ed. Heeren. [pag. 352 ed. Gaisford.] Scripsi autem οὐ μὴν ἔργον γε καὶ ἀποτέλεσμα, quod et Meinekio placuisse video, qui tamen vulgatam lectionem οὐ μὴν ἔργον τε καὶ ἀποτέλεσμα in Stobæi verbis reliquit.)

14. Ἄλλοι δέ, ὧν καὶ Νουμήνιος, οὐ τρία μέρη ψυχῆς μιᾶς ἢ δύο γε, τὸ λογικὸν καὶ ἄλογον, ἀλλὰ δύο ψυχὰς ἔχειν ἡμᾶς οἴονται, ὥσπερ καὶ ἄλλοι, τὴν μὲν λογικὴν τὴν δὲ ἄλογον.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 25 ἐν ταυτῷ pag. 836 ed. Heeren. [pag. 353 ed. Gaisford.] Quæ sequuntur apud Stobæum, non videntur ad Numenium pertinere. Sunt vero hæc ὧν πάλιν οἱ μὲν ἄμφω ἀθανάτους, οἱ δὲ τὴν λογικὴν ἀθάνατον. Τὴν δὲ ἄλογον οὐ κατὰ τὰς ἐνεργείας μόνον ἀφίστασθαι τῆς ποιᾶς κινήσεως, ἀλλὰ καὶ κατ' οὐσίαν διαλύεσθαι. Τοῖς δὲ ἐδόκει, δύο ψυχῶν εἰς ταὐτὸ συμπλακεισῶν ἀλλήλαις, διπλασίας εἶναι τὰς κινήσεις, ὁμοιουμένων ἀλλήλαις ἐκ τοῦ ἀπολαύειν ἑκατέραν τῶν τῆς ἑτέρας παθημάτων κατὰ τὴν ἕνωσιν.)

15. Ἴθι δὴ οὖν ἐπὶ τὴν καθ' αὑτὴν ἀσώματον οὐσίαν ἐπανίωμεν, διακρίνοντες καὶ ἐπ' αὐτῆς ἐν τάξει τὰς περὶ ψυχῆς πάσας δόξας. Εἰσὶ δή τινες, οἳ πᾶσαν τὴν τοιαύτην οὐσίαν ὁμοιομερῆ καὶ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἀποφαίνονται, ὡς καὶ ἐν ὁτῳοῦν αὐτῆς μέρει εἶναι τὰ ὅλα· οἵτινες καὶ ἐν τῇ μεριστῇ ψυχῇ τὸν νοητὸν κόσμον καὶ θεοὺς καὶ δαίμονας καὶ τἀγαθὸν καὶ πάντα τὰ πρεσβύτερα ἐν αὐτῇ ἐνιδρύουσι, καὶ ἐν πᾶσιν ὡσαύτως πάντα εἶναι ἀποφαίνονται, οἰκείως μέντοι κατὰ τὴν αὐτῶν οὐσίαν ἐν ἑκάστοις. Καὶ ταύτης τῆς δόξης ἀναμφισβητήτως μέν ἐστι Νουμήνιος. Κατὰ δὴ ταύτην νοῦ καὶ θεῶν καὶ τῶν κρειττόνων γενῶν οὐδὲν ἡ ψυχὴ διενήνοχε κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 32 Ἰαμβλίχου περὶ ψυχῆς pag. 866 ed. Heeren. [p. 369 ed. Gaisford.] Post Νουμήνιος omisi quæ ad hunc non referuntur. Nam integer locus hic est: Καὶ ταύτης τῆς δόξης ἀναμφισβητήτως μέν ἐστι Νουμήνιος, οὐ πάντη δὲ ὁμολογουμένως Πλωτῖνος, ἀστάτως δὲ ἐν αὐτῇ φέρεται Ἀμέλιος, Πορφύριος δὲ ἐνδοιάζει περὶ αὐτήν, πῇ μὲν διατεταγμένως (leg. διατεταμένως) αὐτῆς ἀφιστάμενος, πῇ δὲ συνακολουθῶν αὐτῇ, ὡς παραδοθείσῃ ἄνωθεν. Κατὰ δὴ ταύτην κτλ.)

16. Ἤδη τοίνυν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς Πλατωνικοῖς πολλοὶ διαστασιάζουσιν· οἱ μὲν εἰς μίαν σύνταξιν καὶ

---

tibus a liberis, vel fratribus a fratribus irrogatas, atque id genus alia celebraret; hæc, inquam, si palam atque aperte Plato reprehendisset, mihi causam Atheniensibus attulisse videretur improbitatis suæ quemadmodum in Socrate, sic in ipso interficiendo rursus exprimendæ. Quum autem non vivere quam verum loqui mallet, et utriusque rei tuendæ facultatem habere posse sibi videtur, Euthyphronem illum, hominem vanum ac stolidum, eundemque de rebus divinis, si quisquam alius, perperam disserentem Atheniensium loco induxit : Socratem vero per se et in suæ naturæ speciem conformatum, qua singulos in omni colloquio de rebus consuetis habito refutabat.

13. Numenius autem assentiendi facultatem capacem esse actionum dicens, ejus eventum esse ait imaginationem, non tamen opus aut effectum, sed consecutionem.

14. Alii vero, in quibus etiam Numenius est, non tres partes unius animæ, aut duas utique, rationis participem et expertem, sed animas duas nos habere censent, sicut et alii, alteram rationis compotem, expertem alteram.

15. Age nunc ad ipsam per se incorpoream naturam revertamur, vulgaresque de illa, quatenus ad animam spectant, opiniones omnes distinctas ordine referamus. Sunt igitur qui totam hujusmodi naturam partes similes habere, eamque unam et eandem esse doceant, ita ut in quavis ejus parte totum cernatur. Iidemque etiam in anima dividua mundum intelligibilem, deos, genios et bonum et præstantissima quæque collocant, atque in omnibus similiter omnia inesse statuunt, singulorum tamen naturæ convenienter. Et hanc quidem sententiam sine dubio Numenius tuetur. Quam si sequimur, a mente, diis et divina progenie anima tota sua natura nihil differt.

16. Jam vero multi etiam Platonicorum inter se discordant, partim in unum ordinem unamque formam

μίαν ἰδέαν τὰ εἴδη καὶ τὰ μόρια τῆς ζωῆς καὶ τὰ ἐνεργήματα συνάγοντος, ὥσπερ Πλωτῖνός τε καὶ Πορφύριος· οἱ δὲ εἰς μάχην ταῦτα κατατείνοντες, ὥσπερ Νουμήνιος.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 37 περὶ τῶν ἔργων τῆς ψυχῆς· ἐν ταὐτῷ pag. 894 ed. Heeren. [pag. 381 ed. Gaisford.]. Servavi codicum lectionem κατατείνοντες, cujus loco Heerenius vulgavit κατατείναντες.)

17. Τῶν δ' αὖ διισταμένων πρὸς τούτους, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν προσφυομένων προστιθέντων ὁπωσοῦν τῇ ψυχῇ τὸ κακόν, ἀπὸ μὲν τῆς ὕλης Νουμηνίου καὶ Κρονίου πολλάκις.

μος· Στωϊκῶν δὲ Θεμιστοκλῆς καὶ Φοιβίων, οἵ τε μέχρι πρώην ἀκμάσαντες Ἄννιός τε καὶ Μήδιος, Περιπατητικῶν δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἡλιόδωρος· τοῦ δὲ δευτέρου Πλατωνικοὶ μὲν Ἀμμώνιος καὶ Ὠριγένης, οἷς ἡμεῖς τὸν πλεῖστον τοῦ χρόνου προσεφοιτήσαμεν, ἀνδράσιν οὐκ ὀλίγῳ τῶν καθ' ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διενεγκοῦσιν. Paucis autem interpositis ita pergit : οἱ δὲ καὶ πλήθει προβλημάτων ἃ μετεχειρίσαντο τὴν σπουδὴν τοῦ γράφειν ἀποδειξάμενοι, καὶ τρόπῳ ἰδίῳ χρησάμενοι Πλωτῖνός εἰσι καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος, ὃς μὲν τὰς Πυθαγορείους ἀρχὰς καὶ Πλατωνικάς, ὡς ἐδόκει, πρὸς σαφεστέραν τῶν πρὸ αὐτοῦ καταστησάμενος ἐξήγησιν, οὐδὲ γὰρ ἐγγύς τι τὰ Νουμηνίου καὶ Κρονίου καὶ Μοδεράτου καὶ Θρασύλλου τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν. Ὁ δὲ Ἀμέλιος κατ' ἴχνη μὲν τούτου βαδίζειν προαιρούμενος καὶ τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὢν, καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ πρὸς τὸν ἐναντίον ἐκείνῳ ζῆλον ὑπαγόμενος, ὧν καὶ μόνων ἡμεῖς ἄξιον εἶναι νομίζομεν ἐπισκοπεῖσθαι τὰ συγγράμματα. Idem l. c. cap. 21. Ἐν δὴ τούτοις τότε ὡμολόγησε μὲν πάντων τῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγονότων, πλήθει τε προβλημάτων διενεγκεῖν Πλωτῖνόν τε καὶ Ἀμέλιον· τρόπῳ δὲ θεωρίας ἰδίῳ μάλιστα τούτους χρήσασθαι. Τὰ Νουμηνίου δὲ οὐχ ὅτι ὑποβάλλεσθαι καὶ τὰ ἐκεινου πρεσβεύειν δογματα, ἀλλὰ τὰ τῶν Πυθαγορείων αὐτοῦ τε ἐχομένου (leg. αὐτοῦ τε Πλάτωνος) μετιέναι δόγματα, καὶ οὐδ' ἐγγὺς εἶναι τὰ Νουμηνίου καὶ Κρονίου καὶ Μοδεράτου καὶ Θρασύλλου τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν. — (13) Origenes contra Celsum lib. IV pag. 198 ἐγὼ δ' οἶδα καὶ Νουμήνιον τὸν Πυθαγόρειον, ἄνδρα πολλῷ κρεῖττον διηγησάμενον τὸν Πλάτωνα καὶ περὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων πιστεύσαντα, πολλαχοῦ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ ἐκτιθέμενον τὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, καὶ οὐκ ἀπιθάνως αὐτὰ τροπολογοῦντα, ὥσπερ ἐν τῷ καλουμένῳ ἔποπι καὶ ἐν τοῖς περὶ τόπου. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ περὶ ἀγαθοῦ ἐκτίθεται καὶ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἱστορίαν τινά, τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ λέγων. Idem lib. V, pag. 268 ὥσπερ παρὰ τῷ Χαιρωνεῖ Πλουτάρχῳ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, καὶ τῷ Πυθαγορείῳ Νουμηνίῳ ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀφθαρσίας ψυχῆς. Hunc ipsum librum respexit Nemesius de natura hominis cap. 2 κοινῇ μὲν οὖν πρὸς πάντας τοὺς λέγοντας σῶμα τὴν ψυχὴν ἀρκέσει τὰ παρὰ Ἀμμωνίου, τοῦ διδασκάλου Πλωτίνου, καὶ Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ εἰρημένα. — (14) Vid. fragm. 1. — (15) Vid. fragm. 9 et 11. — (16) Vid. fragm. 6. — (17) Vid. fragm. 12. — (18) Vid. fragm. 1-22. — (19) Porphyrius vit. Plotin. cap. 3 Πλωτῖνος δὲ ἄχρι μὲν πολλοῦ γράφων οὐδὲν διετέλεσεν, ἐκ δὲ τῆς Ἀμμωνίου συνουσίας ποιούμενος τὰς διατριβάς, καὶ οὕτως ὅλων ἐτῶν δέκα διετέλεσε, συνὼν μέν τισι, γράφων δὲ οὐδέν. Ἦν δὲ ἡ διατριβή, ὡς ἂν αὐτοῦ ζητεῖν προτρεπομένου τοὺς συνόντας, ἀταξίας πλήρης καὶ πολλῆς φλυαρίας, ὡς Ἀμέλιος ἡμῖν διηγεῖτο. Προσῆλθε δὲ αὐτῷ ὁ Ἀμέλιος, τρίτον ἔτος ἄγοντι ἐν Ῥώμῃ κατὰ τὸ τρίτον τῆς Φιλίππου βασιλείας ἔτος, καὶ ἄχρι τοῦ πρώτου ἔτους τῆς Κλαυδίου βασιλείας παραμείνας, ἔτη ὅλα συγγέγονεν εἴκοσι καὶ τέσσαρα, ἕξιν μὲν ἔχων, ὅτε προσῆλθεν, ἀπὸ τῆς Λυσιμάχου συνουσίας, φιλοπονίᾳ δὲ ὑπερβαλλόμενος τῶν κατ' αὐτὸν πάντων διὰ τὸ καὶ σχεδὸν πάντα τοῦ Νουμηνίου καὶ γράψαι καὶ συναγαγεῖν, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα ἐκμαθεῖν. Σχόλια δὲ ἐκ τῶν συνουσιῶν ποιούμενος ἑκατόν που βιβλία συνέταξε τῶν σχολίων, ἃ Ἰουστίνῳ Ἡσυχίῳ τῷ Ἀπαμεῖ, ὃν υἱὸν ἔθετο, κεχάρισται. — (20) Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 41, 32, pag. 866 ed. Heeren. [p. 369 ed. Gaisford.] Ἴθι δὴ οὖν ἐπὶ τὴν καθ' αὑτὴν ἀσώματον οὐσίαν ἐπανίωμεν, διακρίνοντες καὶ ἐπ' αὐτῆς ἐν τάξει τὰς περὶ ψυχῆς πάσας δόξας. Εἰσὶ δή τινες, οἳ πᾶσαν τὴν τοιαύτην οὐσίαν ὁμοιομερῆ καὶ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἀποφαίνονται, ὡς καὶ ἐν ὁτῳοῦν αὐτῆς μέρει εἶναι τὰ ὅλα· οἵτινες καὶ ἐν τῇ μεριστῇ ψυχῇ τὸν νοητὸν κόσμον καὶ θεοὺς καὶ δαίμονας καὶ τἀγαθὸν καὶ πάντα τὰ πρεσβύτερα ἐν αὐτῇ ἐνιδρύουσι, καὶ ἐν πᾶσιν ὡσαύτως πάντα εἶναι ἀποφαίνονται, οἰκείως μέντοι κατὰ τὴν αὐτῶν οὐσίαν ἐν ἑκάστοις. Καὶ ταύτης τῆς δόξης ἀναμφισβητήτως μέν ἐστι Νουμήνιος. Κατὰ δὴ ταύτην νοῦ καὶ θεῶν καὶ τῶν κρειττόνων γενῶν οὐδὲν ἡ ψυχὴ διενήνοχε κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν. — (21) Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap. 41, 25, pag. 836 ed. Heeren. [pag. 353 ed. Gaisford.] ἄλλοι δέ, ὧν καὶ Νουμήνιος, οὐ τρία μέρη ψυχῆς μιᾶς ἢ δύο γε, τὸ λογικὸν καὶ ἄλογον, ἀλλὰ δύο ψυχὰς ἔχειν ἡμᾶς οἴονται, ὥσπερ καὶ ἄλλοι, τὴν μὲν λογικὴν τὴν δὲ ἄλογον. Ὧν πάλιν οἱ μὲν ἄμφω ἀθανάτους, οἱ δὲ τὴν λογικὴν ἀθάνατον. Τὴν δὲ ἄλογον οὐ κατὰ τὰς ἐνεργείας μόνον ἀφίστασθαι τῆς ποιᾶς κινήσεως, ἀλλὰ καὶ κατ' οὐσίαν διαλύεσθαι. Τοῖς δὲ ἐδόκει, δύο ψυχῶν εἰς ταὐτὸ συμπλακεισῶν ἀλλήλαις, διπλασίας εἶναι τὰς κινήσεις, ὁμοιουμένων ἀλλήλαις ἐκ τοῦ ἀπολαύειν ἑκατέραν τῶν

assentiendi (22) facultatem capacem esse actionum dicens, ejus eventum esse ait imaginationem, non tamen opus aut effectum, sed consecutionem. Jam vero multi (23) etiam Platonicorum inter se discordant, partim in unum ordinem unamque formam species ac partes vitæ ejusque acta redigentes, ut Plotinus et Porphyrius; partim ad dissidium hæc referentes, ut Numenius. Nonnulli a superioribus philosophis dissentientes (24) ab externis eventis animæ malum utcunque conciliant, atque a materia quidem Numenius frequenter et Cronius. Cæterum differentiæ (25) rationem non habentes in unum confundunt omnes animorum in corpora illapsus, et cunctos malos esse cum alii affirmant, tum præcipue Cronius, Numenius et Harpocratio. Quamvis (26) vero duas distingueret animas, unitatem tamen et indiscretam similitudinem animæ cum principiis suis asserere visus est Numenius; conjunctionem autem alterius naturæ, id est, mentis Pythagoras, Plato, Aristoteles aliique vetustiores virtutis magistri retinuerunt. Et illi quidem dissolvere videntur, hi connectere. Enimvero de animorum immortalitate summa inter doctissimos homines dissensio fuit. Licet autem Plato animi partem ratione præditam solam immortalem esse duceret, reliquas duas morti addiceret; Numenius tamen totum animum corporis vinculis exsolutum sempiternum fore contendit (27).

Fuerunt et alii Numenii, quos enumerat Jo. Alb. Fabricius Bibl. Græc. vol. III, pag. 179 ed. Harles.

τῆς ἑτέρας παθημάτων κατὰ τὴν ἕνωσιν — (22) Stobæus Eclog. Phys. lib. I, cap 41, 25 ἐκ τῶν Πορφυρίου περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων pag. 833 ed. Heeren. [p. 352 ed. Gaisford.] Νουμήνιος δὲ τὴν συγκαταθετικὴν δύναμιν παραδεκτικὴν ἐνεργειῶν φήσας εἶναι, σύμπτωμα αὐτῆς φησιν εἶναι τὸ φανταστικόν, οὐ μὴν ἔργον γε καὶ ἀποτέλεσμα ἀλλὰ παρακολούθημα. — (23) Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 37, pag. 894 ed. Heeren. [pag. 381 ed. Gaisford.] ἤδη τοίνυν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς Πλατωνικοῖς πολλοὶ διαστασιάζουσιν· οἱ μὲν εἰς μίαν σύνταξιν καὶ μίαν ἰδέαν τὰ εἴδη καὶ τὰ μόρια τῆς ζωῆς καὶ τὰ ἐνεργήματα συνάγοντες, ὥσπερ Πλωτῖνός τε καὶ Πορφύριος· οἱ δὲ εἰς μάχην ταῦτα κατατείνοντες, ὥσπερ Νουμήνιος. — (24) Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 37 pag. 896 ed. Heeren. [pag. 382 ed. Gaisford.] τῶν δ' αὖ διισταμένων πρὸς τούτους, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν προσφυομένων προστιθέντων ὁπωσοῦν τῇ ψυχῇ τὸ κακόν, ἀπὸ μὲν τῆς ὕλης Νουμηνίου καὶ Κρονίου πολλάκις. — (25) Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 40 pag. 910 ed. Heeren. [pag. 388 seq. ed. Gaisford.] οὐκ ἔχοντες δὲ σκοπὸν τῆς διαφορότητος εἰς ταὐτὸ συγχέουσι τὰς ἐνσωματώσεις τῶν ὅλων, κακάς τε εἶναι πάσας διισχυρίζονται, καὶ διαφερόντως οἱ περὶ Κρόνιόν τε καὶ Νουμήνιον καὶ Ἁρποκρατίωνα. — (26) Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 67 pag. 1066 seq. ed. Heeren. [pag. 475 ed. Gaisford.] ἕνωσιν μὲν οὖν καὶ ταυτότητα ἀδιάκριτον τῆς ψυχῆς πρὸς τὰς ἑαυτῆς ἀρχὰς πρεσβεύειν φαίνεται Νουμήνιος, σύμφυσιν δὲ καθ' ἑτέραν οὐσίαν οἱ πρεσβύτεροι διασώζουσι. Καὶ ἀναλύσει ἐκεῖνοι, συντάξει δὲ οὗτοι προσεοίκασι. — (27) Olympiodorus Comment. ined. in Plat. Phæd. ap. Victor. Cousin. in *Journal des Savants*, 1838 pag. 145 ὅτι οἱ μὲν ἀπὸ τῆς λογικῆς ψυχῆς ἄχρι τῆς ἐμψύχου ἕξεως ἀπαθανατίζουσιν, ὡς Νουμήνιος· οἱ δὲ μέχρι τῆς φύσεως, ὡς Πλωτῖνος ἔνι ὅπου· οἱ δὲ μέχρι τῆς ἀλογίας, ὡς τῶν μὲν παλαιῶν Ξενοκράτης καὶ Σπεύσιππος, τῶν δὲ νεωτέρων Ἰάμβλιχος καὶ Πλούταρχος· οἱ δὲ μέχρι μόνης τῆς λογικῆς, ὡς Πρόκλος καὶ Πορφύριος· οἱ δὲ μέχρι μόνου τοῦ νοῦ. Φθείρουσι γὰρ τὴν δόξαν, ὡς πολλοὶ τῶν Περιπατητικῶν. Οἱ δὲ μέχρι τῆς ὅλης ψυχῆς· φθείρουσι γὰρ τὰς μερικὰς εἰς τὴν ὅλην. —

ΑΤΤΙΚΟΥ
ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

ATTICI
PLATONICI PHILOSOPHI
FRAGMENTA.

1. Τριχῆ τοίνυν διαιρουμένης τῆς ἐντελοῦς φιλοσοφίας, εἴς τε τὸν ἠθικὸν καλούμενον τρόπον, καὶ τὸν φυσικόν, καὶ ἔτι τὸν λογικόν· καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατασκευάζοντος ἡμῶν ἕκαστον καλὸν καὶ ἀγαθόν, καὶ τοὺς οἴκους ὅλους εἰς τὸ ἄριστον ἐπανορθοῦντος, ἤδη δὲ καὶ δῆμον σύμπαντα πολιτείᾳ τῇ διαφερούσῃ, καὶ νόμοις τοῖς ἀκριβεστάτοις κοσμοῦντος· τοῦ δευτέρου δὲ πρὸς τὴν περὶ τῶν θείων γνῶσιν διήκοντος, αὐτῶν τε τῶν πρώτων, καὶ τῶν αἰτίων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ἐκ τούτων γίνεται, ἃ δὴ περὶ φύσεως ἱστορίαν ὁ Πλάτων ὠνόμακεν· εἰς δὲ τὴν περὶ τούτων ἀμφοτέρων διάκρισίν τε καὶ εὕρεσιν τοῦ τρίτου παραλαμβανομένου· ὅτι μὲν Πλάτων πρῶτος, καὶ μάλιστα συναγείρας εἰς ἓν πάντα τὰ τῆς φιλοσοφίας μέρη, τέως ἐσκεδασμένα καὶ διεῤῥιμμένα, ὥσπερ τὰ τοῦ Πενθέως μέλη, καθάπερ εἶπέ τις, σῶμά τε καὶ ζῷον ὁλόκληρον ἀπέφηνε τὴν φιλοσοφίαν, δῆλα παντὶ λεγόμενα. Οὔτε γὰρ οἱ περὶ Θαλῆν καὶ Ἀναξιμένην καὶ Ἀναξαγόραν, καὶ ὅσοι κατὰ ταὐτὸν γεγόνασι τούτοις, ἀγνοοῦνται περὶ μόνην τὴν ὑπὲρ τῆς φύσεως τῶν ὄντων σκέψιν διατρίψαντες. Οὐ μὴν οὐδὲ Πιττακός, καὶ Περίανδρος, καὶ Σόλων, καὶ Λυκοῦργος, καὶ οἱ παραπλήσιοι τούτοις, λανθάνουσί τινας τὴν αὐτῶν φιλοσοφίαν εἰς πολιτείαν καταθέντες. Ζήνων δὲ καὶ πᾶν τὸ Ἐλεατικὸν τοῦτο διδασκαλεῖον, καὶ αὐτὸ γνώριμον ἐπὶ τῇ τέχνῃ τῶν λόγων μάλιστα σπουδάσαν. Τούτοις δὲ ἐπιγενόμενος Πλάτων, ἀνὴρ ἐκ φύσεως ἀρτιτελής, καὶ πολὺ διενεγκών, οἷα κατάπεμπτος, ὡς ἀληθῶς, ἐκ θεῶν, ἵν' ὁλόκληρος ὀφθῇ δι' αὐτοῦ ἡ φιλοσοφία, * παρῆκέ τε οὐδέν, καὶ ἕκαστα ἠκρίβωσε, μήτε ἐλλείπων πρὸς τὸ ἀναγκαῖον, μήτε πρὸς τὸ ἄχρηστον ἐξενεχθείς. Ἐπεὶ τοίνυν πάντων ἔφαμεν μετεῖναι τῷ Πλατωνικῷ, καὶ φυσιολογοῦντι, καὶ περὶ ἠθῶν λέγοντι, καὶ διαλεγομένῳ, φέρε, καθ' ἕκαστον ἐπισκεψώμεθα. Ταῦτα μὲν ὁ Ἀττικός.

(Eusebius Præp. Evang. lib. XI, cap. 2. Ἀττικοῦ περὶ τοῦ τριμεροῦς τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας. De hoc autem sic judicat Eusebius in fine capitis primi : Θήσω δὲ τὰ ἀρέσκοντα Πλάτωνι, ἀπὸ τῶν τὰ αὐτοῦ πρεσβευόντων, ὧν Ἀττικὸς διαφανὴς ἀνὴρ τῶν Πλατωνικῶν φιλοσόφων, ὧδέ πη τὰ δοκοῦντα τῷ ἀνδρὶ διέξεισιν, ἐν οἷς ἵσταται πρὸς τοὺς διὰ τῶν Ἀριστοτέλους τὰ Πλάτωνος ὑπισχνουμένους. * Scripsi δι' αὐτοῦ ἡ φιλοσοφία pro codicum lectione ἡ δι' αὐτοῦ φιλοσοφία.)

2. Τῆς γὰρ συμπάσης φιλοσοφίας, κοινῇ γνώμῃ τῶν φιλοσοφησάντων, τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν ὑπισχνουμένης, τριχῆ δὲ διαιρουμένης, κατὰ τὴν τῶν ὅλων ποιητικὴν διανέμησιν· τοσοῦτον ἀποδέων ἐν τούτοις τοῦ διδάσκειν τι τῶν Πλάτωνος ὁ Περιπατητικὸς

1. Quum igitur tres in partes integra perfectaque philosophia dividatur, id est in morum, naturæ disserendique doctrinam; quarum prima illa non singulos modo nostrum bonos ac probos efficiat, verum etiam familias totas ad honestissimam vitæ rationem informet, adeoque populum universum excellenti quodam reipublicæ genere et accuratissimis legibus instituat : secunda vero ad rerum divinarum cognitionem ita pertineat, ut simul et principia ipsa et causas cæterarum, quæque ex illis fiunt reliquas omnes contempletur, quam naturæ historiam Plato appellavit : tertia denique ad certiorem superioris utriusque æstimationem et inventionem assumatur : Platonem exstitisse primum qui partes illas omnes philosophiæ dissipatas antea atque disjectas, sic tanquam Penthei membra, ut nescio quis dixit, vel maxime complexus, philosophiam in unius cujusdam corporis atque integri animantis formam redegerit, omnes uno ore consentiunt. Quippe nemo ignorat, Thaletem, Anaximenem, Anaxagoram et quotquot præterea eodem tempore vixerunt, in sola rerum naturæ consideratione esse versatos. Pittacus autem, Periander, Solon, Lycurgus ac cæteri id genus philosophiam suam ad reipublicæ curam ac studium aperte contulerunt. Zenonem denique et omnem illam Eleaticam scholam in disserendi artem potissimum incubuisse, notum est. At vero his Plato succedens, vir natura partibus omnibus ac numeris absolutus longeque cæteris antecellens, utpote deorum plane munere ac dono in terram demissus, per quem integra tandem aliquando philosophia cerneretur, et præteriit omnino nihil, et singula tam diligenter examinavit, ut neque necessarii quidquam desiderari, neque abstrahi se ad inutilia pateretur. Quoniam igitur Platonici philosophi propriam hanc trium illorum conjunctionem esse defendimus, ut de rerum natura disputet, de moribus præcepta det, ac simul in dialectica sapientia versetur, age, singula per sese videamus. Hæc Atticus.

2. Quum enim de communi philosophorum sententia humanam beatitudinem universa philosophia polliceatur, eaque trifariam pro illa rerum omnium effectrice distributione dividatur : tantum abest, ut in hisce rebus Pla

ὀφθήσεται, ὥστε πλειόνων ὄντων οἳ διαφέρονται Πλάτωνι, μάλιστα ἐναντιούμενος αὐτὸς φανεῖται. Καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τοῦ κοινοῦ καὶ μεγίστου καὶ κυριωτάτου, τὴν πρὸς Πλάτωνα παραλλαγὴν ἐποιήσατο, μὴ τηρήσας τὸ μέτρον τῆς εὐδαιμονίας, μηδὲ τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς τοῦτο συγχωρήσας· ἀλλ' ἀπολισθὼν τῆς δυνάμεως τῆς κατὰ τὴν ἀρετήν, καὶ ἡγησάμενος αὐτῇ προσδεῖν τῶν ἐκ τῆς τύχης, ἵνα μετὰ τούτων ἕλῃ τὴν εὐδαιμονίαν· εἰ δ' ἐφ' ἑαυτῆς ληφθείη, ὡς ἀδύνατον καὶ οὐκ ἐφικτὸν τῆς εὐδαιμονίας, μεμψάμενος. Τὸ μὲν οὖν ἀγεννὲς καὶ διημαρτημένον τῆς γνώμης ἐν τούτῳ τε κἂν τοῖς ἄλλοις, οὐ τοῦ παρόντος δεικνύναι καιροῦ. Ἐκεῖνο δὲ οἶμαι πρόδηλον, ὅτι τοῦ σκοποῦ καὶ εὐδαιμονίας οὐκ ἴσων ὄντων, οὐδὲ τῶν αὐτῶν κατὰ Πλάτωνα καὶ κατὰ Ἀριστοτέλην· ἀλλὰ τοῦ μὲν βοῶντος ἑκάστοτε καὶ κηρύττοντος ὅτι εὐδαιμονέστατος ὁ δικαιότατος, τοῦ δὲ μὴ ἐκτρέποντος ἕπεσθαι τῇ ἀρετῇ τὴν εὐδαιμονίαν, ἂν μὴ καὶ γένος εὐτυχήσῃ καὶ κάλλος καὶ ἄλλα,

> Καὶ γὰρ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν, ἠΰτε κούρη,

ἀνάγκη κατὰ τὴν διαφορὰν τοῦ τέλους καὶ τὴν ἐπὶ τοῦτο ἄγουσαν φιλοσοφίαν διάφορον εἶναι. Μιᾷ γὰρ ὁδῷ βαδίζοντα, ἥτις ἄγειν πέφυκεν ἐπί τι [a] τῶν μικρῶν καὶ ταπεινῶν, οὐκ ἔστιν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ μείζω καὶ ἐν ὕψει κείμενα.

> Ὁρᾷς, ἵν' ἔστ' ἐκεῖνος ὑψηλὸς πάγος,
> τραχύς τε καὶ παλίγκοτος, ἐγκαθήμενος δ'
> ὁ ἐνελαφρίζων αὐτὸν ὄρνις;

Ἐπὶ τοῦτον τὸν ὑψηλὸν πάγον τὸ δριμὺ καὶ πανοῦργον ἐκεῖνο θηρίον ἀνελθεῖν ἀδύνατον· ἵνα δὲ εἰς ταὐτὸν ἔλθῃ τοῖς ἀετοῦ γεννήμασιν ἀλώπηξ, ἢ τύχῃ τινὶ δεῖ χρησαμένους ἐκείνους πονηρᾷ καταπεσεῖν εἰς γῆν, τῶν οἰκείων αὐτοῖς φθαρέντων· ἢ τὴν φύσασαν αὐτήν, ἃ μὴ πέφυκε φύειν, λαιψηρὰ κυκλῶσαι πτερὰ ταύτῃ, [c] καὶ οὕτως ἀρθεῖσαν ἐκ γῆς ἀνίπτασθαι πρὸς τὸν ὑψηλὸν πάγον. Ἕως δ' ἂν ἑκάτερον [d] ἐπὶ τῆς οἰκείας μένῃ τάξεως, οὐκ ἔνι κοινωνία τοῖς γῆς πρὸς τὰ οὐρανοῦ θρέμματα. Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει, τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων καὶ πειρωμένου τοῦ Πλάτωνος ἕλκειν τὰς τῶν νέων ψυχὰς ἄνω που πρὸς τὸ θεῖον καὶ τοῦτον τὸν τρόπον προσοικειοῦντος μὲν τῇ ἀρετῇ καὶ τῷ καλῷ, τῶν δὲ ἄλλων ἁπάντων ἀναπείθοντος ὑπερφρονεῖν· φράσον ἡμῖν, ὦ Περιπατητικέ, πῶς ἐκδιδάξεις ταῦτα; πῶς ὁδηγήσεις ἐπ' αὐτὰ τοὺς φιλοπλάτωνας; Ποῦ σοι τῆς αἱρέσεως τοσοῦτον ὕψος λόγων, ὥστε τὸ [e] τῶν Ἀλωαδῶν φρόνημα κτήσασθαι, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ὁδὸν ζητεῖν; ἣν ἐκεῖνοι μὲν ᾤοντο ὀρῶν ἀναθέσει δύνασθαι γίνεσθαι· τὸ δ' ἄρ' ἦν ἀφαιρέσει τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων γινόμενον, ὥς φησι Πλάτων. Τίς οὖν ἡ παρὰ σοὶ πρὸς ταῦτα τοῖς νέοις βοήθεια; καὶ πόθεν τις ὁ τῆς ἀρετῆς συναγωνι-

---

tonicum aliquid Peripateticus iste doceat, ut ex pluribus qui a Platone dissentiunt, longius ab eo nemo discesserit. Principio quod ut omnium commune est, ita maximum et præcipuum, in eo Platonem reliquit, et ultra beatitudinis modum progressus satis ad eam rem per sese virtutem futuram negavit. Quippe fugit eum vis potestasque virtutis, eamque fortunæ muneribus egere ad felicitatem consequendam putavit; reprehenso Platone, quod si illa sola per se spectaretur, nunquam ejus beneficio ad illius possessionem perveniri posset. At hominis opinio cum in hoc genere, tum in aliis, quam prava sit errorisque plena, etsi hujus loci demonstrare non est: hoc tamen perspicuum existimo, quum in re proposita et felicitate constituenda Platonis et Aristotelis non una sit eademque ratio; sed ille felicissimum eum, qui justissimus sit, prædicare passim et usurpare consueverit: hic contra virtuti felicitatem comitari non sinat, nisi ad eam natalium etiam splendor, formæ dignitas et alia accesserint:

> *Namque auro radians quasi virgo ad bella profectus est*

quam diversus utriusque finis est, tam diversam utrumque necessario, quæ suum ad finem perducat, philosophiæ formulam componere. Nam qui viam unam quandam, quæ ad pusillum aliquid humileque ferat, semper insistit, is majora et altiora nunquam consequi poterit.

> *Viden' ut hic alto collis assurgat jugo?*
> *Salebrosus, asper, cujus culmini insidens*
> *pennas volucris allevat.*

In excelsum illum montem evadere acris hæc et versipellis bestia nullo modo potest: ut enim eundem in locum aquilæ pulli vulpesque conveniant, aut illi disjecto ac dissipato nido, in terram iniqua quadam sorte decidant necesse est, aut vulpes, quas natura ei largiri non solet, præpetibus alis a rerum parente instruatur, quibus tum demum sublata in arduum illum collem subvolare queat. Quamdiu certe utrumque genus suo loco manebit, nullum terrestribus animantibus cum cœlestibus illis commercium esse poterit. Hæc ille. Tum aliis quibusdam interjectis sic prosequitur. Quæ quum ita sint quumque Plato juvenum animos ad divinum numen trahere conetur eoque modo simul ad virtutem et ad honestatem adducere, ut cæterorum illis omnium despicientiam et contemtionem injiciat: dic nobis, Peripatetice, quo pacto hæc traditurus sis, quam ad ea Platonis amatoribus viam monstraturus. Ubi secta tua tantam doctrinæ excellentiam tibi præbet, ut Aloadarum spiritu sumto viam tibi ad cœlum facere studeas? Atque hoc iter illi montes montibus imponendo facile et expeditum sibi fore putabant. At ea res utique, quemadmodum Plato docet, sublatis demum humanis cupiditatibus impetratur. Ad hæc igitur consequenda quam tu adole-

στῆς λόγος; ἐκ δὲ ποίων γραμμάτων Ἀριστοτέλους; Τίνος τῶν ἀπ' αὐτοῦ; ἐκ ποίων γραφῶν; Δίδωμι γάρ σοι, κἂν ψεύδεσθαι θέλῃς, μόνον τι νεανικόν. Ἀλλὰ γὰρ οὔτ' ἔχεις εἰπεῖν, οὔτ' ἂν ἐπιτρέψαι σοι τῶν ἡγεμόνων τῆς αἱρέσεως οὐδείς. Αἱ γοῦν Ἀριστοτέλους περὶ ταῦτα πραγματεῖαι, Εὐδήμειοί τε καὶ Νικομάχειοι καὶ Μεγάλων Ἠθικῶν ἐπιγραφόμεναι μικρόν τι καὶ ταπεινὸν καὶ δημῶδες περὶ τῆς ἀρετῆς φρονοῦσι, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἂν τις καὶ ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος, καὶ μειράκιον, καὶ γυνή. Τὸ μὲν γὰρ διάδημα, ὡς εἰπεῖν, καὶ τὸ σκῆπτρον τὸ βασιλικόν, ὃ παρὰ τοῦ Διὸς ἔχει λαβοῦσα ἀναφαίρετον ἡ ἀρετή· (ἐπεὶ [f]

οὐ παλινάγρετον, ὅ, ττι κεν
οὗτος τῇ κεφαλῇ ἐπινεύσῃ·)

τοῦτο αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι τολμῶσιν. Οὐ γὰρ ἐπιτρέπουσιν αὐτὴν ποιεῖν εὐδαίμονας· ὁμοίαν δὲ αὐτὴν καθιστᾶσι πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ γένει καὶ ὑγείᾳ καὶ κάλλει, καὶ ὅσα ἄλλα κοινὰ τῆς κακίας. Ὡς γὰρ τούτων ὁτιοῦν παρὸν χωρὶς ἀρετῆς οὐκ αὔταρκες εὐδαίμονα τὸν κεκτημένον ἀποφῆναι· καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ ταὐτὰ χωρὶς τούτων οὐχ ἱκανὴ ποιῆσαι τὸν ἔχοντ' αὐτὴν εὐδαίμονα. Πῶς οὖν οὐ καθῄρηται καὶ καταβέβληται τὸ τῆς ἀρετῆς ἀξίωμα; Ναί· ἀλλὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ὑπερέχειν τὴν ἀρετὴν λέγουσι. Τί δὴ τοῦτο; καὶ γὰρ τὴν ὑγείαν τοῦ πλούτου· ἀλλὰ τό γε χωρὶς ἀλλήλων μὴ ἀρκεῖν πρὸς εὐδαιμονίαν, πᾶσι κοινόν. Ὁπότε οὖν τις [g] ἐκ τούτων τῶν δογμάτων καὶ ταύτης τῆς αἱρέσεως διδάξεις τὸν ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ καὶ πᾶν ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ζητοῦντα, εὐδαίμονα, φασίν, ἐπὶ τροχὸν οὐκ ἀναβαίνειν· οὐδὲ ὁ ταῖς Πριαμικαῖς τύχαις συνεχόμενος δύναιτ' ἂν εὐδαιμονῶν καὶ μακάριος εἶναι. Τὸν δὲ τὴν ἀρετὴν ἔχοντα τοιούτοις τισὶ περιπεσεῖν οὐκ ἀπεικός. Τούτοις δὲ ἕπεται τὸ μήτε ἀκολουθεῖν ἐκ παντὸς τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς τὴν ἀρετὴν ἔχουσι, μήτε εἰ γένοιτο, παραμένειν ἀεί.

Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
τηλεθόωσα φύει·
ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει ἡ δ' ἀπολήγει.

Ἔτι σοι τὸ παράδειγμα μικρὸν καὶ ἄτολμον ὦ ποιητά·

ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρῃ. [h]

Πολὺς ὁ μεταξὺ χρόνος, ἐν ᾧ μηδὲν γίνεται. [i] Εἰ θέλεις ἀκριβῶς τὸ ἐπίκηρον καὶ σαθρὸν τῆς ἀνθρωπίνης γενεᾶς ἀπεικάσαι, παράβαλε [k] τὴν Ἀριστοτέλους εὐδαιμονίαν. Ῥᾶον τῶν φύλλων αὕτη καὶ φύεται καὶ ἀπολείπει, οὐκ ἀναμένουσα περιτελλόμενον τὸν ἐνιαυτόν, οὐδ' αὐτοετεί, [l] οὐδ' αὐτομηνί, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, [m] τῆς αὐτῆς ὥρας, [n] καὶ γίνεται καὶ ἀπόλλυται. Πολλὰ δὲ τὰ ἀπολλύντα, καὶ πάντα ἐκ τῆς τύχης. Καὶ γὰρ αἱ τοῦ σώματος κῆρες, μυρίαι δὲ αὗται, [o] καὶ πενία, καὶ ἀτιμία, καὶ ὅσα τοιαῦτα· καὶ πρὸς οὐδὲν αὐταρκεῖ τὰ τῆς φίλης ἀρετῆς, πρὸς βοήθειαν οὐχ ἱκανά· τὴν μὲν γὰρ κακοδαιμονίαν εἴρ-

scentibus opem fers! Unde vel unum aliquod orationis genus, quod virtuti suffragetur? Quibus ex Aristotelis operibus? aut cujusquam alterius, qui ab eo profectus sit? quibus tandem ex scriptis? Namque, etiamsi mentiri velis, generosi aliquid tibi tantum concedo. Enimvero nec omnino quidquam habes ipse quod dicas : nec ut habeas, quisquam tamen ex hujus disciplinæ principibus id te eloqui patiatur. Quippe Aristotelis hac de re libri, seu qui ad Eudemum, seu qui ad Nicomachum, seu qui Magna Moralia inscribuntur, nihil nisi pusillum quiddam humileque ac vulgare sapiunt, atque ejusmodi, quod idiotæ hominesque indocti, quod adolescentuli ac mulierculæ cogitare possint. Nimirum quod virtuti diadema, ut ita dicam, regiumque sceptrum a Jove datum est, nec auferri a quoquam potest : (quoniam

manet irrevocabile, quidquid
innuerit capite :)

eo tamen illam spoliare audent. Neque enim concedunt, virtutem per sese beatos facere homines, eamque divitiis, gloriæ, generosæ stirpi, sanitati, pulchritudini ac cæteris, quæ ei cum vitio communia sunt, similem esse volunt. Nam ut istorum nihil, quamvis adsit, dum virtus abest, possessorem suum felicem reddere per sese potest : ita ne suo quidem cultori virtus, si universa hæc deerunt, felicitatem afferre valebit. Hoc ergo, quid aliud est, quam virtutis dignitatem infringere et labefactare. Esto, inquit. At virtutem longe cæteris bonis præstare affirmant. Quid tum? Etenim sanitatem divitiis anteponunt : sed quod sine mutua quadam ope ad beatitudinem non sufficiunt, id omnibus commune est. Quum igitur aliquis hujus doctrinæ sectæque regulas secutus docuerit, quisquis in ipso animo humana etiam omnia bona quærat, hunc hominem, utpote felicitate florentem, in rotam pœnalem, ut ajunt, non ascendere : ei profecto felix nunquam et beatus esse poterit, qui duriore Priami fortuna conflictetur. Atqui illos etiam virtutis cultores in talem miseriam incidere, verisimile est. Inde sequitur, nec iis qui virtute præditi sint quoquo modo felicitatem comitari, nec ut comitetur interdum, perpetuam hanc societatem esse.

Fundit humi ventus frondes, aliasque subinde
silva virens generat :
sic ætas illa exorta est, hæc occidit olim.

Præterea illud quod adjungis exemplum, o poeta, exile ac timidum est :

succrescunt tempore verno.

At longum tamen tempus præterit, quo nihil succrescit. Si fragilem et caducam generis humani conditionem ac-

γειν, τὴν δὲ εὐδαιμονίαν διασώζειν ἀσθενής. Τούτοις οὖν τις ἐντραφείς, καὶ τούτοις ἀρεσκόμενος τοῖς λόγοις, τίνα τρόπον ἢ αὐτὸς συνάσεται τοῖς Πλάτωνος, ἢ ἄλλους πρὸς αὐτὰ ἐπιῤῥώσει ποτέ; Οὐ γάρ ἐστιν ὅπως ἄν τις ἐκ τούτων ὁρμώμενος παραδέξαιτο τὰ Ἡράκλεια καὶ θεῖα ἐκεῖνα δόγματα· ὡς ἰσχυρόν τι καὶ πάγκαλον χρῆμα ἀρετή, καὶ οὔποτε ἐνδέουσα πρὸς εὐδαιμονίαν, οὔτε ποτὲ αὐτὴν ἀφαιρουμένη· ἀλλὰ κἂν πενία, κἂν νόσος, κἂν ἀδοξία, κἂν πίττα καὶ σταυρός, κἂν τὰ ἐκ τῆς τραγῳδίας ἅμα πάντα ἐπιῤῥυῇ, ἔτι ὁ δίκαιος εὐδαίμων καὶ μακάριος. Ἐπικηρυκεύει γοῦν αὐτὴ [p] τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ κηρύγματι, [q] καθάπερ ἀθλητήν τινα νικηφόρον, τὸν δικαιότατον, ὅτι οὗτός ἐστιν εὐδαιμονέστατος, ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς δικαιοσύνης τὸν καρπὸν τῆς εὐδαιμονίας δρεπόμενος. Διαίρει τοίνυν, εἰ βούλει, καὶ ποίκιλλε τριχῇ καὶ τετραχῇ καὶ πολλαχῇ τὰ ἀγαθὰ διαστελλόμενος. Οὐδὲν γὰρ ταῦτα πρὸς τὸ προκείμενον. Οὐ δή ποθ' ἡμᾶς δι' αὐτῶν προσάξεις τῷ Πλάτωνι. Τί γὰρ εἰ τῶν ἀγαθῶν, ὡς φής, τὰ μὲν τίμια, καθάπερ οἱ θεοί· τὰ δὲ ἐπαινετά, ὡς αἱ ἀρεταί· τὰ δὲ δυνάμεις, ὡς πλοῦτος καὶ ἰσχύς· τὰ δὲ ὠφέλιμα, ὡς αἱ θεραπεῖαι; τί δ' εἰ ταῦτα ἐλάττονι διαιρέσει διαστελλόμενος, λέγοις τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τέλη, τὰ δὲ οὐ τέλη; τέλη μὲν ὀνομάζων, ὧν χάριν τὰ ἄλλα· οὐ τέλη δέ, τὰ τῶν ἄλλων ἕνεκα λαμβανόμενα. Τί δ', εἰ μάθοι τις, ὅτι τὰ μὲν ἁπλῶς ἀγαθά· τὰ δὲ οὐ πᾶσιν; ἢ ὅτι τὰ μὲν ψυχῆς ἀγαθά, τὰ δὲ σώματος, τὰ δ' ἐκτός; ἢ πάλιν, ὅτι τὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν, δυνάμεις· τὰ δέ, διαθέσεις καὶ ἕξεις, ἄλλα δὲ ἐνέργειαι· τὰ δέ, τέλη· τὰ δὲ ὕλαι, τὰ δὲ ὄργανα; κἂν κατὰ τὰς δέκα κατηγορίας μάθῃ τις δεκαχῇ διανέμειν τἀγαθόν, τί ταῦτα πρὸς τὴν Πλάτωνος γνώμην τὰ διδάγματα; Ἕως γὰρ ἂν οὗ σὺ μὲν εἴτε ὁμωνύμως, εἴτε ὅπως βούλει καλῶν ἀγαθὰ τὰ τῆς ἀρετῆς, ἄλλ' ἅττα πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν ὡς ἀναγκαῖα παραλαμβάνῃς, τὸ ἱκανὸν τῆς ἀρετῆς ἀφαιρούμενος, Πλάτων δ' ἐκ περιουσίας περὶ τῶν ἄλλων ζητῇ, τὸ ἔκπλεον εἰς εὐδαιμονίαν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀρετῆς ἔχων· οὐδὲν ἂν ὑμῖν εἴη κατὰ τοῦτο κοινόν· ἀλλά σοι δεῖ λόγων ἄλλων τῶν τοῦ Πλάτωνος.

> Ὡς [γὰρ] οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά, [r]
> οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν·

οὕτως οὐκ ἔστι Πλάτωνι καὶ Ἀριστοτέλει φιλία περὶ τοῦ κορυφαιοτάτου καὶ κυριωτάτου τῆς εὐδαιμονίας δόγματος. Διαμπερὲς γὰρ εἰ μὴ κακὰ φρονέουσιν ἀλλήλοις, τά γε ὑπεναντία περὶ τῶν εἰς τοῦτο διαφερόντων φαίνονται λέγοντες.

(Eusebius Præp. Evang. lib. XV, cap. 4. Ἀττικοῦ Πλατωνικοῦ πρὸς Ἀριστοτέλην, διενεχθέντα Μωσῇ καὶ Πλάτωνι, εν τῷ περὶ τοῦ τέλους λόγῳ.

---

curatius exprimere vis, Aristoteleam potius beatitudinem cum ea confer. Facilius ea quam frondes ullæ, nascitur atque interit, quippe quæ neque anni conversionem exspectet, neque eodem anno vel mense, sed eodem die eademque hora et oriatur et occidat. Jam vero cum quæ interimant multa sunt, tum omnia in casu posita. Etenim simul fatales quidam corporis morbi sunt, atque ii quidem innumerabiles, simul paupertas, infamia, cæteraque id genus, quibus vel singulis par nullum in bona illa virtute præsidium est; quoniam ipsa per se nec ad deprecandam calamitatem nec ad felicitatem conservandam valet. Quisquis igitur his decretis innutritus acquiescet, quomodo tandem aut ipse cum Platonis disciplina concordabit, aut alios ad eam amplectendam impellet? Neque enim fieri potest, ut quis ab ista philosophia profectus Herculea illa et divina dogmata admittat : robustum et pulchrum quid esse virtutem, quæ nunquam nec ad felicitatem ullo subsidio egeat, neque ea spoliari queat : sed etiamsi paupertas, morbus, infamia, pix, crux, etiamsi illa ex tragœdiis simul omnia in unum confluant, adhuc tamen felicem ac beatum virum justum futurum. Quippe ipsa justi, tanquam victoris athletæ, nomen vocali hoc et ingenti præconio celebrat, hunc demum felicissimum esse affirmans, qui ex ipsa justitia felicitatis fructum percipiat. Age ergo, bona partire, si vis, eaque trifariam, quadrifariam, multifariam variata distingue. Nihil enim hæc ad rem propositam pertinent. Nunquam hac tu via nos ad Platonem adduces. Quid enim juverit, si e bonis alia, ut dicis, venerabilia sint, ut dii; alia laudabilia, ut virtutes; alia facultates, ut divitiæ atque robur; alia denique utilia, ut curationes? Quid porro, quum hæc minutiori divisione distinguens e bonis alia fines esse dixeris, alia negaveris? finium ea nomine afficiens, quorum gratia sunt cætera; non fines autem appellans, quæ cæterorum in gratiam adhibeantur. Quid item, ubi alia simpliciter bona esse didicerimus, alia non omnibus? aut alia quidem animi bona esse, alia corporis, alia externa? aut rursus alia bona facultates esse, alia animi affectiones et habitus, alia denique actus esse? Postremo alia fines, alia materias, alia instrumenta? Sed etiamsi quis didicerit e decem categoriis bonum in decem partes distribuere, quid tandem omnia hæc præcepta ad Platonis mentem pertinebunt? Quam diu enim tu quidem sive communi nomine, sive quocunque modo libuerit, bonum appellans virtutem, sed satis ei per se virium esse negans, alia quædam ut ad felicitatem necessaria assumes : Plato contra dicis causa duntaxat obiterque de aliis quærens, sufficere virtutem ad felicitatem statuet : nihil vobis hoc quidem in genere commune erit : sed præcepta a Platonicis diversa tradas necesse est.

> *Fœdera nulla homines inter sævosque leones :*
> *nunquam agni atque lupi sensu ducuntur eodem.*

Scripsi : [a] ἐπί τι cum Vigero] codd. ἐπὶ τῇ. — [b] τραχύς τε καὶ παλίγκοτος, ἐγκαθήμενος δ' ὁ ἐνελαφρίζων αὐτὸν ὄρνις] libri τραχύς τε καὶ παλίγκοτος, ἐν ᾧ κάθηται ὁ ἐνελαφρίζων ἑαυτὸν ὄρνις. — [c] ταύτῃ cum codd.] αὐτῇ conjecit Vigerus. — [d] ἕως δ' ἂν ἑκάτερον] membranæ ἕως δ' ἑκάτερον. — [e] τὸ τῶν Ἀλωαδῶν] libri τὸ τῶν Ἀλωάδων. Sunt autem Aloadæ, qui et Aloidæ vocantur, Otus et Ephialtes. Vid. Iliad. V, 385. Odyss. XI, 305 seqq. Diodor. Sic. IV, 85. Apollon. Rhod. I, 484. Virgil. Æn. VI, 582. Ovid. Met. VI, 117. Claudian. de bello Getico 74. Cf. Apollodor. I, 7, 4. — [f] ἐπεὶ — οὐ παλινάγρετον κτλ.] mutuatus est hæc ab Homero, qui Iliad. lib. I, vs. 526-527 habet : τέκμωρ· οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν οὐδ' ἀτελεύτητον, ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. — [g] ὁπότε οὖν τις ἐκ τούτων τῶν δογμάτων καὶ ταύτης τῆς αἱρέσεως διδάξειε — δύναιτ' ἂν] Similiter Plato Apol. pag. 41 ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος. Sed Eusebii codices præbent : ὁπόταν οὖν τις κτλ. — [h] ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρῃ] ut in plerisque Homeri membranis Iliad. lib. VI, vs. 149. At Eusebii codices aliam agnoscunt scripturam, quæ tum hujus tum Homeri quibusdam editoribus arrisit ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη, id est, Vigero interprete : *succedunt tempora veris*. Hanc qui tuentur ita exponere solent, quasi scripserit poeta ἔαρος ὅτε ἐπιγίγνεται ὥρη. Verum prior scriptura unice mihi probatur. — [i] ἐν ᾧ μηδὲν γίνεται] e Vigeri conjectura; codd. καὶ ᾧ μὴ γίνεται. — [k] παράβαλε] libri παράβαλλε. — [l] αὐτοετεὶ] legitur etiam apud Theocritum Idyll. XXVIII, 13, ubi Bergkius codicum lectionem temere mutavit in αὐτοενεί. — [m] τῆς αὐτῆς ἡμέρας] codd. αὐτῆς ἡμέρας. — [n] τῆς αὐτῆς ὥρας] codd.; αὐτῆς ὥρας. — [o] μυρίας δὲ αὗται] cum codd. μυρίαι δὴ αὗται conjecit Vigerus. — [p] ἐπικηρυκεύει γοῦν αὐτὴ] cum Vigero; libri ἐπικηρυκεύει γοῦν αὐτῷ — [q] τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ κηρύγματι] e Vigeri conjectura; codd. τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ κήρυκι. — [r] ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστὰ κτλ.] Versus, qui hic commemorantur, sunt Iliad. lib. XXII, 262 et 263. Cæterum γὰρ priori versui ab Attico insertum uncis inclusi. — Præterea annotare libet, in præcedentibus (cf. not. [g]) verba οὐδὲ ὁ ταῖς Πριαμικαῖς τύχαις συνεχόμενος δύναιτ' ἂν εὐδαιμονῶν καὶ μακάριος εἶναι referri ad Aristotelis locum qui legitur Ethic. Nicom. lib. I, cap. XI, pag. 1101. A. ed. Bekker. Ibi enim Stagirites ita scribit : εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων, οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ.)

3. Πάλιν Μωσέως καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Πλάτωνος τούτοις συμφώνως, τὸν περὶ τῆς τῶν ὅλων προνοίας λόγον εὐκρινῶς διατεθειμένων· ὁ Ἀριστοτέλης μέχρι σελήνης στήσας τὸ θεῖον, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη περιγράφει ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ διοικήσεως. [a] Ἐφ' οἷς καὶ ἀπελέγχεται πρὸς τοῦ δηλωθέντος, ὧδέ πη διεξιόντος. Ὄντος δ' ἔτι μεγίστου καὶ κυριωτάτου τῶν εἰς εὐδαιμονίαν συντελούντων τοῦ περὶ τῆς προνοίας πείσματος, ὃ δὴ καὶ μάλιστα τὸν ἀνθρώπινον βίον ὀρθοῖ, εἴγε μὴ μέλλοιμεν ἀγνοεῖν, πότερον δὴ κατ' ἴχνος ὕπτιον [b] ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἐμβαίνει [c] ἐπιχθονίων γένος ἀνδρῶν. Ὁ δὴ Πλάτων εἰς θεὸν καὶ ἐκ θεοῦ πάντα ἀνάπτει. Φησὶ γὰρ αὐτὸν ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν [d] τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχοντα, εὐθείᾳ περαίνειν περιπορευόμενον. Καὶ αὖ πάλιν φησὶν αὐτὸν ἀγαθὸν εἶναι, ἀγαθῷ δὲ μηδένα φθόνον ἐγγίγνεσθαι περὶ μηδενός. Τοῦτον δὲ τὰ ἐκτὸς αὐτοῦ ὄντα πάντα [e] ὅτι μάλιστα ἀγαθὰ ποιεῖν, εἰς τάξιν ἄγοντα ἐκ τῆς ἀταξίας. Πάντων δὲ ἐπιμελούμενον καὶ πάντα κατὰ δύναμιν κοσμοῦντα πεφροντικέναι καὶ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ μετὰ βραχέα· καὶ ὁ μὲν Πλάτων οὕτως. Ὁ δὲ τὴν δαιμονίαν ταύτην φύσιν ἐκποδὼν ποιούμενος, καὶ τήν γε εἰσαῦθις ἐλπίδα τῆς ψυχῆς ἀποτέμνων, τήν τε ἐν τῷ παρόντι πρὸς τοὺς κρείττονας [f] εὐλάβειαν ἀφαιρούμενος, τίνα πρὸς Πλάτωνα ἔχει κοινωνίαν; ἢ πῶς ἂν ἐφ' ἃ βούλεται Πλάτων παρακαλέσαι καὶ πιστώσαιτο τὰ εἰρημένα; Πᾶν γὰρ τοὐναντίον, συνεργὸς ἂν οὗτός γε καὶ συναγωνιστὴς τῶν ἐθελόντων ἀδικεῖν φανείη. Πᾶς γάρ τις

Sic in maximo hoc et præcipuo de felicitate placito inter Platonem et Aristotelem consensus nullus esse potest. Prorsus enim, si minus alter erga alterum male animatus sit, contraria saltem eos de rebus huc pertinentibus dicere apparet.

3. Rursus quum Moses et Hebræorum prophetæ maximeque Plato his astipulatus verba de universo providentia administrato perspicue fecerint : Aristoteles in lunari orbe divino numini terminos statuens reliquas mundi partes ab ejus cura et gubernatione segregavit. Quam ob causam his etiam ab eodem Attico verbis redarguitur. Quum porro, inquit, inter ea quæ ad felicitatem prosunt res una omnium maxima et potissima de providentiæ vi persuasio sit, quæ vel maxime humanam vitam erigit, si minime ignoremus, utrum recto itinere an per errorum flexus terrestrium hominum genus incedat : Plato omnia ad deum auctorem refert eique cuncta vindicat. Dicit enim eum ita rerum omnium principium, media finemque tenere, ut recta semper eas obeundo perficiat. Tradit insuper bonum illum esse, bonum autem nemini unquam ulla in re invidere. Hunc vero quæ extra se sint quam optima cuncta efficere ex perturbatione in ordinem redacta. Denique qui omnium curam agat atque illa pro pote-

ἄνθρωπος ὢν καὶ ταῖς ἀνθρωπίναις ὀρέξεσι κατεσχημένος, ἂν καταφρονήσῃ τῶν θεῶν, κἀκείνους μηδὲν νομίσῃ [g] πρὸς αὐτὸν ἀνήκειν, [h] πόῤῥω μὲν αὐτῶν ἀπῳκισμένος ἐν τῷ ζῆν, ἀπαθανὼν δὲ οὐδὲ ἔτι ὤν, ἕτοιμος ἂν ἔλθοι πρὸς τὸ χαρίζεσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις. Πίστιν γὰρ λαϐεῖν περὶ τοῦ λαθεῖν ἀδικοῦντα οὐκ ἀδύνατον, ἄν γε ἀνθρώπους δέῃ λανθάνειν· οὐ μὴν ἀναγκαῖον [i] ἐκ παντὸς λαθεῖν ζητεῖν, ὅπου γέ τις τῶν πεφωρακότων κρατεῖν ἀδύνατός ἐστιν. [k] Ὥστε ἕτοιμόν τι χρῆμα πρὸς ἀδικίαν ἡ τῆς προνοίας ἀπόγνωσις. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ πάνυ χρηστός ἐστιν, ὅστις τὴν ἡδονὴν ἡμῖν προτείνας ὡς ἀγαθόν, καὶ τὴν ἐκ θεῶν ἄδειαν παρασχόμενος, ἔτι μηχανὴν πρὸς τὸ μὴ ἀδικεῖν πορίζειν οἴεται· ὅμοιόν τι ποιῶν ἰατρῷ, τὴν μὲν ἔτι ζῶντος τοῦ κάμνοντος βοήθειαν παρέντι, μετὰ θάνατον δὲ πλέκειν τινὰς μηχανὰς [l] πειρωμένῳ πρὸς σωτηρίαν τοῦ τεθνεῶτος. Παραπλησίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ περιπατητικός. Οὐ γὰρ οὕτως ἡ περὶ τὴν ἡδονὴν σπουδή, ὡς ἡ περὶ τὸ θεῖον, ὅτι κήδοιτο, ἀπιστία, τὴν ἀδικίαν ἐπιῤῥώννυσι. Τί οὖν, φήσαι τις ἄν, ἐν ταὐτῷ θήσεις Ἀριστοτέλην καὶ Ἐπίκουρον; Πάνυ μὲν οὖν, ὥς γε πρὸς τὸ προκείμενον. Τί γὰρ διαφέρει πρὸς ἡμᾶς, ἢ τοῦ κόσμου τὸ θεῖον ἐξοικίσασθαι καὶ μηδεμίαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸ κοινωνίαν ἀπολιπεῖν, ἢ ἐν κόσμῳ τοὺς θεοὺς καθείρξαντα τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων ἀποστῆσαι; Κατ' ἴσον γὰρ ἀμφοτέροις τὸ ἐκ θεῶν ἀμελὲς εἰς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἴση τοῖς ἀδικοῦσι ἀπὸ τῶν θεῶν ἄδεια. Τὸ δὲ ἐκείνων μενόντων κατ' οὐρανὸν καὶ ἡμᾶς τι χρηστὸν ἀπολαύειν, μάλιστα μὲν κοινὸν καὶ ἀλόγων καὶ ἀψύχων· ἤδη δὲ ταύτῃ γε καὶ κατ' Ἐπίκουρον ὄνησις τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ θεῶν γίγνεται. Τὰς γοῦν βελτίονας ἀποῤῥοίας αὐτῶν φασι τοῖς μετασχοῦσι μεγάλων ἀγαθῶν παραιτίας γενέσθαι. Ἀλλ' οὔτε τοῦτον, οὔτε ἐκεῖνον δίκαιον ἐν προνοίας ὑπερμάχων ἀριθμεῖσθαι λόγῳ [m]. Εἴπερ γὰρ καὶ κατ' Ἐπίκουρον τὸ τῆς προνοίας οἴχεται, καίτοι τῶν θεῶν κατ' αὐτὸν πᾶσαν κηδεμονίαν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν οἰκείων ἀγαθῶν εἰσφερομένων· οὕτως ἂν οἴχοιτο καὶ κατ' Ἀριστοτέλην τὸ τῆς προνοίας, εἰ καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν ἐν τάξει τινὶ καὶ κόσμῳ διοικεῖται. Πρόνοιαν γὰρ ζητοῦμεν ἡμῖν διαφέρουσαν, ἧς οὐ μέτεστι τῷ μήτε δαίμονας, μήτε ἥρωας, μήτε ὅλως ἐπιδιαμένειν δύνασθαι τὰς ψυχὰς συγκεχωρηκότι. Ἐκεῖνο δέ μοι κριτῇ καὶ αἰσχυντηλότερον ὁ Ἐπίκουρος δοκεῖ πεποιηκέναι. Ὥσπερ γὰρ ἀπογνοὺς δύνασθαι τοὺς θεοὺς ἀποσχέσθαι τῆς ἀνθρώπων κηδεμονίας, εἰς ταὐτὸν ἐλθόντας αὐτοῖς, καθάπερ εἰς ἀλλοδαπὴν ἀπῴκισε, καὶ ἔξω που τοῦ κόσμου καθίδρυσε, τὸ ἀπάνθρωπον αὐτῶν τῇ ἀποστάσει καὶ τῇ πρὸς ἅπαν ἀκοινωνησίᾳ παραιτούμενος. Ὁ δὲ περιττὸς ἡμῖν οὗτος τῆς φύσεως εὑρετής, καὶ τῶν θείων πραγμάτων ἐπιγνώμων ἀκριϐής, ὑπ' αὐτὴν τὴν ὄψιν τῶν θεῶν τὰ ἀνθρώπινα πράγματα ὑποθείς, εἴασεν ἀτημέλητα καὶ ἀφρόντιστα, φύσει τινὶ καὶ οὐ θείῳ λογισμῷ διοικούμενα. Ὅθεν εἰκότως ἂν καὶ αὐτὸς οὐδ' ἐκεῖνο τὸ ἔγκλημα ἐκφύγοι, ὃ κατ' Ἐπικούρου [n] τινὲς μαντεύονται· ὡς ἄρα μὴ κατὰ γνώμην, ἀλλὰ διὰ τὸ πρὸς ἀνθρώπων δέος τοῖς θεοῖς ἀπένειμεν [o] ἐν τῷ παντὶ χώραν, ὥσπερ ἐν θεάτρῳ θέαν.

---

state ornet, humano etiam generi prospicere. Et paucis interjectis : ac Plato quidem, inquit, ita sentit. At vero Aristoteli, dum excellentem illam divinamque naturam summovens, spem simul futuri omnem animo conceptam tollit, simul etiam e vestigio omnem adversus deos pietatem aufert; quæ tandem cum Platone communitas esse possit? aut quomodo ad Platonis præcepta percipienda adhortetur ejusque dicta ulla ex parte confirmet? Contra sane improbis adjutorem se palam ac sceleris administrum profitetur. Quisquis enim homo est et humanis cupiditatibus affectus, is si deos semel contemserit, nec eos ad se quidquam pertinere putaverit, propterea quod procul ab iis disjunctus hic vivat, nec post mortem ullus sit futurus, utique fidenter voluptatibus serviat. Nam si homines tantum fallendi erunt, non erit, cur eos, quum improbe faciet, latere se posse desperet : nec tamen quoquo modo sceleri latebram quærendam putabit, quandoquidem ex iis qui deprehenderint tenere ipsum et cohibere nemo poterit. Quamobrem qui de providentia desperaverit, ei facilis est ad improbitatem transitus Prorsus enim vir bonus ille sit necesse est, qui postquam nobis hinc voluptatem tanquam bonum aliquod porrexerit, illinc deorum metum omnem sustulerit, prohibendi tamen sceleris rationem sibi adhuc inire videatur. Facit autem similiter ac si medicus, postquam ægroto nullam dum adhuc vivebat opem tulit, mortuo demum novis artibus afferre salutem conetur. Huic utique finitimus noster etiam Peripateticus est. Neque enim ita voluptatis appetitio, ut certum de diis res humanas non curantibus præceptum ad improbitatem corroborandam valet. Quid ergo, inquiet aliquis, tu eodem loco Aristotelem, quo Epicurum habiturus es? Omnino, quantum ad hanc quæstionem. Quid enim nostra interest, utrum e mundo numen divinum extermines, nobisque cum eo nihil communitatis relinquas, an deos in mundo inclusos a rebus terrestribus semoveas ac sejungas? Æqualis videlicet ex utraque doctrina cum in diis hominum neglectio, tum in improbis deorum metus vacuitas consequetur. Nam quod ex iis, dum in cœlo versantur, fructus aliquid nos etiam capiamus : primum totum hoc nobis cum rebus non ratione solum, sed etiam anima carentibus commune est : deinde similem quoque utilitatem dii hominibus Epicuro judice afferunt. Quæ enim ab illis optima defluunt, quibus ipsa contigerint, ingentium bonorum causas esse docent. At neque hunc, neque illum æquum est in providentiæ defensoribus numerari.

Τεκμήριον δὲ ποιοῦνται τῆς γνώμης τοῦ ἀνδρός, ὅτι αὐτῶν ἀφεῖλε τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐνέργειαν, ἐξ ἧς μόνης τὸ εἶναι τοὺς θεοὺς ἔμελλε τὴν δικαίαν πίστιν ἕξειν. Τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο καὶ Ἀριστοτέλης ποιεῖ. Ἀποστήσας [p] γὰρ τοὺς κρείττονας καὶ παραδοὺς ὄψει μόνῃ τὴν πίστιν, πράγματι κρίνειν ἀσθενεῖ τὰ ἐκ τοσούτου διαστήματος, τάχ' ἂν αἰδοῖ δοκοίη λέγειν ἐνταῦθα εἶναι θεούς. Οὐ γὰρ ἀπολιπὼν ἔξω τι τοῦ κόσμου, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐπὶ γῆς προσαγαγὼν τοὺς θεούς, ἀνάγκην ἔσχεν ἤτοι παντάπασιν ἄθεος εἶναι ὁμολογεῖν, ἢ τοῦ [δοκεῖν] ἀπολιπεῖν [q] θεοὺς δόξαν ἀνασώζειν, ἐνταῦθά που τοὺς θεοὺς ἀποικίσας. Ὁ δὲ τὴν τῶν κρειττόνων ἀκρίβειαν παραιτησάμενος τῇ ἀμιξίᾳ ἔοικεν εὐσχημόνως ἀπιστεῖν τοῖς θεοῖς. Ταῦτα ὁ Ἀττικὸς πρὸς Ἀριστοτέλην χρεοκοποῦντα τὸν περὶ προνοίας λόγον. Ὁ δ' αὐτὸς ἔτι καὶ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις προστίθησι, πρὸς τὸν αὐτὸν ἀποτεινόμενος, μὴ βουλόμενον γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV, cap. 5 τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, διενεχθέντα Μωσῇ καὶ Πλάτωνι ἐν τῷ περὶ προνοίας λόγῳ. Scripsi : [a] περιγράφει ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ διοικήσεως] ut apud Æschinem adv. Ctes. cap. 72, p. 446 περιγράψατέ με ἐκ τῆς πολιτείας; codd. περιγράφει τῆς τοῦ θεοῦ διοικήσεως. — [b] ὕπτιον] cum Vigero; libri ὕψιον. — [c] ἐμβαίνει] membranæ ἀναβαίνει. — [d] καὶ τελευτὴν] Plato de legg. IV, p. 715 ὁ μὲν δὴ θεός, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος κτλ. — [e] τοῦτον δὲ τὰ ἐκτὸς αὐτοῦ ὄντα πάντα] codd. τούτου δὲ ἐκτὸς ὄντα, πάντα. — [f] πρὸς τοὺς κρείττονας] cum Vigero; libri πρὸς τῶν κρειττόνων. — [g] κἀκείνους μηδὲν νομίσῃ] e Vigeri conjectura; libri καὶ μηδὲν νομίσῃ. — [h] πρὸς αὐτὸν ἀνήκειν, πόῤῥω] codd. πρὸς αὐτὸν, πόῤῥω. — [i] οὐ μὴν ἀναγκαῖον] cum codd.; οὐ μὴν οὐδ' ἀναγκαῖον conjecit Vigerus. — [k] κρατεῖν ἀδύνατός ἐστιν] libri κρατεῖν δυνατός ἐστιν. — [l] πλέκειν τινὰς μηχανὰς] e Vigeri conjectura; codd. πλέκειν τινὰς μὲν μηχανάς. — [m] ἐν προνοίας ὑπερμάχων ἀριθμεῖσθαι λόγῳ] libri ἐν προνοίας ἀριθμεῖσθαι λόγῳ. — [n] κατ' Ἐπικούρου] e Vigeri conjectura; codd. κατ' Ἐπίκουρον. — [o] ἀπένειμεν] codd. κατένειμεν. — [p] ἀποστήσας γὰρ τοὺς κρείττονας καὶ παραδοὺς] libri ἀποστήσας γαρ καὶ παραδούς. — [q] τοῦ δοκεῖν ἀπολιπεῖν θεοὺς] cum codicibus, licet δοκεῖν, quod a me uncis inclusum est, omitti possit. Cæterum nonnulla eorum quæ hic super Epicuro dicuntur, congruunt cum Ciceronis de eodem philosopho testimoniis. Sed ut alios ejus locos prætermittam, de nat. deor. lib. I, cap. 30 seq. ita scribit : quamquam video nonnullis videri Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis κυρίας δόξας, hæc, ut opinor, prima sententia est : *Quod beatum et immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium.* In hac ita exposita sententia sunt qui existiment, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto de homine minime vafro male existimant. Dubium est enim, utrum

---

Si enim de Epicuri sententia, quamvis deos omnem curam in bonorum suorum conservatione adhibere velit funditus tamen providentia tollitur : eam etiam secundum Aristotelis decreta tolli necesse est, etiamsi in rerum cœlestium moderatione ordinis aliquid ornatusque cernatur. Nimirum nos eam, quæ nostra intersit providentiam quærimus; qua sane careat oportet, qui nec genios aut heroes, nec animos omnino sempiternos esse concesserit. Illud vero me judice verecundius etiam fecit Epicurus, qui quod fieri posse desperaret, ut se ab hominum cura, si semel cum iis versarentur, superi abstinerent, eos tanquam in peregrinum aliquod solum relegatos extra mundum alicubi collocavit omnem ab iis inhumanitatis suspicionem hoc intervallo atque hac ab universo separatione depellens. At vero summus hic naturæ speculator, rerumque divinarum diligens existimator, ubi res humanas in ipso deorum conspectu posuit, illas nobis omni eorum cura et provisione destitutas reliquit, ac natura nescio qua potius, quam divina ulla ratione consilioque gubernatas. Quamobrem ne illud quidem crimen et ipse merito effugiat quod de Epicuro nonnulli suspicati sunt, eum non quod ita sentiret, sed quod hominum de se judicia extimesceret, hoc in universo diis, tanquam in theatro, locum spectandi aliquem tribuisse. Quam ad hominis mentem hac conjectura ducuntur, quod omni eos in rebus nostris vi et effectu privaverit, ex quo tamen uno deos esse colligi merito credique debuisset. Idem enim hoc etiam Aristoteles facit. Nam qui simul et deos procul hinc ablegct, et uni tamen oculorum sensui fidem relinquat, qui sensus ad judicandas res tam longo intervallo disjunctas parum valet : is, opinor, pudore duntaxat commotus deos ibi esse affirmare videatur. Quippe quum nec extra mundum quidquam esse velit, et deos a rerum terrestrium contagione sevocatos statuat : necesse fuit aut omnino se atheum profiteretur, aut suam de diis a se agnitis sententiam, eos istuc amandando, constanter tueretur. At vero alter ille qui cœlites ob vitæ genus omni cum mortalibus commercio carens cura et diligentia liberavit, honeste diis diffidere videtur. Hæc Atticus adversus Aristotelem vim præcept de divina providentia dati eludentem. Idem vero præterea etiam hæc superioribus subjungit, in eundem invehens, quod mundum ortum esse nolit.

aliquid dicat esse beatum et immortale, an, si quid sit, id esse immortale.)

4. Πάλιν Μωσέως γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον ὁρισαμένου, ποιητήν τε καὶ δημιουργὸν τοῖς ὅλοις τὸν θεὸν ἐπιστήσαντος, τοῦ τε Πλάτωνος τὰ ἴσα Μωσεῖ φιλοσοφοῦντος· τὴν ἐναντίαν κἀν τούτοις ὁ Ἀριστοτέλης ὁδεύσας ἀπελέγχεται πρὸς τοῦ δηλωθέντος συγγραφέως, ὧδε πρὸς ῥῆμα γράφοντος. Πρῶτον δὴ περὶ γενέσεως κόσμου σκοπῶν, καὶ τὸ τῆς προνοίας τὸ μέγα τοῦτο καὶ πολυωφελὲς δόγμα πάντα ζητεῖν ἀναγκαῖον ἡγούμενος· καὶ λογισάμενος, ὅτι τῷ μὴ γενομένῳ, οὔτε τινὸς ποιητοῦ οὔτε τινὸς κηδεμόνος πρὸς τὸ γενέσθαι καλῶς χρεία, ἵνα μὴ ἀποστερήσῃ τὸν κόσμον τῆς προνοίας, ἀφεῖλε τὸ ἀγέννητον αὐτοῦ. Παραιτούμεθα δὲ νῦν μὴ ἐμποδὼν ἡμῖν τοὺς ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἑστίας εἶναι, οἷς ἀρέσκει καὶ κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον ἀγέννητον εἶναι. Δίκαιοι γάρ εἰσιν ἡμῖν συγγνώμην νέμειν, εἰ περὶ τῶν δοκούντων Πλάτωνι πιστεύομεν οἷς αὐτὸς Ἕλλην ὢν πρὸς Ἕλληνας ἡμᾶς σαφεῖ τε καὶ τρανῷ τῷ στόματι διείλεκται. Παραλαβὼν γάρ, φησίν, ὁ θεὸς πᾶν ὅσον ἦν ὁρατόν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, πλημμελῶς δὲ καὶ ἀτάκτως κινούμενον, εἰς τάξιν ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος τοῦτο ἐκείνου πάντως ἄμεινον. Ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον ὅτι μὴ δι' αἰνιγμάτων, μηδ' ἐπὶ τοῦ σαφοῦς χρείᾳ τὴν γένεσιν παρεδέξατο, δηλοῖ δι' ὧν ὁ πατὴρ αὐτῷ τῶν πάντων διείλεκται περὶ τούτου, μετὰ τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν. Ἐπειδὴ [a] γάρ, φησί, γεγένησθε, (λέγει δὲ πρὸς τοὺς θεούς,) ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστέ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι γε μὴν λυθήσεσθε, τῆς ἐμῆς βουλήσεως τυχόντες. Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, πρὸς μὲν τοὺς ἔνδον ἡμῖν φθεγγομένους, ἅτε φίλους ὄντας, φιλίως τε καὶ μεθ' ἡσυχίας πραέσιν ἐλέγχοις διακριθείημεν ἄν. Ἔοικε γὰρ καὶ τούτους Ἀριστοτέλης μεταθεῖναι, τῇ μὲν κατηγορίᾳ τοῦ δόγματος ἀντισχεῖν ἀδυνατήσαντας, τὸ δὲ ἁλῶναι δόξαν ὡς ψεῦδος οὐ βουληθέντας ἀναθεῖναι Πλάτωνι. Κατὰ δὲ τὴν ἡμετέραν ἀκοὴν ἀξιοῦντος Πλάτωνος τὸν κόσμον γεγονέναι κάλλιστον ἔργων, ὑπὸ τοῦ καλλίστου τῶν δημιουργῶν, καὶ περιθέντος τῷ τοῦ παντὸς ποιητῇ δύναμιν, δι' ἧς οὐκ ὄντα πρότερον ἐποίησε τὸν κόσμον, καὶ ποιήσας, εἰς ἀεὶ βουλόμενός γε σῶον διαφυλάξει· καὶ ταύτῃ δὴ γεννητοῦ καὶ ἀφθάρτου κατ' αὐτὸν ὑποκειμένου τοῦ κόσμου, τίς ἡμῖν τῶν περιπατητικῶν ταῦτα βεβαιοῖ; δεῖ δὲ παραμυθήσασθαι τὸν συναγωνιστὴν τούτων, ὅτι οὐ πάντως, εἴ τι γέγονεν, ἀνάγκη τοῦτο φθαρῆναι· πάλιν δ' οὐδ' εἴ τι μὴ φθαρήσεται, τοῦτο ἀναγκαῖον ἀγέννητον εἶναι. Οὔτε γὰρ μίαν αἰτίαν τῷ ἀφθάρτῳ τὴν ἐκ τοῦ ἀγεννήτου συγχωρητέον, οὔτε τῷ γενομένῳ τὴν εἰς ὄλεθρον μεταβολὴν ἀβοήθητον καταλειπτέον. Πόθεν οὖν ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους λάβοιμεν ἂν βοήθειαν εἰς ταῦτα, ἀνδρὸς οὐ τηνάλλως, οὐδὲ καθ' αὑτὸν περαίνοντος [b] τὸν περὶ τούτων λόγον, ἀλλ' ἐξ ὀρθοῦ πρὸς Πλάτωνα ἐναντιουμένου, καὶ τό τε γενόμενον εἰς ἀνάγκην τοῦ ἀπολέσθαι περιιστάντος, τό τε μὴ ἀπολλύμενον ἐκ μόνου τοῦ μὴ γενέσθαι λέγοντος κρατύνεσθαι ἄφθαρτον, [c] οὐ μὴν ὡς δύναμιν ἀπολείποντος αὐτοῦ περὶ τὸν θεόν, ᾗ χρώμενος ἀγαθὸν ἄν τι ποιήσαι; Ὃ γὰρ οὔπω πρότερον γέγονε, τοῦτο, φησίν, οὐδ' ἂν γένοιτο. Τοσοῦτόν τε ἀποδεῖ τοῦ διὰ τούτων βοηθεῖν τῷ Πλάτωνος λόγῳ, ὥστε ἤδη τινὰς καὶ τῶν περὶ Πλάτωνα ἐσπουδακότων φοβήσας, οἷς εἶπεν, ἀπέστησε τοῦ δόγματος· οὐ δυνηθέντας συνιδεῖν, ὅτι κατὰ μὲν τὴν αὐτῶν φύσιν τῶν πραγμάτων, ἐάν τις [d] ἄνευ θεοῦ βουλήσεως καὶ δυνά-

---

4. Mundum rursus Moses cum ortum statuit, tum ejus opificem ædificatoremque deum huic rerum universitati præfecit : quo in genere Mosi quoque consentanea Plato disputat. Contrariam utrique Aristoteles hac etiam in quæstione viam ingressus, ab eodem Attico ita ad verbum scribente refutatur. Principio, inquit ille, quum de mundi ortu Plato commentaretur atque meditaretur, idemque magnum illud et fructuosum providentiæ dogma cuivis diligenter examinandum putaret; ac simul censeret, nullo ortu generatum neque effectore neque curatore ad bene vivendum egere : continuo, ne mundum providentia privaret, nunquam esse ortum negavit. Hic vero homines eandem sectam profitentes, qui mundum etiam de Platonis sententia ortum esse negant, rogamus, ne nobis impedimento sint. Æquum enim profecto est hanc eos nobis veniam dare, si quantum ad Platonis doctrinam iis ipsis fidem adjungamus, quæ clara et splendida voce apud nos, hoc est Græcos homines, Græcus homo disputavit. Quum enim, inquit, deus quidquid erat aspectabile assumpsisset, id non tranquillum et quietum, sed immoderate atque indigeste agitatum ex inordinato in ordinem adduxit, statum hunc ratus utique altero illo meliorem futurum. Cæteroqui se non aut ænigmatis specie aut illustrandæ tantum rei gratia hunc mundi ortum probasse, declarat etiam magis illis verbis, quibus rerum, ut vocat, parentem de ea causa post creatam rerum universitatem usum esse scribit. Nimirum quoniam, inquit, orti estis (deos autem alloquitur), immortales vos quidem esse et plane indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissolvemini, quod meæ voluntatis vinculo colligati estis. Verum, uti jam dixi, cum iis qui nos intus domique nostræ alloquuntur, tanquam cum amicis, amice quoque et placide controversiam hanc mitioribus argumentis transigere liceat. Nam hos etiam Aristoteles ad suam sententiam traduxisse videtur, qui nec dogmatis hujus reprehensioni repugnare possent, neque ullam tamen opinionem, quam ipsi ut falsam convellerent, Platoni tribuisse convinci vellent. Nunc vero, quum Plato, uti nostris ipsi auribus docentem audivimus et mundum operum omnium pulcherrimum a præstantissimo opifice factum existimet, et eam universitatis molitori vim ac potestatem assignet

μεως [e] ἐπινοήσῃ, οὔτε τὸ γενόμενον ἄφθαρτον, οὔτε τὸ μὴ φθαρησόμενον γεννητόν. Ὅταν δὲ τὴν ἀρίστην τις αἰτίαν ἐπιστήσῃ τὴν ἐκ θεοῦ, δεῖ ταύτην ἡγεμόνα τῶν πάντων λαβόντα, μηδὲν αὐτὴν τῶν ἄλλων αἰτιῶν [f] ἀποφαίνειν χείρονα. Γελοῖον γάρ, διότι μὲν γέγονέ τι, διὰ τοῦτο φθαρῆναι· εἰ δὲ ὁ θεὸς βούλεται, μὴ φθαρῆναι· καὶ διότι μέν τι ἀγέννητόν ἐστιν, ἔχειν ἰσχὺν τοῦ μὴ φθαρῆναι· τὴν δὲ παρὰ θεοῦ βούλησιν ἐνδεῖν, πρὸς τὸ ἄφθαρτον τηρῆσαί τι τῶν γενομένων. Καὶ ὁ μὲν οἰκοδόμος ἱκανὸς οὐκ οὖσαν οἰκίαν κατασκευάσασθαι· ἱκανὸς δέ τις καὶ ἀνδριάντα μὴ ὄντα πρότερον, ὄντα ποιῆσαι· καὶ ναῦν ἄλλος ἐξ ὕλης ἀργοῦ τεκτηνάμενος παρέσχε τοῖς δεομένοις· καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ἕκαστος, ὅσοι γε τὰς ποιητικὰς μετίασι τέχνας, δύναμιν ταύτην ἔχουσιν, ὥς τι τῶν οὐκ ὄντων ἄγειν εἰς οὐσίαν. Ὁ δὲ παμβασιλεὺς καὶ ἀριστοτέχνης, οὐδ' ὅσον ἀνθρωπίνου τεχνίτου δυνάμεως μεθέξει, ἄμοιρος δ' ἡμῖν πάσης ἔσται γενέσεως; οὐκ, ἐάν γε κατὰ βραχὺ θείας αἰτίας ἐπιλογισμὸν οἷοί τε ὦμεν λαβεῖν. Ἀλλὰ ποιῆσαι μὲν ἱκανὸς καὶ βουληθῆναι τὰ καλά· ἀγαθός γάρ, (ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς φθόνος περὶ οὐδενός·) τηρῆσαι δὲ καὶ διαφυλάξαι τὰ γενόμενα οὐ δυνατός; Καὶ μὴν καὶ οἱ λοιποὶ τεχνῖται πρὸς ἄμφω ἱκανοί. Ὁ γοῦν οἰκοδόμος καὶ ὁ ναυπηγὸς οὐ μόνον καινὰς κατασκευάζονται ναῦς καὶ οἰκίας, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑπὸ χρόνου διαφθειρομέναις ἱκανοὶ βοηθεῖν, ἕτερα τῶν πεποιημένων ἀντικαθιστάντες αὐταῖς. Ὥστε καὶ τῷ θεῷ πάντως [g] τό γε τοσοῦτον συγχωρητέον. Ὁ γάρ τις ὅλον ποιῆσαι δυνατός, τοῦτο πῶς ἂν ἐκ μέρους ἀδύνατος εἴη ποιεῖν; Καὶ γενέσθαι τοίνυν τι καινόν, εἴγε μέλλοι [h] τις ὅλως εἶναι ποιητής, καὶ τὸ καλὸν ἔργον πρὸς ἅπαν διασώζεσθαι. Τὸ γὰρ εὖ γενόμενον ἐθέλειν λύειν, κακοῦ. Μείζων δὲ ἄλλος εἰς σωτηρίαν τῶν γενομένων δεσμὸς οὐκ ἔστι τῆς τοῦ θεοῦ βουλήσεως. Ἢ ἀνθρωπίνης μὲν σπουδῆς καὶ βουλήσεως μεταλαβόντα πολλά, καὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, καὶ ἔργα, μένει χρόνον ἀμήχανον ὅσον γενόμενα, μηκέτ' ὄντος τοῦ θελήσαντος· τὰ δὲ τῆς τοῦ θεοῦ μετασχόντα γνώμης, καὶ δι' αὐτὸν καὶ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, ταῦτα δὴ ἄρα παρόντος τοῦ ποιήσαντος οἰχήσεται καὶ οὐ

qua tum cum qui antea nullus erat mundum effecerit, tum factum jam a se, perpetuo si velit, integrum et incolumem servabit : atque ita mundus Platonis judicio simul ortus sit, simul sempiternus, quis tandem peripateticorum nobis ista rationibus probabit? Enimvero amice nobis monendus est dogmatum istorum defensor, neque si quid ortum sit, id necessario occidere debere, neque si quid vicissim nunquam occidet, id nullo ortu generatum esse. Neque enim aut quod interitu careat, id aliam nullam, quam quod etiam ortu careat, perpetuitatis suæ causam habere concedendum est : aut quod semel ortum habuerit, ei inexorabilis quædam intereundi necessitas imponenda. His ergo stabiliendis quid tandem ex Aristotelis doctrina præsidii nobis comparabimus? ejus nempe hominis, qui non obiter, imo nec per se istud disputationis genus contexat, sed recta in Platonem feratur, eique quod ortum est pereundi necessitatem afferat; quod vero non pereat, id ex eo tantum, quod ortum nunquam sit, integrum manere defendat : postremo ne deo quidem ipsi boni ullius, si velit, efficiendi vim ac potestatem relinquat? Quod enim prius nondum erat, id esse, inquit, postea nullo modo potest. Atque hoc orationis genere tantum abest, ut Platonis doctrinam stabiliverit, ut eo absterritos ex illis nonnullos, qui Platoni operam dabant, de ea sententia demoverit. At vero illi intelligere non potuerunt, si rerum ipsarum natura per sese atque a dei voluntate ac numine sejuncta spectetur, neque quod ortum semel est, id ab interitu liberum futurum, neque vicissim quod interibit nunquam, idem ortum aliquando esse : sin autem præcipua divinæ causæ ratio habeatur, æquum esse profecto, eam semel omnium ducem et principem constitutam, nihilo saltem infirmiorem quam cæteras judicari. Etenim ridiculum utique fuerit, quod ortum aliquid sit propterea id corrumpi; idem si corrumpi deus voluerit, non corrumpi : similiter, quod aliquid ortu careat, propterea illud interitus a se propulsandi vim habere; divinam contra voluntatem non satis ad eorum quidquam, quæ generata sunt, ab interitu liberandum valere. An vero domum, quæ non erat, architectus ædificare poterit, statuam alius facere, quæ antea non esset, alius ex rudi materia navem hominibus illa egentibus construere : postremo quicunque in artibus operosis versantur, aliquid ut sit quod prius non erat, efficiendi vim habebunt : summum illum regem et optimum artificem potestatis ne tantum quidem, quantum mortalem opificem habere concedemus, omnique eum generandi facultate privabimus? Nunquam profecto, si paullatim causam divinam cogitatione complecti poterimus. Quid igitur? An forte (quoniam ipse bonus est; bonus autem nemini quidquam invidet) præclara efficere cum possit, tum etiam velit, quæ tamen effecta sint conservare idem tuerique non possit? Atqui cæteri artifices utrumque possunt. Architecti quidem et navium fabricatores non solum novas seu domos seu naves ædificant, sed iis etiam tempore vitiatis partes alias in prius factarum corruptarumque locum substituendo, mederi possunt. Quamobrem omnino saltem tantundem deo concedendum est. Quod enim totum efficere quis potuerit, quomodo ex parte id ipsum efficere nequeat? Itaque, si quis omnino effector futurus est, eum ejus novum aliquod opus exstare, tum illud si bonum fuerit, per eum ab omni injuria vindicari oportebit. Opus enim bene coagmentatum dissolvere velle, mali utique fuerit. Porro ad ea quæ facta sunt conservanda, non aliud divina voluntate fortius est vinculum. Quid enim? an populi, urbes, opera

παραμενεῖ; Τίνος αἰτίας βιασαμένης τὴν τοῦ θεοῦ γνώμην; Πότερον τῆς ἐξ αὐτῶν τῶν γενομένων ἀνάγκης; Ἀλλ' αὐτή γε τῷ προσέσθαι τὸ κοσμηθῆναι τὴν ἐκ θεοῦ προσωμολόγησεν ἧτταν. Ἀλλ' ἔξωθέν τινος αἰτίας ἀνταγωνιζομένης τῷ θεῷ; Ἀλλ' οὔτ' ἔστιν, οὔτε ἐν οἷς ἔφθη κρατήσας καὶ κοσμήσας ὁ θεός, ἔτι ἄξιον ἐν τούτοις αὐτὸν ἐλαττοῦν τινος, εἴ γε μὴ παντάπασι λανθάνομεν ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ τῆς μεγίστης καὶ θειοτάτης δυνάμεως διαλεγόμενοι. Ἀλλὰ γὰρ εἰς τὸν περὶ τῆς ἀληθείας λόγον ἐοίκαμεν ὑπὸ προθυμίας ἐκφέρεσθαι. Δῆλον μὲν καὶ ὃ προὐθέμεθα, ὡς οὐκ ἂν εἶεν διδάσκαλοι περὶ κόσμου γενέσεως οἱ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γένεσιν ἀπολιπόντες αὐτῷ. Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων πέμπτης οὐσίας, ἣν εἰσηγήσατο Ἀριστοτέλης, ταῦτα παραθετέον.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. 6 τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, διενεχθέντα Μωσεῖ καὶ Πλάτωνι, καὶ ἐν τῷ μὴ συγχωρεῖν γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον. Scripsi : [a] ἐπειδὴ γάρ, φησί, γεγένησθε κτλ.] cum Eusebii codd; Platonis locus est in Timæo pag. 41 δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε ξυνεδεῖσθε. Cf. Photius Biblioth. pag. 900 qui pro γεγένησθε habet ἐγένεσθε atque in sequentibus οὗτοι γε μὴν λυθήσεσθε. — [b] οὐδὲ καθ' αὑτὸν περαίνοντος] e Vigeri emendatione; codd. οὐδὲ καθ' αὑτοῦ περαίνοντος. — [c] κρατύνεσθαι ἄφθαρτον] e Vigeri emendatione; libri κρατύνεσθαι τὸ ἄφθαρτον. — [d] ἐάν τις] membranæ ἦν ἄν τις. — [e] δυνάμεως ἐπινοήσῃ] libri δυνάμεως ἐπινοῆσαι. — [f] τῶν ἄλλων αἰτιῶν] e Vigeri emendatione; codd. τῶν ἄλλων αἰτίαν. — [g] πάντως τό γε] codd. πάντος τόγε. — [h] εἴγε μέλλοι τις ὅλως εἶναι ποιητής] e Vigeri emendatione; codd. εἴγε μέλλοι τις ὅλως ποιητής. —)

5. Περὶ γοῦν τῶν καλουμένων στοιχείων, ἐξ ὧν πρώτων σώματα συνέστηκε, Πλάτων μὲν ἑπόμενος τῇ περὶ αὐτὰ ἐναργείᾳ, καθάπερ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, τέσσαρά τε ἔφησεν εἶναι ταῦτα ὁμολογούμενα, πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, καὶ ἐκ τούτων συγκρινομένων καὶ τρεπομένων τὰ λοιπὰ πάντα γεννᾶσθαι. Ἀριστοτέλης δέ, ὡς ἔοικεν, ἐλπίσας περιττότερος φανεῖσθαι τῷ φρονεῖν, εἴ τι σῶμα ἐκ περιττοῦ προσθείη, προσκατηρίθμησε τοῖς φαινομένοις τέτταρσι σώμασι τὴν πέμπτην οὐσίαν· πάνυ μὲν λαμπρῶς καὶ φιλοδώρως τῇ φύσει χρησάμενος, μὴ συνιδὼν δὲ ὅτι οὐ νομοθετεῖν δεῖ φυσιολογοῦντα, τὰ δὲ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξιστορεῖν. Εἰς τοίνυν τὴν ἀπόδειξιν τοῦ τέτταρας εἶναι τὰς πρώτας τῶν σωμάτων φύσεις, ἧς δὴ χρεία τοῖς Πλατωνικοῖς, οὐ μόνον οὐκ ἂν συντελοίη τι ὁ περιπατητικός, ἀλλὰ σχεδὸν καὶ μόνος ἐναντιοῖτ' ἄν. Λεγόντων γοῦν ἡμῶν, ὅτι πᾶν σῶμα ἢ θερμὸν ἢ ψυχρόν, ἢ ὑγρὸν ἢ ξηρόν, ἢ μαλακὸν ἢ σκληρόν, ἢ κοῦφον ἢ βαρύ, ἢ ἀραιὸν ἢ πυκνόν· καὶ εὑρισκόντων ὅτι οὐκ ἂν ἕτερον εἴη τι τὸ μεθέξον τούτων τινὸς παρὰ τὰ τέσσαρα· (εἰ μὲν γὰρ θερμόν, ἢ πῦρ ἢ ἀήρ· εἰ δὲ

plurima, quum semel hominum studium ac voluntas accesserit, infinito tempore etiam post mortem ejus qui ita voluerat constituta manent : quæ vero dei orta consilio, quæ propter ipsum atque ab ipso perfecta sint, ea præsente videlicet effectore dilapsa interibunt? Quæ causa tantam vim afferet divinæ voluntati? An ex rebus ipsis, quæ factæ sint, profecta necessitas? At illa vel hoc ipso, quod fingi eas disponique sivit, victam se a deo esse confessa est? An deo causa quædam extrinsecus adversatur? At nec ulla talis est, nec si esset, æquum tamen foret, deum, quibus in rebus etiam ordinandis superior jam fuerit, in his ipsis aliqua demum inferiorem duci : nisi forte nobis de summo maximeque divino numine sermonem esse penitus ignoramus. Sed enim in hanc de veritate disputationem acriore quodam studio delapsi esse videmur. Planum quidem illud fecimus, quod propositum nobis erat, de mundi origine doctores illos nunquam futuros, qui ne ullam quidem originem ipsi relinquant. Cæterum de quinta etiam corporum essentia, quam introduxit Aristoteles, hæc addenda sunt.

5. Nam de iis quæ vulgo dicuntur elementa, ex quibus primis corpora constant, ita Plato superiorum philosophorum exemplo perspectam istorum evidentiam secutus disseruit, ut quattuor illa publice recepta poneret, ignem, terram, aerem et aquam, ex quibus inter se mixtis et mutatis cætera omnia gignerentur. At vero Aristoteles, quum perfectioris, ut videtur, sapientiæ laudem se consecuturum speraret, si novum aliquod insuper corpus inveheret, notis illis quattuor quintam annumeravit essentiam : in quo splendide prorsus ac liberaliter quidem ille naturam habuit, sed non intellexit, physici non esse leges constituere, sed tantum quæ naturæ propria sunt perquirere. Quare ad illam demonstrationem, quæ primas quattuor esse corporum naturas efficiat; qua sane Platonici indigent, non modo Peripateticus nihil prodest, sed prope solus etiam ei adversatur. Quum enim omne corpus calidum aut frigidum, humidum aut siccum, molle aut durum, leve aut grave, rarum aut densum esse dicamus, videamusque aliud nullum præter illa quattuor corpora esse posse, quod his e proprietatibus aliquam sortiatur : (nam si calidum sit, aut ignis erit aut aer; si frigidum, vel aqua vel terra; sin autem siccum fuerit, aut ignis aut terra; si humidum, vel aqua vel aer : si vero molle sit, aut aer aut ignis; si durum, vel aqua vel terra : denique si leve sit atque rarum, aut ignis erit aut aer; si grave atque densum, aqua vel terra) nullum item aliud ex cæteris omnibus simplicibus facultatibus, præter illa quattuor

ψυχρόν, ὕδωρ καὶ γῆ· καὶ εἰ μὲν ξηρόν, πῦρ ἢ γῆ· εἰ δὲ ὑγρόν, ὕδωρ ἢ ἀήρ· καὶ εἰ μὲν μαλακόν, ἀὴρ ἢ πῦρ· εἰ δὲ σκληρόν, ὕδωρ ἢ γῆ· καὶ κοῦφον μὲν καὶ ἀραιόν, οἷον πῦρ καὶ ἀήρ· βαρὺ δὲ καὶ πυκνόν, ὕδωρ καὶ γῆ·) καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ ἁπασῶν δυνάμεων, κατανοούντων, ὡς οὐκ ἂν εἴη τι παρὰ ταῦτα σῶμα ἕτερον· οὗτος ἀνθίσταται μόνος, φάσκων δύνασθαι σῶμα εἶναι τούτων ἄμοιρον· σῶμα δὲ μήτε βαρύ, μήτε κοῦφον, μήτε μαλακόν, μήτε σκληρόν, μήτε ὑγρόν, ἀλλὰ μήτε ξηρόν, μόνον οὐχὶ λέγων σῶμα οὐ σῶμα. Τὸ μὲν γὰρ ὄνομα καταλέλοιπεν αὐτῷ, τὰς δὲ δυνάμεις, δι' ὧν σῶμα πέφυκε γίνεσθαι, πάσας ἀφῄρηκεν. Ἢ τοίνυν ἡμᾶς ἅπερ αὐτὸς λέγει πείθων, ἀφαιρήσεται τῆς Πλάτωνος γνώμης· ἢ τὰ Πλάτωνος βεβαιούμενος, τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποστήσεται. Ὥστε οὐδαμῇ χρήσιμος πρὸς τὰ τοῦ Πλάτωνος. Ἔτι ὁ μὲν Πλάτων πάντα τὰ σώματα, ἅτε ἐπὶ μιᾶς ὁμοίας ὕλης θεωρούμενα, βούλεται τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα· ὁ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, [a] οὐσίαν ἀπαθῆ τε καὶ ἄφθαρτον καὶ ἄτρεπτον πάντως ἀξιοῖ, ἵνα δὴ μὴ εὐκαταφρονήτου τινὸς πράγματος γεννητὴς εἶναι δοκῇ· περιττὸν μὲν καὶ ἴδιον παντάπασι λέγων οὐδέν, τὰ δὲ ὑπὸ Πλάτωνος ἐπ' ἄλλων ἑωραμένα καλῶς, μεταφέρων ἐπὶ τὰ μὴ προσήκοντα· καθάπερ τινὲς τῶν ὕστερον γενομένων ἀνδριαντοποιῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀπομιμησάμενοι τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς κεφαλήν, ἄλλου δὲ τὸ στέρνον, ἑτέρου δὲ τὴν ζώνην, εἰς ταὐτὸν συνθέντες ἐνίοτε μὴ προσήκοντα πράγματα ἀλλήλοις, ἔπεισαν αὐτοὺς ὥς τι πεποιηκότες ἴδιον· καὶ ὄντως τὸ μὲν ὅλον, ὃ δή τις ἂν ἀσυμμέτρως ἔχειν αἰτιάσαιτο, ἔστιν αὐτῶν, τὰ δ' ἐν αὐτῷ συνηρανισμένα καί τι καλὸν ἔχοντα, οὐκ αὐτῶν. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἀκούων Πλάτωνος, ὅτι ἔστι τις οὐσία νοητὴ καθ' αὑτήν, ἀσώματός τε καὶ ἀχρώματος καὶ ἀναφής, οὔτε γινομένη, οὔτε φθειρομένη, οὔτε τρεπομένη, οὔτε μεταβαλλομένη, ἀεὶ δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα· πάλιν δ' αὖ περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν ἀκούων, ὥς τινα θεῖα [b] καὶ ἄφθαρτα καὶ ἀπαθῆ ἐστι σώματα, συνέθηκε καὶ συνεκόλλησεν ἐξ ἀμφοῖν πράγματα μὴ συνᾴδοντα. Παρ' ὧν μὲν γὰρ τὸ εἶναι σῶμα, παρ' ὧν δὲ τὸ ἀπαθὲς εἶναι λαβών, σῶμα ἀπαθὲς ἐτεκτήνατο. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀνδριάντων, εἰ καὶ μὴ καλὸν τὸ ἐκ τῶν διαφερόντων, οὔτι γε ἀδύνατον γενέσθαι. Διδάσκει οὖν τὰ τοιαῦτα καὶ Ὅμηρος [c]·

> Ὄμματα γάρ, φησι, καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
> Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Τὸ δὲ σῶμα ἀπαθὲς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. Παθητῇ γὰρ καὶ τρεπτῇ συνδεδεμένον φύσει ἀνάγκην ἔχει συμπαθεῖν, ᾧ συνέζευκται. Εἰ δέ τι ἀπαθὲς εἴη, τοῦτο ἀφειμένον καὶ ἐλεύθερον ἀπὸ τοῦ πάσχοντος εἶναι δεῖ· ὥστε χωρὶς ἂν εἴη τῆς ὕλης, ἧς κεχωρισμένον, ἀσώματον ἀναγκαίως ὁμολογοῖτ' ἄν. Ἔτι καὶ τούτοις πρόσσχωμεν τὸν νοῦν, ἐν ὅσοις ἄλλοις διαφέρεσθαι τῷ Πλάτωνι τὸν Ἀριστοτέλην παρίστησιν.

---

corpora exstare posse sentiamus : hic unus nobis resistit, corpus aliquod his omnibus vacuum esse defendens : corpus, inquam, non grave aut leve, non molle aut durum, non humidum aut siccum; adeoque tantum non dicens corpus idem idemque non corpus Nam corporis ei nomen reliquit, facultates autem ex quibus sua natura conflatur corpus, universas ademit. Aut igitur, quæ docet, nobis persuadendo simul nos a Platonis, cujus socii sumus, sententia depellet; aut si Platonis doctrinam stabiliet, a decretis suis avertet. Itaque ad explicandam Platonis mentem omnino nihil valet. Præterea Plato corpora omnia, quod eorum materiam unam eandemque esse videamus, in sese invicem converti mutarique voluit : Aristoteles vero inter cætera essentiam non patibilem, incorruptam et prorsus immutabilem statuit, ne contemnendi cujusdam dogmatis inventor esse videretur. In quo tamen omnino nihil singulare ac sibi peculiare affert, quum ea duntaxat quæ præclare aliis in rebus Plato animadvertit, ad alienas transferat : id quod nonnullis e recentioribus statuariis usu venit. Illi enim hominis unius caput, alius pectus, tertii cingulum imitati, partesque alias cum aliis minus interdum cohærentes inter sese complexi, hoc tanquam proprio aliquo opere superbiunt. Et vero totum illud, quod jure aliquis velut inconditum reprehendat, ipsorum est : partes autem, e quibus constat, quamvis pulchritudinis commendationem habeant, ad illos tamen nihil pertinent. Sic et Aristoteles, quum ex Platone audiret, essentiam aliquam esse, quæ per se intelligibilis, incorporea, coloris expers tactumque fugiens nec oriatur, nec intereat unquam aut convertatur et mutetur, sed eodem semper statu maneat : simulque de cœlestibus rebus audiret, divina quædam esse corpora eaque incorrupta et impatientia, ex utroque genere composuit et conglutinavit ea quæ inter se minime congruerent. Quum enim ab aliis corpus esse aliquod, ab aliis impatiens quid esse sumeret, corpus ipse impatiens fabricatus est. In statuis igitur, ut pulchrum id non sit, dissimilibus tamen e partibus conflari aliquid potest. Quocirca Homerus quoque talia docet :

> *Ille oculosque caputque Jovis, qui fulmine gaudet,*
> *Cingula Mavortis, Neptuni pectora gessit.*

At corpus non patibile nullum unquam fuerit. Corpus enim, utpote cum patibili mutabilique natura conjunctum, cum illa vitæ socia patiatur necesse est. Quod vero patibile non sit, id a patibili sejunctum ac liberum esse oportet, ita ut secretum a materia habeatur, quæ secretio efficit, ut necessario incorporeum esse concedamus Hactenus ille. Sed alia porro videamus, in quibus idem Aristotelem a Platone dissentire demonstrat.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. 7 τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, πέμπτην σωμάτων ὑποτιθέμενον οὐσίαν, ἣν οὔτε Μωσῆς οὔτε Πλάτων γινώσκει. Scripsi : [a] ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων] cum codd. *inter cætera*. Similiter Sophocles Antig. vs. 789 καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς, οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων, item Aristides Panathenaico tom. I, p. 96 μόνη τῇ πόλει ἐπὶ τῶν ἑλληνικῶν. — [b] ὥς τινα θεῖα] codd. ὡς ὄντα θεῖα, cujus loco Vigerus ὡς οὖν τὰ θεῖα scribi voluerat. — [c] Ὅμηρος] Iliad. lib. II vs. 478-479. —)

c. Ἔπειτα τούτοις ἑπόμενα πολλά, ἐν οἷς διαφέρονται. Ὁ μὲν γάρ φησι, τὰ κατ' οὐρανὸν τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς [a] ἔχειν· ὁ δέ, μηδαμῇ [b] μετεῖναι τοῖς οὐρανίοις πυρός. Καὶ ὁ μέν φησιν, ἀνάψαι τὸν θεὸν φῶς ἐν τῇ δευτέρᾳ [c] πρὸς γῆν περιόδῳ, ἵν' ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοιτο [d] τὸν οὐρανόν, περὶ ἡλίου τὸ τοιοῦτον ἀποφαινόμενος· ὁ δέ, ἅτε οὐκ ἐθέλων πῦρ εἶναι τὸν ἥλιον, τὸ δὲ φῶς εἰδὼς πῦρ καθαρόν, ἤ τι πυρὸς ὄν, οὐκ ἐπιτρέπει φῶς περὶ αὐτὸν ἀνῆφθαι. Ἔτι ὁ μέν, κατ' εἶδος ἀφθαρσίαν ἀπονέμων τοῖς κατ' οὐρανὸν ἅπασιν, ἀποχωρήσεις τινὰς αὐτῶν καὶ προσχωρήσεις [e] συμμέτρους φησὶ γίνεσθαι. Ἀναγκάζουσι δὲ αὐτὸν λέγειν ταῦτα, τὰς μὲν ἀποκρίσεις, αἵ τε ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου καὶ θερμότητες κατὰ ἀπόρρυσιν αὐτοῦ γινόμεναι· τὰς δὲ προσκρίσεις, ἡ ἴση τοῦ μεγέθους αὐτοῦ φάσις. Οὐ γὰρ ἂν ἤθελεν ἴσα φαίνεσθαι, μηδὲν ἀνθ' ὧν ἀφίησι λαμβάνοντα. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πάντη μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας αὐτὰ βούλεται, μήτε τινὸς αὐτοῖς ἀποχωροῦντος, μήτε προσιόντος. Ἔτι ὁ μέν, πρὸς τῇ κοινῇ κινήσει τῶν ἄστρων, καθ' ἣν ἐν ταῖς σφαίραις ἐνδεδεμένοι κινοῦνται πάντες οἱ ἀστέρες, οἵ τε ἀπλανεῖς καὶ οἱ πλανώμενοι, καὶ ἑτέραν αὐτοῖς [f] κίνησιν ἀποδίδωσιν, ἣν δὴ καὶ ἄλλως καλλίστην εἶναι συμβέβηκε, καὶ προσήκουσαν αὐτῶν τῇ φύσει τοῦ σώματος. Σφαιρικοὶ γὰρ ὄντες, εἰκότως σφαιρικὴν ἄν τινα κίνησιν ἕκαστος κινοῖτο περιδινούμενος· ὁ δέ, καὶ ταύτης ἀφαιρεῖται [g] τῆς κινήσεως αὐτούς, ἣν ὡς ἔμψυχοι κινοῦνται, μόνην δὲ ἀπολείπει τὴν ὑπ' ἄλλων τῶν περιεχόντων, ὥσπερ ἀψύχοις συμβαίνουσαν. Καὶ δὴ καί φησι τὴν γινομένην φαντασίαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἀστέρων ὡς κινουμένων πάθος εἶναι τῆς ἡμετέρας ὄψεως [h] ἀδυνατούσης, καὶ ὥσπερεὶ σειομένης, ἀλήθειαν δὲ οὐκ εἶναι· ὥσπερ Πλάτωνος ἀπὸ ταύτης τῆς φαντασίας, τὴν ὑπὲρ τῆς κινήσεως πίστιν λαμβάνοντος, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ λόγου, τοῦ διδάσκοντος, ὅτι ἀνάγκη τούτων ἕκαστον, ζῷον ὄντα καὶ ψυχὴν ἔχοντα καὶ σῶμα, κινεῖσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν· (πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον· ᾧ δὲ ἔνδοθεν καὶ ἐξ ἑαυτοῦ, ἔμψυχον·) κινούμενον δέ, ἅτε θεῖον ὄντα, τὴν καλλίστην κινεῖσθαι κίνησιν· καλλίστης δ' οὔσης τῆς ἐν κύκλῳ κινήσεως, ταύτην αὐτὸν κινεῖσθαι. Ἡ δὲ αἴσθησις τὰ μὲν ἐκ τοῦ λόγου μαρτυροῖτο ἂν ὡς ἀληθεύουσα, οὐ μὴν αὐτὴ παρέσχε τὴν πίστιν τῆς κινήσεως. Περὶ δὲ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως, ὡς μὲν οὐκ ἐν κύκλῳ τινὶ γίνεται, νικώμενος ὑπὸ τῆς ἐναργείας, οὐκ ἔσχεν ἀντειπεῖν Πλάτωνι· παρεῖχε δὲ κἀνταῦθα διαφορὰν αὐτῷ τὸ καλὸν τοῦτο εὕρημα τοῦ σώματος. Ὁ μὲν γὰρ Πλάτων, ἅτε ὄντων τεσσάρων σωμάτων, καὶ πάντων φύσει κινουμένων ἁπλῆν καὶ

---

6. Sequuntur, inquit, alia deinde multa, in quibus ambo inter se dissident. Quippe cœlestium rerum speciem maxime Plato facit ex igne : Aristoteles negat illis cum igne quidquam commune esse. Atque ille quidem deum ait ad secundum supra terram ambitum lumen accendisse, ut cœlum passim omne quam maxime collustraret, de sole tale quid pronuntians : sed hic, quod et solem ignem esse nolit, et lumen aut puriorem ignem, aut aliquid ab igne profectum esse sciat, lumen ideo circa solem accensum esse non concedit. Præterea formæ respectu immortalitatem cœlestibus cunctis attribuens, decessiones in iis accessionesque mutuas proportione quadam evenire docet. Quam philosophandi rationem ab eo expressit necessitas, ut decessiones quidem statueret, quod e sole radii et calores per effluvium exeant, accessiones vero, quod æqualis ejus magnitudo semper appareat. Neque enim æqualem visum iri arbitrabatur, nisi ejus quod dimitteret loco aliquid nancisceretur. Aristoteles vero omni ex parte in eadem illas substantia permanere vult, nec iis aut decedere quidquam, aut omnino accedere. Præter communem illum motum, quo suis in sphæris illigatæ tam inerrantes quam errantes stellæ moveantur, suum quibusque Plato ac proprium alterum assignat, quem et alioqui pulcherrimum esse et cum talium corporum natura conjunctum esse constat. Quum enim illæ globosæ sint, jure volubili quodam et in orbem acto motu singulæ cieantur. At Aristoteles hunc quoque motum illis eripit, quo tanquam animatæ agantur, eumque solum relinquit, qui ab aliis ambientibus et continentibus, tanquam inanimis afferatur. Addit etiam, quod moveri nobis stellæ videantur, id infirmioris et quasi trepidantis oculi vitio fieri, neque ita se rem habere : perinde ac si Plato talem motum hoc viso sibi persuaserit, ac non potius rationis vim et momentum sequatur, quæ docet, quemadmodum unaquæque earum animans sit, utpote animo simul et corpore prædita, sic suo quodam motu eam incitari : (corpus enim omne, quod movetur extrinsecus, inanimum est; quod vero interiore et suo motu cietur, animatum) : sin autem moveatur, quia divina sit, pulcherrimo eam motu uti, qui quum non alius sit, quam hic in orbem circumactus, hunc etiam omnino eam sortiri. Sensus autem vera in hoc genere renuntians, quamvis illam rationis normam testimonio suo confirmet, tamen motionis istius fidem per se non facit. Sed quod ad universi motum attinet, Aristoteles re perspicua et evidenti convictus, quum ad-

εὐθεῖαν κίνησιν, πυρὸς μὲν ἐπὶ τὸ ἐκτός, γῆς δ' ἐπὶ τὸ μέσον, τῶν δὲ ἄλλων ἐπὶ τὰ μεταξύ, τὴν ἐν κύκλῳ κίνησιν ἀπέδωκε τῇ ψυχῇ· ὁ δ', ᾗπερ ἄλλῳ [i] σώματι ἄλλην, οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐν κύκλῳ, καθάπερ σωματικήν τινα, τῷ πέμπτῳ προσένειμε σώματι, πάντ' εὐκόλως αὐτὸν ἐξαπατήσας. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπ' εὐθείας κινουμένοις αἱ βαρύτητες καὶ κουφότητες τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως παρείχοντο [k]· τὸ δὲ πέμπτον σῶμα, μήτε βάρους μετέχον, μήτε κουφότητος, ἀκινησίας μᾶλλον, ἀλλ' οὐ [l] τῆς ἐν κύκλῳ κινήσεως αἰτίαν ἔχει. Εἰ γὰρ τοῖς ἐπ' εὐθείας κινουμένοις οὐ τὸ σχῆμα τὴν αἰτίαν ἔχει τῆς κινήσεως, ἀλλ' ἡ ῥοπή· σῶμα ὅμοιον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίου τινός [m], οὐχ ἕξει τῆς ἐπί τι κλίσεως αἰτίαν, εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι [n] πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερά, εἴτε πρόσω, εἴτ' ὀπίσω. Ἔτι τοῖς μὲν ἄλλοις σώμασιν ἐξωσθεῖσι τῶν οἰκείων τόπων παρέχει τὸ κινεῖσθαι πάλιν ἀφ' αὐτῶν ἡ πρὸς τούτους ἀναφορά· τῷ πέμπτῳ δὲ ἐκείνῳ, μηδέποτε ἐκβαίνοντι τῶν αὐτοῦ τόπων, μένειν ἂν προσήκοι. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ σωμάτων, ὑπεξαιρουμένου τοῦ πέμπτου, φαίνεται φιλονεικῶν Ἀριστοτέλης, μὴ τὰ αὐτὰ λέγειν Πλάτωνι. Ζητήσαντος [o] γὰρ Πλάτωνος, εἰ ἔστι φύσει βαρὺ σῶμα, ἢ κοῦφον· καὶ ἐπειδὴ ταῦτα κατὰ τὴν πρὸς τὸ ἄνω καὶ κάτω σχέσιν ἐφαίνετο λέγεσθαι, σκεψαμένου εἴτε ἐστί τι κάτω φύσει καὶ ἄνω, εἴτε μή· καὶ ἀποδείξαντος ἀκριβῶς, ὅτι κατὰ μὲν τὰς τῶν σωμάτων πρὸς τοὺς τόπους οἰκειότητας [p] τὸ κάτω [q] λέγοιτο ἑκάστοις ἐφ' ὃ φέροιντο· ἄνω δὲ ἑκάστοις τὸ ἀλλότριον, ἀφ' οὗ ἀναχωροῖεν, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν σχέσιν καὶ τὸ βαρὺ καὶ τὸ κοῦφον διανείμαντος· καὶ πρὸς τούτῳ ἀποδείξαντος, ὅτι μήτε τὸ μέσον [r] μήτε τὸ πέριξ αὐτῶν εὔλογον ἄνω ἢ κάτω λέγεσθαι. Ὁ δὲ ἀντιτίθησι [s], πανταχόθεν καταβάλλειν δεῖν ἡγούμενος τὰ ἐκείνου· καὶ τὸ μὲν ἐπὶ τὸ μέσον φερόμενον βαρὺ λέγειν βιάζεται, τὸ δὲ ἐπὶ τὸ πέριξ, κοῦφον· καὶ τὸν μὲν τόπον τὸν ἐν μέσῳ κάτω φησί, τὸν δὲ πέριξ ἄνω. Ἀλλὰ περὶ μὲν κόσμου, καὶ ἐξ ὧν οὗτος, καὶ τῶν κατ' οὐρανόν, τοσοῦτον ἀλλήλων ἀφεστήκατον. Ταῦτα μὲν οὖν οἵδε. Μωσῆς δὲ καὶ τὰ Ἑβραίων λόγια τούτων οὐδὲν πολυπραγμονεῖ· καὶ εἰκότως· ὅτι μηδὲ π[illegible] βίου κατόρθωσιν τοῖς περὶ ταῦτα ἀσχολουμένοις λυσιτελεῖν ἐνομίσθη.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. VIII τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς κατ' οὐρανὸν θεωρήμασι διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, ἅτινα Μωσῆς οὐ πολυπραγμονεῖ. Sed pauca hic explicanda : [a] ἐκ πυρὸς ἔχειν] Plato Tim. p. 40. a. εἰσὶ δὲ τέτταρες, μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον, τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον. Τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπήρξατο (Steph. ἀπειργάζετο), ὅπως ὅτι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη κ. τ. λ. Conf. Phil. Gr. vol. II pag. 168. — [b] μηδαμῇ] Vid. Aristot. de Cœlo lib. I cap. 2 et lib. II cap. 7; item Me-

versus Platonem, in orbem cum ferri negare non posset, ex præclaro tamen novi corporis invento dissidii occasionem arripuit. Plato enim qui quatuor tantum corpora agnosceret, quæ suapte natura simplici rectoque motu cierentur, ita ut ignis foras, in medium terra ferretur, cætera inter utrumque motus suos continerent, animo volubilitatem tribuerat : Aristoteles vero, uti motum aliis corporibus alium, ita quinto corpori volubilem, quasi corporeum aliquem assignavit. In quo vehementer cum errasse perspicuum est. Nam quæ recto cientur motu, ea motionis principium gravitatem suam aut levitatem afferunt : at quintum illud corpus, quum et gravitatis sit et levitatis expers, quietis in se potius, quam motus in orbem incitati principium continet. Si enim quæ recto feruntur motu, in iis non jam figura, sed proprium cujusque momentum genus illud efficit motionis : profecto corpus sui simile, similis alterius in medio collocatum, nullam in partem inclinationis causam habebit, qua vel in dextram, ad auroram solemque versus, vel in sinistram, vel prorsus cedant, vel retrorsum redeant. Præterea cæteris quidem corporibus quæ suis sedibus expulsa sint, reditus in eas justam alterius per se motus occasionem præbeat : quintum autem illud, quod e suis regionibus nunquam exeat, immotum manere conveniens sit. Porro de cæteris etiam corporibus quinto illo excepto apparet Aristotelem id contendere et laborare, ne eadem quæ Plato dicat. Quum enim Plato quæsivisset, num suapte natura aut grave corpus esset aut leve, tum quod utrumque nomen ex quadam ad superius et inferius relatione ductum videretur, secum reputasset, essetne aliquid natura sua deorsum ac sursum, nec ne, adeoque accurate demonstrasset, pro corporum ipsorum cum suis quibusque locis conjunctione, deorsum id in singulis vocari, ad quod ipsa tendant; sursum contra alienum illud, unde revertantur, ideoque ex eadem relatione grave simul ac leve distribuisset : quumque ostendisset præterea, nec medium, nec circumjectum spatium aut sursum in illis aut deorsum recte vocari posse : Aristoteles sententias Platonis omnes quoquo modo sibi abjiciendas esse ratus, hic quoque aliquid opponit : quodque ad medium tendat, grave, et quod ad circumjectum spatium feratur, leve appellare cogitur; adeoque locum illum qui in medio est, deorsum, qui vero circa, sursum esse docet. Hæc Atticus. Sed de mundo mundique partibus et rerum cœlestium natura, quantum ambo inter se discordent, diximus. Et illorum quidem tota hæc disputatio est. Nam Moses et Hebræorum oracula horum nihil diligenter examinant; nec immerito, quum talium rerum studium hominibus nihil ad vitæ emendationem prodesse judicarint.

teorolog. lib. III cap. 3. — [c] ἐν τῇ δευτέρᾳ] Plato Tim. p. 39. φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον κτλ. Conf. Phil. Gr. vol. II pag. 167. — [d] φαίνοιτο] habent Eusebii codices atque e Platonicis Ricardianus; in cæteris est φαίνοι. — [e] ἀποχωρήσεις τινὰς αὐτῶν καὶ προσχωρήσεις] Plato Tim. p. 40 χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προσχωρήσεις (al. προχωρήσεις), quæ verba Cicero sic reddit : *Flexiones* (Steph. conj. Lusiones) *autem deorum et inter ipsos* [deos] *concursiones, quæque in orbibus eorum conversiones antecessionesque eveniant*, ubi apparet eum neque περὶ agnoscere, neque προσχωρήσεις, sed προχωρήσεις legisse. Vide Stephanum ad eum locum. — [f] ἑτέραν αὐτοῖς κίνησιν] Plotinus Ennead. 2 lib. 2 cap. 2 pag. 109 καὶ Πλάτων δὲ τοῖς ἄστροις οὐ μόνον τὴν μετὰ τοῦ ὅλου σφαιρικὴν κίνησιν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον αὐτῶν· ἕκαστον γάρ, οὗ ἐστι περιειληφὸς τὸν θεόν, ἀγάλλεται, οὐ λογισμῷ, ἀλλὰ φυσικαῖς ἀνάγκαις. — [g] ὁ δέ, καὶ ταύτης ἀφαιρεῖται κινήσεως αὐτούς] Aristoteles de Cœlo lib. II cap. 1 pag. 284. a. ed. Bekker. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὑπὸ ψυχῆς εὔλογον ἀναγκαζούσης μένειν ἀΐδιον· οὐδὲ γὰρ τῆς ψυχῆς οἷόν τ' εἶναι τὴν τοιαύτην ζωὴν ἄλυπον καὶ μακαρίαν· ἀνάγκη γὰρ καὶ τὴν κίνησιν μετὰ βίας οὖσαν, εἴπερ κινεῖσθαι πεφυκότος τοῦ πρώτου σώματος ἄλλως κινεῖ συνεχῶς, ἄσχολον εἶναι καὶ πάσης ἀπηλλαγμένην ῥᾳστώνης ἔμφρονος, εἴ γε μηδ' ὥσπερ τῇ ψυχῇ τῇ τῶν θνητῶν ζῴων ἐστὶν ἀνάπαυσις ἡ περὶ τὸν ὕπνον γινομένη τοῦ σώματος ἄνεσις, ἀλλ' ἀναγκαῖον Ἰξίονός τινος μοῖραν κατέχειν αὐτὴν ἀΐδιον καὶ ἄτρυτον. — [h] πάθος εἶναι τῆς ἡμετέρας ὄψεως] Aristoteles de Cœlo lib. II cap. 8 pag. 290. a. ed. Bekker. ἡ γὰρ ὄψις ἀποτεινομένη μακρὰν ἑλίσσεται διὰ τὴν ἀσθένειαν. Ὅπερ αἴτιον ἴσως καὶ τοῦ στίλβειν φαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐνδεδεμένους, τοὺς δὲ πλάνητας μὴ στίλβειν· οἱ μὲν γὰρ πλάνητες ἐγγύς εἰσιν, ὥστ' ἐγκρατὴς οὖσα πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖται ἡ ὄψις· πρὸς δὲ τοὺς μένοντας κραδαίνεται διὰ τὸ μῆκος, ἀποτεινομένη πόῤῥω λίαν. Ὁ δὲ τρόμος αὐτῆς ποιεῖ τοῦ ἄστρου δοκεῖν εἶναι τὴν κίνησιν· οὐθὲν γὰρ διαφέρει κινεῖν τὴν ὄψιν ἢ τὸ δρώμενον. — [i] ὁ δ', ᾗπερ ἄλλῳ]. Aristoteles de Cœlo lib. I cap. 2. — [k] παρείχοντο] i. e. παρέχονται. Vid. Matthiæ Gramm. Gr. § 505. 2. — [l] ἀλλ' οὐ] scripsi; codd. ἀλλὰ οὐ. — [m] σῶμα ὅμοιον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίου τινός] videtur dictum de globoso sideris corpore, quod globoso item cœlo includitur. — [n] εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι] scripsi; vulgo εἴτ' ἐπὶ δεξιὰ ἴωσι. Petita sunt hæc ex Iliad. lib. XII, vs. 239 seq. εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε κτλ. — [o] Ζητήσαντος γὰρ Πλάτωνος] Tim. p. 63 ed. Steph. — [p] κατὰ μὲν τὰς τῶν σωμάτων οἰκειότητας] Plato Tim. p. 63 ed. Steph. τόδε γε μὴν ἕν τι διανοητέον περὶ πάντων αὐτῶν, ὡς ἡ μὲν πρὸς τὸ ξυγγενὲς ὁδὸς ἑκάστοις οὖσα, βαρὺ μὲν τὸ φερόμενον ποιεῖ, τὸν δὲ τόπον, εἰς ὃν τὸ τοιοῦτον φέρεται, κάτω, τὰ δὲ τούτοις ἔχοντα ὡς ἑτέρως, θάτερα. — [q] τὸ κάτω] posui cum codd.; Vigerus τὸ μὲν κάτω scribi volebat. — [r] μήτε τὸ μέσον] Plato Tim. p. 62 ὁ μὲν γὰρ μέσος ἐν αὐτῷ (τῷ κόσμῳ) τόπος, οὔτε κάτω πεφυκὼς οὔτε ἄνω λέγεσθαι δίκαιος, ἀλλ' αὐτό, ἐν μέσῳ· ὁ δὲ πέριξ οὔτε δὴ μέσος, οὔτ' ἔχων διάφορον αὑτοῦ μέρος ἕτερον, θατέρου μᾶλλον πρὸς τὸ μέσον, ἤ τι τῶν καταντικρύ. — [s] ὁ δὲ ἀντιτίθησι] Aristoteles de Cœlo lib. 4 cap. 1 p. 308. a. ed. Bekker. τὰ μὲν γὰρ ἀεὶ πέφυκεν ἀπὸ τοῦ μέσου φέρεσθαι, τὰ δ' ἀεὶ πρὸς τὸ μέσον. Τούτων δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου φερόμενον ἄνω λέγω φέρεσθαι, κάτω δὲ τὸ πρὸς τὸ μέσον. Ἄτοπον γὰρ τὸ μὴ νομίζειν εἶναί τι ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, καθάπερ τινὲς [i. e. ὁ Πλάτων] ἀξιοῦσιν. Οὐ γὰρ εἶναι τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω φασίν, εἴπερ πάντῃ ὅμοιός ἐστι, καὶ πανταχόθεν ἀντίπους ἔσται πορευόμενος ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ. Ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον ἄνω λέγομεν, ὃ καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἐστὶν ἄνω καὶ τῇ φύσει πρῶτον. Ἐπεὶ δ' ἐστί τι τοῦ οὐρανοῦ ἔσχατον καὶ μέσον, δῆλον ὅτι ἔσται καὶ ἄνω καὶ κάτω. —]

7. Ὑπὲρ δὲ τῆς ψυχῆς τί καὶ λέγοιμεν ἄν; δῆλα γὰρ ταῦτα οὐ μόνον τοῖς φιλοσοφοῦσιν, ἀλλὰ δὴ σχεδὸν καὶ τοῖς ἰδιώταις ἅπασιν· ὅτι Πλάτων μὲν ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἀπολείπει, καὶ πολλοὺς ὑπὲρ τούτου λόγους ποιεῖται, ποικίλως καὶ παντοίως ἀποδεικνύς, ὅτι ἐστὶν ἀθάνατος ἡ ψυχή. Πολλὴ δὲ καὶ τοῖς ἐσπουδακόσι περὶ τὰ Πλάτωνος ἡ φιλοτιμία γέγονε, συναγωνιζομένοις τῷ τε δόγματι καὶ τῷ Πλάτωνι. Σχεδὸν γὰρ τὸ συνέχον τὴν πᾶσαν αἵρεσιν τἀνδρὸς τοῦτ' ἔστιν. Ἥ τε γὰρ τῶν ἠθικῶν δογμάτων ὑπόθεσις ἐπηκολούθησε τῇ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ, τὸ μέγα καὶ λαμ-

---

7. Sed de animo, inquit, quid dicamus? Constat enim non solum inter eos qui philosophantur, sed etiam inter idiotas ferme omnes, animum a Platone immortalem existimari, plurimasque simul ab illo eam in rem disputationes haberi, simul omni rationum genere probatam hanc et confirmatam immortalitatem relinqui. Et vero cum in defendendo Platone, tum præsertim in hac ejus sententia tuenda, assectatorum illius permagna fuit vehemensque contentio. Quippe hoc prope unum est, quo ejus philosophiæ formula maxime continetur. Namque illa moralium præceptionum silva animi immortalitatem secuta est, quod dignitatem suam, splendorem adeoque generosum illum ardorem impetumque suum tueri ac retinere virtus propter hanc animi divinitatem posset : cunctaque

πρὸν καὶ νεανικόν, τῆς ἀρετῆς, διὰ τὸ τῆς ψυχῆς θεῖον, σῶσαι δυνηθείσης· τά τε τῆς φύσεως πράγματα πάντα, κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς διοίκησιν, ἔσχε τὸ καλῶς διοικεῖσθαι δύνασθαι. Ψυχὴ γὰρ πᾶσα, φησί, παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου· πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις εἴδεσι γινομένη. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς σοφίας καὶ εἰς τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς ἀνῆπται τῷ Πλάτωνι. Πᾶσαι γὰρ αἱ μαθήσεις [a], ἀναμνήσεις· καὶ οὐκ ἄλλως οἴεται δύνασθαι σώζεσθαι τὴν ζήτησιν καὶ μάθησιν, ἐξ ὧν ἐπιστήμη γίνεται. Εἰ δὲ μή ἐστιν ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, οὐδὲ ἀνάμνησις· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, οὐδὲ μάθησις. Πάντων οὖν τοῦ Πλάτωνος δογμάτων ἀτεχνῶς ἐξηρτημένων, καὶ ἐγκρεμαμένων τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν θεότητός τε καὶ ἀθανασίας, ὁ μὴ συγχωρῶν τοῦτο, τὴν πᾶσαν ἀνατρέπει φιλοσοφίαν Πλάτωνος. Τίς οὖν ἐστιν ὁ πρῶτος ἐγχειρήσας ἀντιτάξασθαι ἀποδείξεσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφελέσθαι τῆς ἀθανασίας καὶ τῆς ἄλλης πάσης δυνάμεως; Τίς δ' ἕτερος ἢ ὁ Ἀριστοτέλης; Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ μὲν ἐπιδιαμένειν συνεχώρησαν· οἱ δ' εἰ μὴ καὶ τοῦτο, δύναμίν γε ἐν τῷ σώματι καὶ κίνησίν τινα, καὶ ἔργα καὶ πράξεις ἀπένειμαν τῇ ψυχῇ. Ὁ δέ, ὅσῳ περ Πλάτων ἀπεσέμνυνε τὸ τῆς ψυχῆς πρᾶγμα, ἀρχὴν γενέσεως, καὶ θεοῦ παίδευμα, καὶ τῶν ἁπάντων προστάτιν ἀποφηνάμενος· τοσούτῳ δὴ ἐφιλονείκησε [b] καθελεῖν καὶ ἀτιμάσαι, καὶ μικροῦ δεῖν μηδὲν ἀποφῆναι τὴν ψυχήν. Οὔτε γὰρ πνεῦμα [c], οὔτε πῦρ, οὔτε ὅλως σῶμα, ἀλλ' οὐδὲ ἀσώματον, οἷον εἶναί τε ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ κινεῖσθαι, ἀλλ' οὐδ' ὅσον ἐπὶ τοῦ σώματος ἀκίνητον, καὶ ὡς εἰπεῖν ἄψυχον. Οἷον γὰρ τόδε ἐτόλμησεν, ἢ καὶ ἀπηναγκάσθη, ὡς καὶ τὰς πρωτουργοὺς κινήσεις [d] ἀφελέσθαι τῆς ψυχῆς, τὸ βουλεύσασθαι, τὸ διανοηθῆναι, τὸ προσδοκῆσαι, τὸ μνημονεῦσαι, τὸ λογίσασθαι; Οὐ γὰρ ψυχῆς ταῦτά ἐστι τὰ κινήματα, ὁ τῆς φύσεώς φησι γραμματεύς. Πάνυ γοῦν οὗτός ἐστι πιστός, ὡς συνῆκέ τι περὶ τῶν ἐκτός, ὁ τῆς αὑτοῦ ψυχῆς τοσοῦτον διημαρτηκώς, ὡς μηδ' ὅτι διανοεῖται παρακολουθεῖν. Οὐ γὰρ ἡ ψυχή, φησίν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ τούτων ἕκαστον ἐνεργῶν, ἡ ψυχὴ δὲ ἀκίνητος. Τούτῳ τοιγαροῦν ἑπόμενος Δικαίαρχος [e], καὶ κατ' ἀκόλουθον ἱκανὸς ὢν θεωρεῖν, ἀνήρηκε τὴν ὅλην ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς. Ὅτι μὲν γὰρ ἀόρατόν τι καὶ ἀφανές ἐστιν ἡ ψυχή, δῆλον· ὥστε οὐκ ἂν διά γε τὴν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐνέργειαν δοίημεν εἶναι ψυχήν. Αἱ δὲ κινήσεις αὐτῆς ἀφανοῦς οὔσης, ἀναγκάζειν ἡμᾶς δοκοῦσιν εἶναί τι τὴν ψυχὴν ὁμολογεῖν. Ταῦτα γὰρ ἅπας τις συνιέναι δοκεῖ τῆς ψυχῆς ὄντα, τὸ βουλεύεσθαι καὶ σκοπεῖσθαι καὶ καθ' ὃν δήποτε τρόπον διανοεῖσθαι. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν τὸ σῶμα, καὶ τὰς τούτου δυνάμεις, καὶ ἐνθυμηθῶμεν δὲ τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ὡς οὐ σώματος

---

in rerum natura pro animorum administratione præclare ordinantur. Animus enim omnis, inquit, omnis inanimati curam agit : idemque totum cœlum lustrat, speciem in aliis aliam atque aliam induens. Enimvero quidquid scientiæ ac sapientiæ proprium est, id totum cum animi immortalitate Plato connexuit. Omnis enim doctrinæ perceptio recordatio quædam est : neque aliter rerum investigationem et perceptionem, ex quibus scientia nascitur, servari posse arbitratur. Quodsi animus non est immortalis, ne recordatio quidem ulla est; qua sublata, ne disciplina quidem ulla supererit. Quum igitur dogmata Platonis universa ex animi divinitate et immortalitate omnino apta ac suspensa sint, qui hoc decretum rejiciat, is omnem Platonis philosophiam funditus evertat necesse est. Quis ergo primus omnium Platonicis demonstrationibus repugnare aggressus est, atque animum simul immortalitate ac facultate omni privare. Quis autem alius nisi Aristoteles? Nam ex ceteris quidam eum stabilem permanere concedunt : nonnulli, si minus hoc probant, vim certe aliquam et motionem in corpore cum propriis quibusdam actionibus animo relinquunt. Aristoteles autem, quo magnificentius animum Plato celebraverat, quum illum et ortus principium et dei alumnum et rerum omnium præsidem appellaret : eo magis contendit, ut eum abjiceret atque aspernaretur, imo vero nihil propemodum esse ostenderet. Quippe neque spiritum illum esse, neque ignem, neque omnino corpus, imo nec etiam incorporeum, sic quidem ut ipse sit ac per se moveatur : quod ipsum nec ei concedit, ut est in corpore, prorsus ut immobilis ille sit atque ut ita dicam inanimus. Cujusmodi videlicet hoc est vitium, ut primarios etiam motus animo vel audeat vel cogatur adimere, deliberationem, cogitationem, exspectationem, recordationem, ratiocinationem. Neque enim animi hæ sunt commotiones, inquit iste naturæ auctor. Admodum certe dignus hic est, quem de rebus externis aliquid percepisse credamus, qui tantum ab animo ipse suo aberravit, ut ne propriam quidem ejus esse cogitationem intelligere potuerit. Non enim animus, inquit, sed homo potius efficit hæc omnia : animus vero manet immobilis. Itaque hunc secutus postea Dicæarchus, id quod ex ea doctrina consequens erat optime quum videret, totam animi naturam funditus sustulit. Namque illud constat, animum rem neque aspectabilem neque conspicuam esse : quo fit, ut saltem propter nullam sensuum efficientiam, animum esse dare debeamus. At vero latentis animi motiones cogere nos videntur, ut aliquid ipsum esse confiteamur. Nemo enim fere est, quin hæc animi propria esse intelligat, deliberare, considerare et quocunque modo cogitare. Nam quando corpus et corporis facultates videmus, simulque tales actus corporis esse non posse reputamus : aliud quippiam, quod per se deliberet, in nobis esse, atque illud ipsum animum esse concedimus. Unde enim, si non inde, aliquid unquam de animo credidimus? Si quis igitur ista, quibus maxime proditur animus, ei eripiens alii cuidam rei tri-

οὖσας, δίδομεν εἶναί τι ἐν ἡμῖν ἕτερον τὸ βουλευόμενον· τοῦτο δὲ εἶναι τὴν ψυχήν. Ἐπεὶ πόθεν ἀλλαχόθεν ἐπιστεύσαμεν ὑπὲρ ψυχῆς; Ἂν οὖν τις ἐξ ὧν μάλιστα ψυχὴ φαίνεται, ταῦτα ἀφελόμενος ἑτέρῳ τινὶ προσάψῃ πράγματι, οὔτε ὅθεν οὖσα ἐμφαίνεται καταλέλοιπεν, οὔτε ὅ, τι χρήσιμος ἂν εἶναι δοκοίη. Τίς οὖν ἡ βοήθεια τῷ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι θέλοντι, παρὰ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀποκτιννύντος [f]; Τίς δὲ ἡ διδασκαλία τοῦ τρόπου τῆς κινήσεως, καθ' ὃν αὐτοκίνητον αὐτήν φαμεν, παρὰ τῶν μηδὲ τὸ παράπαν αὐτῇ κίνησιν νεμόντων; Ναί. Ἀλλὰ κατά γε τὴν ἀθανασίαν τοῦ νοῦ, φήσαι τις ἂν αὐτὸν κοινωνεῖν Πλάτωνι. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πᾶσαν βούλεται τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι, τόν γε νοῦν ὁμολογεῖ θεῖόν τε καὶ ἄφθαρτον εἶναι. Τίς μὲν οὖν τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ὁ νοῦς, ὅθεν ὢν, καὶ πόθεν ἐπεισκρινόμενος τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ποῦ πάλιν ἀπαλλαττόμενος, αὐτὸς ἂν εἰδείη· εἴγε τι συνίησιν ὧν λέγει περὶ τοῦ νοῦ, καὶ μὴ τὸ ἄπορον τοῦ πράγματος τῷ ἀσαφεῖ τοῦ λόγου περιστέλλων, ἐξίσταται τὸν ἔλεγχον, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ δυσθήρευτον ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ ποριζόμενος. Πάντως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαφέρεται Πλάτωνι. Ὁ μὲν γάρ φησι νοῦν ἄνευ ψυχῆς ἀδύνατον εἶναι συνίστασθαι· ὁ δὲ χωρίζει τῆς ψυχῆς τὸν νοῦν. Καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας ὁ μὲν μετὰ τῆς ψυχῆς αὐτῷ δίδωσιν, ὡς ἄλλως οὐκ ἐνδεχόμενον· ὁ δέ φησιν, αὐτῷ μόνῳ χωριζομένῳ τῆς ψυχῆς τοῦτο περιγίνεσθαι. Καὶ τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώματος οὐκ ἠξίωσεν ἐκβαίνειν, ὅτι Πλάτωνι τοῦτο ἤρεσε· τὸν δὲ νοῦν ἀποῤῥήγνυσθαι τῆς ψυχῆς ἠνάγκασεν, ὅτι ἀδύνατον ἔγνω Πλάτων τὸ τοιοῦτο. Ταῦτα μὲν ὁ Ἀττικός.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV, cap. IX, τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς περὶ ἀθανασίας ψυχῆς διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, καὶ τοῖς Ἑβραίων λόγοις. Pauca hic notabimus [a] : πᾶσαι γὰρ αἱ μαθήσεις, ἀναμνήσεις] Vide Platonem in Phædone p. 74, A et p. 75. C; item Phædr. p. 249. B. C. et Menon p. 82 B. — [b] τοσούτῳ δὴ ἐφιλονείκησε] scripsi e Vigeri conjectura; codd. τὸ σῶμα δὲ ἐφιλονείκησε. — [c] οὔτε γὰρ πνεῦμα] lege Aristotelem lib. I, de anima cap. 2 seqq. — [d] πρωτουργοὺς κινήσεις] Plato de legg. lib. X, pag. 897 ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλατταν ταῖς αὑτῆς κινήσεσιν, αἷς ὀνόματά ἐστι βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν ὀρθῶς, ἐψευσμένως, χαίρουσαν, λυπουμένην, θαῤῥοῦσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν καὶ πάσαις ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν καὶ φθίσιν καὶ διάκρισιν καὶ σύγκρισιν κτλ. Aliter judicat Aristoteles de anim. lib. I, cap. 4 p. 408. B. ed. Bekker τὸ δὲ λέγειν ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν ἢ οἰκοδομεῖν· βέλτιον γὰρ ἴσως μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν ἢ μανθάνειν ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ. Idem tamen de anim. lib. III, cap. 4 pag. 429. A. ed. Bekker. ait : ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή). — [e] Δικαίαρχος] Cicero Tuscul. I, 10 Dicæarchus autem in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit : duobus Pherecratem quendam, Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustraque et animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum, nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis æquabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quæ nulla sit, nec sit quidquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ vigeat et sentiat. Idem lib. I, 31 acerrime autem deliciæ meæ, Dicæarchus, contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis sermo habetur; in quibus vult efficere, animos

---

buerit : is profecto nihil relinquet, unde animum esse appareat, vel quem præbeat usum, intelligatur. Quid igitur opis, qui animum immortalem esse defendit, ab eo qui animum ipsum morte afficit, exspectare queat? aut qui modi ejus, quo per sese illum moveri dicimus, ab iis doctrina ulla speretur, qui nullum prorsus ei motum concedant? Sane, inquiet quispiam : at certe quod ad mentis immortalitatem attinet, Aristoteles cum Platone consentit. Etenim si non omnem animum immortalem esse vult, at mentem saltem divinam et incorruptam esse fatetur. Ergo quæ mentis hujus essentia sit, quæ natura, unde vel ducat originem vel hominibus inseratur, quo denique rursus avolet, idem ipse noverit, si modo eorum quæ de mente disputat, quidquam omnino intelligit, ac non potius orationis obscuritate suam hac in re dubitationem dissimulans, ansam reprehensionis vitat, ac sepiarum more tenebris sese, quo difficilius capiatur, involvit. Quamquam de his rebus omnino etiam a Platone dissentit. Is enim mentem negat seorsum ab animo posse consistere : Aristoteles contra mentem ab animo separat. Deinde immortalitatem Plato, quod aliter fieri non possit, menti cum animo conjunctæ attribuit, quam huic soli et ab animo disjunctæ contingere arbitratur Aristoteles. Postremo, migrare animum ex corpore, quod ita Platoni visum esset, statuere non potuit : mentem idem ab animo, quoniam id Plato fieri non posse sentiebat, vel invitam abstraxit. Atque hæc quidem Atticus.

esse mortales. — [f] ἀποκτιννύντος] scripsi; codd. ἀποκτινοῦντος. —)

8. Ἔτι τοῦ Πλάτωνος λέγοντος, τὴν ψυχὴν διακοσμεῖν τὰ πάντα, διήκουσαν διὰ πάντων, καὶ ταύτην, ἀφ' ἧς καὶ οἱ λοιποὶ διοικεῖσθαι συγχωροῖεν ἂν ἕκαστα, καὶ μηδὲν ἄλλο εἶναι τὴν φύσιν ἢ ψυχήν, καὶ δηλονότι ψυχὴν οὐκ ἄλογον, καὶ ἐκ τούτων συνάγοντος, ὅτι πάντα κατὰ πρόνοιαν γίνεται, εἴ γε καὶ κατὰ φύσιν· πρὸς οὐδὲν τούτων ἡμῖν Ἀριστοτέλης ὁμολογεῖ. Οὐ γὰρ εἶναι τὴν φύσιν ψυχήν, καὶ τὰ περὶ γῆν ὑπὸ μιᾶς φύσεως διοικεῖσθαι. Εἶναι γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἄλλας καὶ ἄλλας τὰς αἰτίας. Τῶν μὲν γὰρ οὐρανίων ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων, αἰτίαν τὴν εἱμαρμένην ὑποτίθησι· τῶν δὲ ὑπὸ σελήνην, τὴν φύσιν· τῶν δε ἀνθρωπίνων, φρόνησιν καὶ πρόνοιαν καὶ ψυχήν· τὸ μὲν γλαφυρὸν ἐν ταῖς τοιαύταις διαιρέσεσι παρεχόμενος, τὸ δὲ ἀναγκαῖον οὐ συνορῶν. Εἰ γὰρ μὴ μία εἴη δύναμις ἔμψυχος, διήκουσα διὰ τοῦ παντός, καὶ πάντα συνδοῦσα καὶ συνέχουσα, οὔτ' ἂν εὐλόγως τὸ πᾶν, οὔτε καλῶς διοικούμενον εἶναι δύναιτο. Τῆς δ' αὐτῆς ἦν ἄρ' ἀβλεψίας, καὶ πόλιν ἐλπίσαι ποτὲ καλῶς χωρὶς ἑνώσεως διαγενέσθαι, καὶ τὸ πᾶν τόδε ἡγήσασθαι πάγκαλον τῷ λόγῳ διαφυλάξειν, οἷόνπερ φαίνεται, μὴ συνδήσαντα καὶ συναρμόσαντα ἑνός τινος ὁμοίου κοινωνίᾳ. Καὶ τοιοῦτον μέν τι πρᾶγμα τὸ διοικοῦν ἕκαστα εἶναί φησιν, οἷον ἀρχὴν εἶναι κινήσεως· τοῦτο δὲ εἶναι ψυχὴν ὁμολογεῖν οὐ βούλεται· καίτοι καὶ τοῦ Πλάτωνος αὐτοῦ δεικνύντος, ὅτι τοῖς [b] κινουμένοις ἅπασιν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς κινήσεως ἡ ψυχή. Καὶ ὃ μὲν ἂν ἔργον εἴη ψυχῆς λογικῆς καὶ φρονίμου, τὸ μηδὲν μάτην ποιεῖν, τοῦτο ἀνατίθησι τῇ φύσει, τοῦ δὲ ὀνόματος αὐτῇ τῆς ψυχῆς οὐ μεταδίδωσιν· ὥσπερ ἐκ τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δυνάμεων, τῶν πραγμάτων λαμβανομένων.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV, cap. XII, πρὸς τὸν αὐτὸν διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς καθόλου ψυχῆς λόγῳ ἀπὸ τῶν Ἀττικοῦ. Sic enim cum Vigero rejecta codicum scriptura ἐν τῷ περὶ τῆς καθόλου ψυχῆς λόγῳ ἀπὸ τῶν αὐτῶν legendum esse, e philosophi dictione et disserendi ratione intelligitur. Ut igitur hoc caput: ita etiam sequens Attico vindicamus. In hoc fragmento scripsi [a]: ἄλλας καὶ ἄλλας τὰς αἰτίας] e Vigeri conjectura; codd. ἄλλας καὶ τὰς αἰτίας. — [b] ὅτι τοῖς κινουμένοις ἅπασιν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς κινήσεως ἡ ψυχή] Plato in Phædro pag. 245 ed. Steph. ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος. Τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. Μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Conf. Cicero. Tuscul. I, 23. —)

9. Τὸ δὲ κεφάλαιον [a] καὶ τὸ κῦρος τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως, ἡ περὶ τῶν νοητῶν διάταξις, ἠτίμασται καὶ προπεπηλάκισται, καὶ παντοίως, τό γε ἐπ' Ἀριστοτέλει εἶναι, περιύβρισται. Οὐ γὰρ δυνάμενος ἐννοῆσαι, ὅτι τὰ μεγάλα καὶ θεῖα καὶ περιττὰ τῶν πραγμάτων, παραπλησίου τινὸς δυνάμεως εἰς ἐπίγνωσιν δεῖται· τῇ δ' αὑτοῦ λεπτῇ καὶ ταπεινῇ δριμύτητι πιστεύων, ἥτις διαδῦναι μὲν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀλήθειαν ἰδεῖν· ἐδύνατο, τῆς δ' ὄντως ἀληθείας ἐποπτεῦσαι τὸ πανεύδιον οὐχ οἵα τε ἦν αὐτῷ· κανόνι θ' αὑτῷ καὶ κριτῇ τῶν ὑπὲρ αὑτὸν χρησάμενος, ἀπέγνω τινὰς εἶναι ἰδίας φύσεις [b],

---

8. Præterea, quum Plato, inquit, animum cuncta permeantem rebus omnibus ornatum afferre dicat, atque ejusmodi esse, quem sua vi singula moderari ac regere cæteri quoque libenter concedant: naturam porro nihil aliud esse, quam animum, eumque profecto non rationis expertem, indeque concludat, omnia quæ naturæ vis efficiat, dono quodam providentiæ gigni: eorum nihil est, quod Aristoteles nobis assentiatur. Is enim et naturam animum esse, et unius tantum naturæ vi res terrestres gubernari negat. Causas enim alias atque alias rerum esse singularum. Ac cœlestium quidem, utpote quæ usque sui similes eodem semper statu maneant, causam fatum esse censet; earum vero quæ sub luna sunt, naturam; humanarum denique prudentiam, providentiam et animum. Quo in rerum causarumque discrimine statuendo elegantiam aliquam ostendit, quod necessitatis erat non vidit. Nam nisi vis una quædam animata esset, quæ rerum universitatem pervadens, colligaret cuncta atque contineret: nunquam mundus vel sapienter vel pulchre regi posset. Est igitur ejusdem cæcitatis, et civitatem aliquando dissociatam fore incolumem sperare, et hoc universum præclaram illam, quam cernimus partium omnium speciem conservaturum allatis rationibus arbitrari, nisi id ipsum similis alicujus communione complectaris atque devincias. Cæterum, quod res singulas moderetur, id quidem motus principium esse ait; idem tamen animum esse fateri non vult, tametsi rebus omnibus quæ moventur principium fontemque motus animum esse Plato demonstrarit. Quod autem animi ratione præditi atque sapientis proprium sit, nihil agere frustra, id naturæ attribuit, cui tamen animi nomen non imponit: quasi a nominibus, non autem a facultatibus rerum initia viresque proficiscantur.

9. Postremo, quod caput est, inquit, ac Platonicæ philosophiæ cardo, rerum sola mente perceptarum doctrina, quantum in Aristotele fuit, illusa, conculcata, denique quoque modo exagitata est. Quum enim intelligere non posset, res magnas ac divinas, quæ longe

Vid. adn. 15. Sic et Ammonius in librum de interpretatione fol. 5. b. (Cf. Schol. Arist. p. 97. a. πρὸς δὲ τὸ γνήσιον εἶναι τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον, οὐδεὶς ἠξίωσε τῶν περὶ τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους ἐσπουδακότων ἀμφιβαλεῖν, εἴς τε τὸ πιθανὸν ἀποβλέπων τῆς ἐπαγγελίας καὶ εἰς τὴν ἔντεχνον καὶ κεκομψευμένην καὶ τῷ φιλοσόφῳ συνήθη τῶν ἐν αὐτῷ παραδιδομένων θεωρημάτων διάθεσιν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας αὐτοῦ πραγματείας ὁμολογίαν, πλὴν Ἀνδρονίκου τοῦ Ῥοδίου, ὃς ἑνδέκατος μὲν ἦν ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους, ἀκούσας δὲ αὐτοῦ καλοῦντος ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦδε τοῦ βιβλίου τὰ νοήματα παθήματα τῆς ψυχῆς καὶ προστιθέντος ὡς περὶ τούτου εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, διὰ τὸ μὴ συνιδεῖν ὅπου τῆς περὶ ψυχῆς πραγματείας τὰ νοήματα παθήματα τῆς ψυχῆς ἐκάλεσεν ὁ φιλόσοφος, ἀναγκαῖον ᾠήθη τῶν δύο πραγματειῶν, ταύτης τε καὶ τῆς περὶ ψυχῆς, τὴν ἑτέραν νόθον ἀποφήνασθαι τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ δεῖν ἐνόμισε ταύτην ἀθετεῖν μᾶλλον ἢ τὴν περὶ ψυχῆς. — (31) Boëthius in Categ. IV init. Simplicius in Categ. fol. 95. Z. — (32) Vid. adn. 3 et 4. — (33) auctor libri lat. de spermate cap. II; Galenus in dissertatione ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται tom. V p. 444 ed. Paris. Ἀνδρόνικον τὸν περιπατητικόν, ὅτι μὲν ὅλως ἐτόλμησεν ἀποφήνασθαι τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς, ἄνευ τοῦ περιπλέκειν ἀσαφῶς, ἐπαινῶ τε πάνυ, καὶ ἀποδέχομαι τὴν φράσιν τοῦ ἀνδρός. — (34) Simplicius in Categ. pag. 5. b. ed. Basil. ταῦτα δ' ἐπιστήσαντες οὗτοι τούς τε ἄλλους τῶν κατηγοριῶν ἐξηγητὰς αἰτιῶνται καὶ Ἀνδρόνικον κτλ. pag. 87 seq. Ἀνδρόνικος ἀκολουθῶν τῷ Ἀρχύτᾳ. pag. 6. b. Ἀνδρόνικος παραφράζων τὸ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον. Cf. pag. 7. b. 13. b. 15. b. 34. 36 atque alios locos. — (35) Simplicius in Phys. fol. 103. b. (Cf. Schol. Arist. p. 361. b. ed. Brandis.) ἡ δὲ φύσις καὶ προδιατιθεμένη διατίθησι τὸ ὑποκείμενον ἔνδοθεν καθ' ἕκαστον κινήσεως εἶδος, ὡς καὶ ὁ Ἀνδρόνικος ἔλεγε. Idem fol. 216 εἴρηται δὲ καὶ πρότερον ὅτι τὰ μὲν πέντε βιβλία τὰ πρὸ τούτου Φυσικὰ καλοῦσι, τὰ δ' ἐντεῦθεν τρία περὶ κινήσεως· οὕτω γὰρ καὶ Ἀνδρόνικος « ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ κινήσεως » διατάττεται. Vid. fragm. I. Conf. et fol. 101. — (36) Vide Casauboni epist. 507 ed. Græv. — (37) Salmasius ad Epictetum et Simplicium p. 227 seqq. —

pnum alii quoque Aristotelis interpretes sæpe erraverint, ipse autem ille Tyrannionis æqualis in genuinarum spuriarumque scriptionum distinctione lapsus sit. Sed videamus id quod maxime rem causamque continet. Aristotelis verba sunt : λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια· καὶ χρηστέον αὐτοῖς i. e. de animo vero etiam in exotericis disputationibus nonnulla satis copiose dicuntur; quibus utendum est. Quæ sic exprimit paraphrastes : περὶ ψυχῆς τοίνυν οὐ μόνον ἐν συγγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ στόματος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀρκούντως εἴπομεν ἔνια· καὶ χρηστέον αὐτοῖς i. e. at de animo non solum in scriptis, sed etiam memoriter apud auditores nostros nonnulla satis copiose diximus; quibus qui volent hac in re utantur. Refragatur huic explicationi Salmasius, aitque talem paraphrasin non esse veteris Peripatetici, qui aliter de libris esotericis et exotericis apud Gellium (38) disseruerit. Quum autem dubitetur a viris doctis, utrum λόγους Aristoteles libros esse velit, ut Herodotus lib. V, cap. 36 et Xenophon Anab. lib. II cap. 1, an disputationes, verba et sermones : Andronicum apud Gellium secuti vocem istam interpretabimur de prælectionibus pomeridianis ad commune judicium popularemque intelligentiam accommodatis (39). Nimirum licebat Aristoteli scriptionem prælegere in schola, ita ut frequenter aliquid ad rem præsentem aptatum subito ac memoriter adderet. Ita nihil falsi habet ista explanatio, quamquam paraphrastes hic non totam dictionis Aristoteleæ vim expressit. Pauca præterea quæ Salmasius (40) hujus paraphrasis auctori tanquam parum diligenter explicata objicit, commemorare non libet. Ut enim omnino homines doctrinæ studiis dediti non uni alicui certo se addicunt, sed multis utuntur magistris : ita Ethicorum Nicomacheorum libros legentibus non ingrata erit hujus paraphrasis cum aliis interpretibus comparatio. Quamobrem dignam duxi, quam collatis superioribus editionibus (41) recognitam et latine versam Peripateticorum fragmentis adjicerem.

Subjunxi huic antiquitatis monumento Andronici de animi affectionibus libellum, mancum illum quidem atque a librariis male habitum, sed a Daniele Heinsio ex eodem codice, qui paraphrasin continet, atque ex aliis quibusdam membranis, ut mea fert opinio, depromtum. Ipse enim hac de re silet. Etsi vero novos lectionum fontes aperire mihi non contigit, id tamen studui, ut hanc disputatiunculam emendatam et latine redditam in lucem revocarem.

Aristocles Messenius, Peripateticus, quem Alexandri Aphrodisiensis præceptorem fuisse testantur Simplicius (41) et Cyrillus lib. II in Julianum, publicatis pluribus operibus inclaruit. Inter ejus scripta fuit volumen (42), quo quærebat, utrum Homerus an Plato esset præstantior (πότερον σπουδαιότερος Ὅμηρος ἢ Πλάτων). Scripsit porro artem rhetoricam (τέχνας ῥητορικάς) et de Serapide (περὶ Σαράπιδος) libellum. Adde decem de moribus (Ἠθικά) totidemque de philosophia (περὶ φιλοσοφίας) libros, in quibus omnes recensuerat philosophos eorumque decreta persecutus erat. Sextum horum librorum citat Suidas v. Σωτάδης (43). Ex septimo fragmenta servavit Eusebius Præp. Evang. XI, 3, XV, 2 et 14. Ex octavo XIV, 17, 18, 19, 20, 21, quæ in medium protuli atque interpretatus sum (44).

Alius Aristoclis videntur fuisse Paradoxa, e quibus Stobæus (45) Flor. LX, 4, 37 locum affert. Præterea viri cognominis primum de republica Lacedæmoniorum volumen laudat Athenæus (46) IV p. 140. B. qui etiam musici (47) nescio cujus e commentatione de choris caput

(38) Vid. adn. 3 et 4. — (39) Parum accurate Eustratius : τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων τὰ μὲν πρὸς τοὺς κοινῶς ἀκροωμένους τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐκδέδοται ἐν ταῖς κοιναῖς διατριβαῖς ἀναγινωσκόμενα καὶ πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἀμέσως διασαφούμενα· τὰ δὲ κατ' ἰδίαν πρός τινας ἔξωθεν προσπεφώνηται ἕκαστον αὐτῶν πρὸς ἕκαστον τῶν ζητούντων τοῖς ζητουμένοις πράγμασιν οἰκείως ἐκτεθειμένον. Ἐκεῖνα μὲν οὖν ἀκροαματικὰ ὀνομαζόμενά ἐστι, ταῦτα δὲ ἐξωτερικά. — (40) Salmasius ad Epictetum et Simplicium pag. 241. — (41) Idem scriptor ex Heinsii recensione et cum latina ejus interpretatione formulis typographicis repetitus est Cantabrigiæ a. 1679 et Oxonii a. 1809.

(41) Simplicius in I de cœlo fol. 34. b. (cf. Schol. Arist. p. 477. a. 31 ed. Brandis.) συνηρημένως δὲ ὁ Ἀλέξανδρος, ὥς φησι, κατὰ τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον Ἀριστοτέλην (leg. Ἀριστοκλέα) ἐξέθετο τὴν ἀπόδειξιν τοῦ τῇ κύκλου κινήσει μὴ εἶναι ἐναντίαν κίνησιν, μηδὲ τῷ κυκλοφορητικῷ σώματι ἐναντίαν. — (42) Suidas v. Ἀριστοκλῆς. — (43) Suidas v. Σωτάδης sic : Σωτάδης, Βυζάντιος, φιλόσοφος, ὥς φησιν Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας ἕκτῳ. — (44) Ex eodem opere, ni fallor, Proclus in Tim. p. 7. a. (p. 14 ed. Schneider.) hæc petiit : οὕτω γὰρ Ἀριστοκλῆς κατασκευάζει Θεαίτητον εἶναι τὸν ἀπόντα. — (45) Stobæus Flor. LX, 4, 37 Ἀριστοκλέους ἐν β' παραδόξων (cf. Plutarch. Moral. p. 312. c.) [Ἀριστώνυμος] Ἐφέσιος τῷ γένει νεανίας τῶν ἐπισήμων, υἱὸς Δημοστράτου, ταῖς δ' ἀληθείαις Ἄρεως· οὗτος τὸ θῆλυ μισῶν γένος νυκτὸς βαθείας εἰς τὰς πατρῴας ἔτρεχεν ἀγέλας, καὶ ὄνῳ συνεγένετο θηλείᾳ. Ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἔτεκε κόρην εὐειδεστάτην Ὀνοσκελίδα τοὔνομα, τὴν προσηγορίαν λαβοῦσαν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος. — (46) Athenæus IV p. 140. B. ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ, καὶ Διοσκουρίδης ἐν δευτέρῳ πολιτείας, καὶ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ προτέρῳ καὶ οὗτος τῆς Λακώνων πολιτείας. — (47) Athenæus IV p. 174. C. ἱστορεῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοκλῆς ἐν

excerpsit. Fuerunt insuper Aristocles Lampsacenus (48), Stoicus, explanator opusculi Chrysippei de ratione qua singula eloquimur et cogitamus, et Aristocles Pergamenus (49) sophista, Trajani et Hadriani temporibus clarus, a Suida memorati. Accedit Aristocles Rhodius (50), rhetor et grammaticus, qui Augusti imperatoris ætate vixit.

Sed redeo ad Aristoclem Messenium, cujus unum fragmentum infra omissum huic disputationi inseram. Nam ille apud Eusebium (51) Præpar. Evang. lib. XV cap. 14. de Stoicorum philosophia ita scribit : Rerum elementum, uti Heraclitus, ignem esse volunt, ejus vero principia, materiam atque deum, ut Plato. Verum hoc discrimine, quod Stoici ambo illa, tam efficiens quam patiens, corpora esse dicunt. Plato contra primum illum effectorem incorporeum auctorem esse statuit. Deinde certis quibusdam fatoque constitutis temporibus mundum omnem conflagrare docent, ac deinde rursus suam speciem ornatumque recipere. Ac primum quidem illum ignem quasi semen aliquod esse, quod cunctarum rerum rationes, ac præteritorum simul, præsentium futurorumque causas contineat, quarum conjunctio quædam et consequentia, eorum quæ sunt omnium fatum, scientia, veritas et lex ejusmodi sit, quæ nullo pacto vitari declinarique queat. Sic porro quæ in mundo sunt universa quam optime gubernari, tanquam in republica æquissimis legibus temperata.

Censebat sine dubio deum mentem esse vel animum per naturam rerum omnium intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur. Ita enim intelligendus locus de mente quæ sola divina est solaque extrinsecus illabitur (52). Atque Aristoteli quidem Alexander Aphrodisiensis (53) in secundo de anima fol. 144 seqq. hanc opinionem videtur ascribere, sed quæ adjicit, non in Aristotelem, sed in ipsius magistrum Aristoclem conveniunt. Quocirca pro Ἀριστοτέλους, quod in cunctis legitur codicibus calamo descriptis, reponendum esse Ἀριστοκλέους, animadvertit Zellerus hist. phil. Græc. tom. III, p. 429. Improbat tale præceptum Alexander, atque Stoicis quam Peripateticis dignius esse contendit. Verum cum de omni Aristoclis philosophiæ formula, tum de hac re uberius disserere non attinet.

(54) *Alexander* Aphrodisiensis philosophiam Aristoteleam Athenis, ni fallor, vel Alexandriæ ab Imperatoribus Septimio Severo et Antonino Caracalla docere jussus studiorum suorum primitias libellum de fato iis dedicavit. Hinc colligas, eum ab anno post Chr. n. 199 usque ad annum

---

τῷ περὶ χορῶν οὑτωσί πως λέγων « Ζητεῖται πότερα τῶν ἐμπνευστῶν ἐστιν ὀργάνων ἡ ὕδραυλις ἢ τῶν ἐντατῶν. Ἀριστόξενος μὲν οὖν τοῦτο οὐκ οἶδε. Λέγεται δὲ Πλάτωνα μικράν τινα ἔννοιαν δοῦναι τοῦ κατασκευάσματος νυκτερινὸν ποιήσαντα ὡρολόγιον ἐοικὸς τῷ ὑδραυλικῷ, οἷον κλεψύδραν μεγάλην λίαν. Καὶ τὸ ὑδραυλικὸν δὲ ὄργανον δοκεῖ κατὰ κλεψύδραν εἶναι. Ἐντατὸν οὖν καὶ καθαπτὸν οὐκ ἂν νομισθείη, ἐμπνευστὸν δ' ἂν ἴσως ῥηθείη διὰ τὸ ἐμπνεῖσθαι τὸ ὄργανον ὑπὸ τοῦ ὕδατος. Κατεστραμμένοι γάρ εἰσιν οἱ αὐλοὶ εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ ἀρασσομένου τοῦ ὕδατος ὑπό τινος νεανίσκου, ἔτι δὲ διικνουμένων ἀξινῶν διὰ τοῦ ὀργάνου, ἐμπνέονται οἱ αὐλοὶ καὶ ἦχον ἀποτελοῦσι προσηνῆ. Ἔοικε δὲ τὸ ὄργανον βωμῷ στρογγύλῳ. Καί φασι τοῦτο εὑρῆσθαι ὑπὸ Κτησιβίου κουρέως, ἐνταῦθα οἰκοῦντος ἐν τῇ Ἀσπενδίᾳ ἐπὶ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου, διαπρέψαι τέ φασι μεγάλως. Τουτονὶ οὖν καὶ τὴν αὐτοῦ διδάξαι γυναῖκα Θαΐδα. » —

(48) Suidas : Ἀριστοκλῆς, ὁ Λαμψακηνός, φιλόσοφος Στωϊκός, ἔγραψεν ἐξήγησιν τῶν Χρυσίππου περὶ τοῦ πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοούμεθα ἐν βιβλίοις τέσσαρσι (Diogenes Laërtius VII, 201) — (49) Suidas : Ἀριστοκλῆς, ὁ Περγαμηνός, σοφιστής, κατὰ Τραϊανὸν καὶ Ἀδριανὸν βεβιωκώς, ἔγραψε Τέχνην ῥητορικήν, Ἐπιστολάς, περὶ ῥητορικῆς βιβλία πέντε, Μελέτας, πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ διανεμήσει τοῦ χρυσίου. — (50) Hujus de poetica librum laudat Ammonius v. ἐπικήδιος, cujus hæc sunt verba : ἐπικήδιος καὶ θρῆνος διαφέρουσι. Ἐπικήδιον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ τῷ κήδει· θρῆνος δέ, τὸ ἐν ᾠδῇ. Οὕτω Τρύφων. Ἀριστοκλῆς δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς τοὔμπαλιν. Φησὶ γάρ· θρῆνος δ' ἐστὶν ᾠδὴ τῆς συμφορᾶς οἰκεῖον ὄνομα ἔχουσα· ὀδυρμὸν ἔχει σὺν ἐγκωμίῳ τοῦ τελευτήσαντος. Τινὲς μὲν οὖν κοινῶς πάντα εἶπον θρήνους· οἱ δὲ διαφέρειν θρηνόν τε καὶ ἐπικήδιον· τῷ τὸν θρῆνον ᾄδεσθαι παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ πρὸ τῆς ταφῆς, καὶ μετὰ τὴν ταφήν, καὶ κατὰ τὸν ἐνιαύσιον χρόνον τῆς κηδείας, ᾀδόμενον ὑπὸ τῶν θεραπαινίδων, καὶ τῶν σὺν αὐταῖς. Τὸ δ' ἐπικήδιον, ἔπαινόν τινα τοῦ τελευτήσαντος μετά τινος μετρίου σχετλιασμοῦ. Vid. Fabric. Bibl. Græc. vol. VII p. 52. — (51) Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. 14 περὶ τῆς τῶν στωϊκῶν φιλοσοφίας, ὅπως τε ὁ Ζήνων τὸν περὶ ἀρχῶν ἀπεδίδου λόγον· ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου περὶ φιλοσοφίας Ἀριστοκλέους. Στοιχεῖον εἶναί φασι τῶν ὄντων τὸ πῦρ, καθάπερ Ἡράκλειτος, τούτου δ' ἀρχὰς ὕλην καὶ θεόν, ὡς Πλάτων. Ἀλλ' οὗτοι ἄμφω σώματά φασιν εἶναι, καὶ τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον, ἐκείνου πρῶτον ποιοῦν αἴτιον ἀσώματον εἶναι λέγοντος. Ἔπειτα δὲ καὶ κατά τινας εἱμαρμένους καὶ ὡρισμένους χρόνους ἐκπυροῦσθαι τὸν σύμπαντα κόσμον, εἶτ' αὖθις πάλιν διακοσμεῖσθαι. Τὸ μέντοι πρῶτον πῦρ εἶναι καθαπερεί τι σπέρμα, τῶν ἁπάντων ἔχον τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, καὶ τῶν ἐσομένων· τὴν δὲ τούτων ἐπιπλοκὴν καὶ ἀκολουθίαν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἐπιστήμην καὶ ἀλήθειαν, καὶ νόμον εἶναι τῶν ὄντων ἀδιάδραστόν τινα καὶ ἄφυκτον. Ταύτῃ δὲ πάντως διοικεῖσθαι τὰ κατὰ τὸν κόσμον ὑπέρευ, καθάπερ ἐν τῇ εὐνομωτάτῃ τινὶ πολιτείᾳ. — (52) Aristoteles de generat. animal. lib. II cap. 3 λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. — (53) Alexander Aphrodisiensis de anima lib. II fol. 144 seqq. ἤκουσα δὲ περὶ νοῦ τοῦ θύραθεν παρὰ Ἀριστοτέλους ἃ διεσωσάμην. — (54) Alexander Aphrodisiensis l. c. fol. 145 ἀντιπίπτειν ἐδόκει μοι τότε τούτοις, τὸν νοῦν καὶ ἐν τοῖς φαυλοτάτοις εἶναι

211 fere floruisse. Qui quum Aristoclem Messenium (55) et Herminum (56) Peripateticos audivisset atque in una rerum contemplatione quasi tabernaculum vitæ suæ collocasset, perfectus evasit philosophus. Fuit enim, si ab ipso sectæ conditore discesseris, Peripateticorum sine controversia princeps. Aliis videlicet aliena dogmata rationi Aristoteleæ admiscentibus, ipse quoad ejus fieri posset veterem Stagiritæ disciplinam restituit. Quapropter Aristotelis scripta plurimis commentariis illustravit, qui intelligentibus harum rerum existimatoribus adeo probabantur, ut ipse meritam gloriam consecutus illius interpres (ἐξηγητής) et diceretur et haberetur. Quo factum est, ut Hieronymus I in Rufinum his verbis eum designaret : *Revolve Aristotelem et Alexandrum, Aristotelis volumina disserentem, et quanta ambiguorum sit copia, eorum lectione cognosces.* Quid? quod Ἀριστοτελικὸς Ἀλέξανδρος vocatus est a Cyrillo IV contra Julian. pag. 133. Quin etiam Porphyrius (57) in vita Plotini cap. 14 Alexandri Peripatetici, quem Aphrodisiensem existimamus, commentarios in scholis lectos esse memoriæ prodit. Verum ne de commentariis illis, qu' satis noti sunt, hic exponam, breviter de aliis ingenii monumentis, quibus Alexander nomen suum ad immortalitatis memoriam consecravit, dicendum videtur. Composuit igitur librum περὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν de fato ac de eo quod in nostra est potestate, ex quo insignem locum excerpsit Eusebius inseruitque Præpar. Evang. VI, 9. Hunc librum post duplicem Aldi Manutii editionem (58) primus latine vertit Hieronymus Bagolinus et quatuor voluminibus quæstionum Alexandri subjecit Venetiis a. 1541 et 1559 maxima forma apud Hieronymum Scotum (59). Eundem in collectis philosophorum de fato sententiis interpretatus est Hugo Grotius Lutetiæ a. 1648 quaternis et Amstelodami 1648 duodenis, qui se ad exemplar græcum in latinam linguam transferendum Aldi editionem cum Eusebio et manu scripto codice contulisse testificatur. Denique græce et latine cum nova translatione nescio cujus viri docti (60) hic Alexandri libellus in publicum prodiit Londini anno 1658. Accessit autem huic volumini Ammonii Hermiæ commentarius in secundam partem dissertationis Aristoteleæ de interpretatione.

Porro lectu digna videtur Alexandri commentatio de mixtione (περὶ μίξεως) sive de temperatione corporum ad Stoicorum præcipue sententiam de corporum penetratione et deo mundi anima explodendam accommodata. Hæc primo græce edita est una cum commentariis Alexandri in Aristotelis Meteorologica Venetiis a. 1527 apud Aldum; deinde ab Angelo Caninio latine reddita ad calcem quæstionum naturalium et librorum de anima prodiit in eadem urbe a. 1555 apud Hieronymum Scotum.

Præterea plausum tulerunt ejus Φυσικῶν σχολίων δι' ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλία δ' Physicorum scholiorum per dubitationes et solutiones ad varios Aristotelis locos libri quatuor, sive Quæstiones naturales, ut Politianus vocat. Atqui hi quidem Quæstionum libri græce primum divulgati sunt a Victore Trincavello Venetiis a. 1536 in ædibus Aldi et Asulani forma majori; quibus adjunctus est libellus de fato. Latina autem eorundem librorum interpretatio, quæ Hieronymo Bagolino ejusque filio Joanni Baptistæ debetur, Venetiis anno 1559 in lucem prolata est.

Sed omnibus semper placuerunt duo ejus de anima (περὶ ψυχῆς) libri græce publicati in fine operum Themistii subjuncto Alexandri de fato libello Venetiis studio et opera Victoris Trincavelli a. 1534 forma majori typis Aldi et Asulani. Primum librum ex græco in latinum sermonem vertit Hieronymus Donatus Venetiis a. 1538 octonis et Lutetiæ ad calcem Themistii a. 1528 forma majori. Alterum librum latinæ consuetudini tradidit Angelus Caninius, cujus interpretatio cum priore libro per Donatum verso prodiit in fine quæstionum naturalium Venetiis a.

θεῖον ὄντα, ὡς τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς ἔδοξεν. — (55) Simplicius in I de cœlo fol. 34. b. et Cyrillus in Julian. lib. II cf. not. 41. — (56) Simplicius in II de cœlo fol. 105. — (57) Porphyrius in vita Plotini cap. 14 ἐν δὲ ταῖς συνουσίαις ἀνεγινώσκετο μὲν αὐτῷ τὰ ὑπομνήματα, εἴτε Σεβήρου εἴη, εἴτε Κρονίου, ἢ Νουμηνίου, ἢ Γαΐου, ἢ Ἀττικοῦ, κἀν τοῖς Περιπατητικοῖς τά τε Ἀσπασίου καὶ Ἀλεξάνδρου, Ἀδράστου τε καὶ τῶν ἐμπεσόντων. — (58) Prioris titulus est : τὰ Θεμιστίου τοῦ εὐφραδοῦς ἅπαντα, τοῦτ' ἔστι παράφρασις καὶ λόγοι. Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως περὶ ψυχῆς βιβλία δύο καὶ ἓν περὶ εἱμαρμένης. Venetiis apud Aldum 1534. Posterioris vero : Ζητήματα Ἀλεξάνδρου φυσικὰ περὶ ψυχῆς, Μετάφρασις ἐκ τῶν Δαμασκίου εἰς τὸ πρῶτον περὶ οὐρανοῦ βιβλίον. Ἐπιτομὴ σχολικὴ εἰς τὰ δ' πρῶτα καὶ τὸ η' περ φυσικῆς βιβλία. Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως βιβλίον, Πρισκιανοῦ Λύδου μετάφρασις τῶν Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως. Venetiis, typis Aldi et Asulani 1536. Sed in exemplaribus omnibus, quæ Fabricius inspexit, insunt tantum Alexandri Quæstiones Physicæ cum libro de Fato, reliquis quæ titulus promiserat omissis. Vid.Fabric. Bibl. Græc. IV p. 66. — (59) Liber rarissimus sic inscribitur : Alexandri Aphrodisiensis Peripatetici doctissimi Quæstiones Naturales et Morales et de Fato, Hieronymo Bagolino Veronensi et Baptista filio interpretibus, de anima liber I Hieronymo Donato Patricio Veneto interprete, de anima liber II et de mixtione Angelo Caninio Angleriensi interprete, omnia excusa Venetiis apud Hieronymum Scotum 1559. — (60) Hæc

1559 forma maxima ex officina Hieronymi Scoti, addito Alexandri de mixtione opusculo.

Cætera Alexandri scripta silentio prætereo. Ex iis autem nostræ memoriæ criticis qui ad emendanda Alexandri opera incubuerunt, nobilitatus est Joannes Conradus Orellius editione libri de Fato, quibus alias similis argumenti disputationes adjecit (61). Is enim multa rei bene gerendæ, quibus superiores editores caruerant, adjumenta habuit. Duorum videlicet librorum manuscriptorum lectiones, diligenter a viris doctis enotatæ, ad recensendum Alexandri textum ei præsto fuerunt. Quippe codicem Fabricianum, qui in Academiæ Hafniensis bibliotheca asservatur, cum editione Londinensi libelli de fato ac de eo quod in nostra est potestate contulit Th. D. Blochius, illius bibliothecæ præfectus, omnemque scripturæ varietatem Orellio misit. Idem Blochius duo capita de Fortuna et Fato ex isto codice exscripta cum diversitate lectionis editionis Aldinæ prioris (nam in altera Libri de anima, quibus continentur hæc capita, licet in titulo promittantur, non comparent) Orellio utenda tradidit. Cæterum in codice illo, qui numero 85 notatur, varia scripta hoc ordine reperiuntur; primum Joannis Damasceni κεφάλαια φιλοσοφικά; deinde Græculi nescio cujus dissertatio περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου sexto decimo sæculo composita; tum Alexandri Aphrodisiensis περὶ τύχης καὶ εἱμαρμένης capita duo ex ejus libro secundo de anima; præterea ejusdem πρὸς αὐτοκράτορας περὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν βιβλίον; porro ejusdem σχολίων φυσικῶν, ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλίον β' (cap. 2-16); denique Συναγωγὴ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐξηγήσεων εἰς τὴν ῥητορικὴν τῶν ἀποδοθεισῶν ὑπὸ τῶν χριστιανῶν ἐξηγητῶν καὶ Ἑλλήνων. Alter codex quo Orellio uti licebat, est Monacensis vel potius exemplar editionis Aldinæ prioris, bibliothecæ regiæ Monacensis ornamentum, in cujus margine manu, ut videtur, P. Victorii cum correctiones Aldinæ posterioris, tum aliæ lectiones haud contemnendæ scriptæ sunt. Has Victorii notas e libro Monacensi depromtas Xaverius Werferus cum Orellio communicavit. Huc accesserunt alia doctrinæ præsidia. Etenim a Benekio, Professore Gottingensi, contentionem et comparationem utriusque Aldinæ cum editione Londinensi a doctis adolescentibus factam accepit. Insuper Joann. Caselii editionem, viri de Alexandro bene meriti, Rostochii a. 1588 quaternis adornatam Fridericus Creuzerus Orellio commodavit, qui ipse eam cum Londinensi contulit. Idem ad corrigenda græcæ orationis menda non solum Eusebii Præparationem Evangelicam et Hieronymi Bagolini translationem cum codice Hafniensi sæpe consentientem, sed etiam latinas Hugonis Grotii et editoris Londinensis interpretationes et germanicam Georgii Schulthessii (62) adhibuit. Exemplari græco elegantem Hugonis Grotii interpretationem, maxime ex editione Aldina posteriore expressam, emendatis tamen locis quibusdam minus intellectis, adjunxit. Libro de Fato addidit Capita duo de Fortuna et Fato cum Angeli Caninii translatione, porro Ammonii Hermiæ filii et Plotini Commentationes de Fato, illam e Londinensi Alexandri editione, hanc e Basileensi petitam. Adjecit etiam ex Eusebii Præparatione Evangelica, collatis Rob. Stephani et Franc. Vigeri editionibus, Bardesanis Syri locum adversus astrologos scriptum. Denique in fine voluminis præter breve Alcinoi caput, Georgii Gemisti Plethonis de Fato libellum posuit, quem antea Sam. Reimarus Lugduni Batavorum a. 1722 græce et latine ediderat. His omnibus opusculis tum lectionis varietatem e libris scriptis et impressis excerptam, tum suas et patruelis Casp. Orellii annotationes subjecit.

Uberius de Orellio dixi, ne virum præclarum, cujus acumen in emendandis et illustrandis hisce disputationibus elaboravit, debita laude fraudasse viderer. At si quis non ex præsumta opinione, sed ex veritate quæ præstita sunt æstimaverit, plura incepta, aliqua absoluta, alia de integro et intentiore studio agenda reperiet. Quum igitur Peripateticorum reliquiis disputationes omnes ab Orellio vulgatas adjicere decrevissem videremque, quantum in hoc genere post illius laborem relictum esset bene merendi materiæ: operi inchoato et prope jam absoluto tanquam fastigium imponere conatus sum. Itaque verba græca castigavi, locos corruptos correxi, denique rejectis magna ex parte aliorum translationibus ipse hæc opuscula interpretatus sum.

---

translatio paulo melior et elegantior Grotiana est. (61) Liber ita inscribitur: Alexandri Aphrodisiensis, Ammonii Hermiæ filii, Plotini, Bardesanis Syri et Georgii Gemisti Plethonis de Fato quæ supersunt græce ad codicum manuscriptorum, editionum, versionum fidem recensuit, interpretationem latinam Hugonis Grotii et aliorum emendatiorem, varietatem lectionis et notas adjecit Joannes Conradus Orellius. Insertæ sunt animadversiones Jo. Casp. Orellii. Turici, typis Orellii, Fuesslini et soc. 1824.

(62) Vide *Bibliothek der griechischen Philosophen* tom. IV pag. 150 seqq. Turici 1782. 8.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

Η ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Κεφ. α'.

Ὅτι ἐστιν ἔσχατον τέλος, πρὸς ὃ πᾶσαι τάττονται αἱ ἀνθρώπιναι πράξεις.

* Ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ μεθόδῳ ἀγαθόν τι ζητοῦμεν· καὶ προαιρούμεθα δὲ καὶ πράττομεν ἐκεῖνα, ὅθεν ἀγαθόν τι προσδοκῶμεν λαβεῖν. Διὰ τοῦτο καλῶς ἀπεφήναντο ἐκεῖνο εἶναι τὸ ἀγαθόν, οὗ πάντα ἐφίεται [a]. Καὶ γὰρ οὐ μόνον τὰ λογισμῷ κινούμενα ἕνεκά τινος ἀγαθοῦ κινεῖται, ἀλλὰ καὶ τὰ φύσει κινούμενα πρός τι φέρεται τέλος ἀγαθὸν ἀλόγως, καθάπερ τὸ βέλος εἰς τὸν σκοπόν. Ἔστι μὲν οὖν πάσης πράξεως καὶ κινήσεως τέλος.

** Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν. Ἔστι γὰρ πράξεως τέλος, ἔργον, ὥσπερ τῆς ναυπηγικῆς τὸ πλοῖον· ἔστι δὲ πάλιν πράξεως τέλος ἄλλη πρᾶξις, ὥσπερ τῆς ἱππικῆς τὸ ἱππεύειν.

Ἐφ' ὧν δὲ οὐχ ἡ πρᾶξις τέλος, ἀλλὰ ἔργον, ἐπ' ἐκείνων βέλτιον τὸ ἔργον τῆς πράξεως. Πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν, πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη. Ἰατρικῆς μὲν γὰρ τέλος ὑγίεια, ναυπηγικῆς δὲ πλοῖον, στρατηγικῆς δὲ νίκη, οἰκονομικῆς δὲ πλοῦτος. Συμβαίνει δὲ πολλὰς πράξεις καὶ τέχνας ὑπὸ μίαν δύναμιν εἶναι καὶ τέχνην πολλάκις, ἡνίκα διὰ τὸ τέλος ἐκείνης τῆς τέχνης ἐκεῖναι ζητοῦνται. Οἷον ἡ χαλινοποιητική, καὶ ἡ ἱππική, καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις, τὸ τέλος ζητοῦσι τῆς στρατηγικῆς· πᾶσαι γὰρ ἕνεκα τῆς νίκης ἐπιτηδεύονται. Καὶ διὰ τοῦτο αἱ μέν, ὑπὸ τὴν στρατηγικὴν λέγονται εἶναι· ἡ δὲ στρατηγική, ἀρχιτεκτονικὴ πρὸς αὐτὰς καλεῖται· δύναται γὰρ ὅπερ ὁ ἀρχιτέκτων ἐν τοῖς τέκτοσι. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ἀποβλέπων εἰς τὸ εἶδος τῆς οἰκίας ἐκεῖνα κελεύει ποιεῖν τοὺς τέκτονας, ἃ πρὸς ἐκεῖνο φέρει τὸ εἶδος, οὕτω καὶ ἡ στρατηγικὴ καὶ εἴ τις ἄλλη τοιαύτη, ἀπὸ τοῦ ἰδίου τέλους ταῖς ἄλλαις δίδωσι τοὺς κανόνας. Καὶ γὰρ καὶ τὸν χαλινὸν ὁ χαλινοποιός, πρὸς τὴν νίκην, ὥσπερ εἰς κανόνα, ἀποβλέπων, τοιοῦτον ἐποίησεν, ὥστε ἁρμόττειν καὶ ἐπιτήδειον εἶναι τῷ ἐπειγομένῳ νικᾷν, καὶ τὴν ἐφεστρίδα ἕτερος, καὶ ἄλλοι ὅσοι τεχνῖται τῶν ἱππικῶν ὀργάνων εἰσί· καὶ ὁ ἱππικὸς οὕτω διέθηκεν ἑαυτόν, ὥστε δυνηθῆναι νικᾷν· καὶ ὁ στρατιώτης· καὶ ὅλως πάσας τὰς ὑπὸ τὴν στρατηγικὴν τὸ τέλος αὐτῆς

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER I.

Cap. I.

Aliquem extremum esse finem, ad quem omnes humanæ actiones referantur.

In omni tam arte quam docendi ratione bonum aliquod quærimus : quia et præ reliquis eligere illa et agere solemus, unde bonum aliquod consecuturos nos putamus. Quare recte nonnulli bonum id pronuntiarunt esse, quod omnia appetunt. Et profecto, non ea tantum quæ moventur ratione, ob boni alicujus causam moveri videmus : sed et ea, quæ natura sua moventur, ad bonum aliquem finem, licet sine ratione, ferri ; quemadmodum sagitta ad scopum fertur. Quamobrem tum actio omnis finem suum habet, tum motus.

Aliqua tamen finium videtur esse differentia. Actionis enim finis, opus est, sicut artis navium ædificandarum, navis : rursus actionis finis alia est actio : sicut equitandi artis, equitare.

Jam vero in quibus non actio finis est, sed opus, in iis melius actione opus est. Actiones autem quum sint multæ, multi etiam sunt fines. Medicinæ enim finis est sanitas, artis navium ædificandarum navis, imperatoriæ artis victoria, rationis denique ejus quæ in re familiari tuenda versatur, divitiæ. Sed et frequenter actiones multæ atque artes uni alicui vel facultati subjectæ sunt vel arti : quoties nimirum propter illius artis finem illæ expetuntur. Velut ars ea, quæ in conficiendis frenis occupatur, item equitandi facultas omnisque actio militaris finem scientiæ imperatorum quærunt : omnes enim victoriæ causa exercentur. Ac propterea illæ quidem sub imperatorum scientia esse dicuntur : ipsa vero imperatoria ars respectu earum architectonica dicitur : idem enim potest, quod inter fabros reliquos architectus. Etenim quemadmodum ille ad formam respiciens domus, facere ea fabros jubet reliquos, quæ ad illam formam efficiendam valent : sic ars imperatoria, et si quæ alia est hujusmodi, ex fine suo reliquis normam præbet. Nam et qui frenum conficit, ita illud conficit, ut ad victoriam respiciat tanquam ad normam : idque eo modo, ut congruere possit ei et servire, qui victoriam consequi properat : alius item sagulum, et quisquis denique equestria arma fabricatur : sed et eques ita se præparat ut possit vincere, et miles

---

* Superiorum editionum notas margini appositas repetii quo facilior esset lectoribus Aristotelis verborum cum Andronici paraphrasi comparatio. — Ad Aristot. lib. 1, cap. 1. πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος κτλ. — ** Διαφορὰ δέ τις κτλ.

διατίθησιν. Ἔστι μὲν οὖν ἑκάστῃ τῶν ὑπὸ τὴν ἀρχιτεκτονικὴν τέλος, καθάπερ χαλινοποιητικῇ χαλινός, καὶ ἱππικῇ ἱππεύειν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἄλλο τι. Ἔστι δὲ καὶ τῇ ἀρχιτεκτονικῇ τέλος, καθάπερ τῇ στρατηγικῇ ἡ νίκη· ἀλλὰ τὸ τέλος τῆς ἀρχιτεκτονικῆς βέλτιον, καὶ προτιμότερον [b] τῶν ἄλλων τελῶν. Διότι καὶ τὰ τῶν ἄλλων τέλη τῶν ὑπ' αὐτήν, διὰ τὸ ταύτης τέλος ζητεῖται, καθάπερ εἴρηται. Εἰ δὲ καὶ μὴ πράξεις εἶεν τὰ τέλη τῶν πράξεων, ἀλλὰ ἔργα, οὐδὲν κωλύει βέλτιον εἶναι καὶ αἱρετώτερον καὶ αὐτῶν τῶν ἔργων τὸ τῆς ἀρχιτεκτονικῆς τέλος, καὶ πρᾶξις ὄν. Ὥσπερ χαλινοποιητικῆς μὲν τέλος, ἔργον· χαλινὸς γάρ· στρατηγικῆς δὲ τέλος πρᾶξις· νίκη γάρ. Καὶ οὐδὲν κωλύει τὴν νίκην βελτίω εἶναι καὶ αἱρετωτέραν τοῦ χαλινοῦ· τὸ γὰρ ἔργον βέλτιον τῆς πράξεως, οὐ πάσης, ἀλλὰ μόνης ἐκείνης, ἧς ἀποτέλεσμά ἐστι, διότι τέλος ἐκείνης ἐστί· τὸ δὲ τέλος ἀεὶ τιμιώτερον τοῦ πρὸς αὐτὸ τεταγμένου. Ἔστι δὲ πολλαῖς ἓν τέλος, τὸ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν· ἔστι δὲ καὶ πάσαις ὁμοῦ τέλος ἓν ἔσχατον, δι' ὃ τὰ τῶν ἄλλων τέλη ζητοῦνται, καὶ οὐχ ἔστιν [c] ἐκεῖνο δι' ἄλλο, ἀλλὰ αὐτὸ δι' ἑαυτό.

* Καὶ γὰρ εἰ μὴ ἕν τι εἴη ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ ἀεί τι δι' ἕτερον αἱρούμεθα, καὶ ἐκεῖνο δι' ἄλλο, καὶ ἀεὶ ἐν τῷ παρόντι ἄλλο ζητήσομεν, οὐδέποτε ἐπιτευξόμεθα, οὗ ἐφιέμεθα· καὶ οὕτω συμβαίνει ματαίαν καὶ κενὴν τὴν ὄρεξιν εἶναι, οὐχ ὄντος ἐφ' οὗ στήσεται φερομένη. Τοῦτο δὲ ἄτοπον· οὐδεμία γὰρ φυσικὴ ὄρεξις μάτην. Ἀνάγκη τοίνυν ἕν τι ἔσχατον εἶναι τέλος· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον. Ὥστε καὶ ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλη ἡμῖν πρὸς τὸν βίον ἔσται βοήθεια· συμβήσεται γὰρ τοῦ δέοντος μᾶλλον ἐπιτυγχάνειν, καθάπερ τοξόταις εἰς τὸν σκοπὸν βλέπουσιν.

(Scripsi : [a] ἐφίεται] ex Aristotele; codd. ἐφίενται. — [b] προτιμότερον] cod. προτιμώτερον. — [c] ἔστιν] cod. ἐστι).

alius : omnes denique quæ sub imperatorum scientia sunt, ipsius imperatoriæ artis finis regit. Habent ergo quæ sub architectura sunt finem suum singulæ, velut quæ ad frena facienda incumbit, frenum ipsum, equitandi facultas equitationem, aliæ denique alium finem. Habet et finem suum architectura, ut imperatoria ars victoriam : cæterum finis hujus et melior et præstantior reliquis est. Quare et aliarum, sicut jam dictum est, quæ sub ea sunt fines, ob hujus finem expetuntur. Porro licet non actiones, sed opera sint actionum fines, nihil tamen obstat, quominus præstantior sit magisque expetendus architecturæ finis, quamvis sit actio tantum. Sicut artis quæ frenum fabricatur, finis est opus : est enim frenum; imperatorum autem scientiæ, actio : est enim victoria : neque quidquam obstat propterea, quin præstantior freno longeque præferenda sit victoria : opus enim actione quidem est præstantius; non omni tamen, sed ea tantum, qua perficitur hoc opus : quippe quum finis actionis illius sit : finis autem eo quod ad ipsum refertur, semper est potior. Est autem finis unus multarum rerum et artium, sicut ille quem in architectonicis videmus : sed et omnium reliquarum finis unus extremus est, cujus causa reliquarum fines quæruntur : quum ipse nullius alterius causa, sed per se expetatur. Etenim nisi unus aliquis extremus finis esset, sed semper aliquid alterius causa peteremus, et hoc rursus alterius, atque ita aliud in singulis, nunquam id quod petimus consecuturi essemus : sed contra vanum et sine ullo effectu foret hoc desiderium, quum nihil haberet, ubi posset consistere. Quod certe absurdum est, quia nulla naturalis cupiditas inanis est. Quare necesse erit, unum esse finem extremum : is autem erit, id quod bonum appellamus et optimum. Itaque etiam cognitio illius magno nobis in vita subsidio futura est : sic enim continget, ut, quemadmodum sagittarii solent, qui scopum sibi proponunt, magis id quod decet assequamur.

Κεφ. β'.

Ὅτι τῆς πολιτικῆς ἐστι τέλος τὸ ἔσχατον τέλος.

** Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, πειρατέον ὁρίσασθαι ὡς ἐν τύπῳ, τί ποτέ ἐστι τοῦτο τὸ ἔσχατον τέλος, καὶ τίνος ἐστὶ προσεχῶς τῶν ἐπιστημῶν καὶ τῶν πράξεων. Ἔστι μὲν γὰρ ἁπάσης τέχνης καὶ δυνάμεως κοινὸν τέλος. Ἔστι δὲ καὶ προσεχῶς μιᾶς τινος δυνάμεως· καθάπερ τὸ τέλος τῆς ἀρχιτεκτονικῆς ἐστι μὲν καὶ πασῶν τῶν ὑπὸ τὴν ἀρχιτεκτονικήν· ἔστι δὲ καὶ προσεχῶς αὐτῆς τῆς ἀρχιτεκτονικῆς. Δοκεῖ τοίνυν εἶναι τέλος τῆς κυριωτάτης τῶν τεχνῶν καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς· τοιαύτη δὲ ἡ πολιτική· ταῖς γὰρ ἄλλαις τέχναις τὴν τάξιν καὶ τὸν καιρὸν αὐτὴ δίδωσι. Τίνας γὰρ ἐπιστήμας ἐν ταῖς πόλεσιν εἶναι προσήκει, καὶ τίνας ἀνθρώπους ποίας ἐπιστήμας δέον μανθάνειν, καὶ μέχρι τίνος, μόνης τῆς πολιτικῆς ἐστι σκοπεῖν· μόνη γὰρ ἡ πολιτικὴ τὰς μὲν πονηρὰς τῶν τεχνῶν τῆς πό-

Cap. II.

Finem prudentiæ civilis esse extremum finem.

Quodsi ita est, danda est opera, ut quasi crassa Minerva, quis extremus ille finis, et cujus proprie scientiæ actionisque sit, definiamus. Omnis enim artis et facultatis communis est finis. Sed et unius alicujus facultatis peculiaris est : sicut finis architecturæ; is enim et omnium simul quæ architecturæ subsunt, et ipsius peculiariter est architecturæ. Quare et artis ejus quæ præcipua maximeque est architectonica, finem esse aliquem verisimile fit : talis autem est prudentia civilis : utpote quæ aliis artibus ordinem suum tempusque præfiniat. Etenim et quas in urbibus esse, et quas a quibus hominibus disciplinas, et quousque disci oporteat inspicere, unius civilis est rationis : sola videlicet ratio civilis inutiles ex urbe ejicit, nec eas quæ sunt utiles ab omnibus aut disci aut semper exerceri sinit.

* Cap. 2 εἰ δή τι τέλος κτλ. — ** Εἰ δ' οὕτω, πειρατέον κτλ.

λεως ἀπελαύνει, τὰς δὲ λυσιτελούσας οὐ συγχωρεῖ πάντας μανθάνειν, ἢ μαθόντας ἀεὶ μεταχειρίζεσθαι. Οὐ γὰρ εἴ τις δυνάμενος στρατηγεῖν καὶ σώζειν τὴν πόλιν, τοῦτον ἐᾷ σκυτοτομεῖν· οὐδὲ στρατιώτην εἶναι δίκαιον ἔτι ὄντα, στρατηγὸν ἐποίησε. Τῷ δὲ προσήκοντι τῇ τέχνῃ τοὺς καιροὺς ἀποδίδωσιν· ὥστε μὴ στρατηγεῖν, ὅτε ἡσυχίαν ἄγειν προσῆκεν. Ὁ γὰρ πολιτικὸς πέμψει μὲν τὸν στρατηγὸν ὁπόταν δέῃ· κελεύσει δὲ ἡσυχίαν ἄγειν ὅτε τούτου καιρός. Εἰ γὰρ καὶ ὁ στρατηγὸς πολλάκις ἑαυτῷ δίδωσι τὸν καιρόν, ἀλλ' οὐ τῇ στρατηγικῇ τέχνῃ. Πάντες γὰρ οἱ τῆς τέχνης κανόνες τὸ τέλος τῆς τέχνης ἐκείνης μόνον σκοποῦσιν· ὃς δὲ πρὸς τοὐναντίον ἢ πρὸς ἄλλο φέρεται, οὐκ ἔστι τῆς τέχνης ἐκείνης κανών. Ὥστε ὁ στρατηγὸς σκοπῶν, ὁπότε δεῖ πολεμεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἡσυχάζων πολλάκις, καὶ περὶ εἰρήνης διαπρεσβευόμενος, δῆλός ἐστιν οὐ τῷ κανόνι τῆς στρατηγικῆς κεχρημένος, ἀλλ' ἑτέρας τινὸς τέχνης μείζονος καὶ κυριωτέρας, ἥτις ἐστὶν ἡ πολιτική. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὰς τιμιωτάτας τῶν τεχνῶν ὑφ' ἑαυτὴν ἡ πολιτικὴ ποιεῖται· λέγω δὴ στρατηγικήν, οἰκονομικήν, καὶ ῥητορικήν, καὶ ταῖς λοιπαῖς τῶν πρακτικῶν χρῆται πρὸς τὸ οἰκεῖον δηλαδὴ τέλος· (πάσας γὰρ τάττει πρὸς τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ἀγαθόν, καὶ διὰ τοῦτο νομοθετεῖ, τί δεῖ πράττειν καὶ τίνων ἀπέχεσθαι·) τὸ ταύτης τέλος περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων. Ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ τῶν ἄλλων τέλη ζητεῖται, διὰ τὸ εὖ εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τὸ δὲ τέλος ἐστὶ τῆς πολιτικῆς, δι' ὃ τὰ τῶν ἄλλων τέλη ζητοῦνται, φανερὸν ὅτι τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθόν. Καὶ δῆλον μέν, ὅτι τὸ αὐτὸ ἀγαθὸν ζητεῖται καὶ παρὰ ἑνὸς ἀνθρώπου, καὶ παρὰ πόλεως· ἀλλ' ὅμως μεῖζον καὶ τελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται ἀγαθόν, καὶ λαβεῖν καὶ λαβόντα διασῶσαι. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ τὸ ἐν ἑνὶ ἀνθρώπῳ τὸ ἀγαθὸν διασῶσαι ἀγαπητόν, (ἄν τε ἐν ἑτέρῳ τις, ἄν τε ἐν ἑαυτῷ δυνηθῇ φυλάξαι·) κάλλιον δὲ καὶ θειότερον ἔθνει καὶ πόλεσιν, ὅσον ἡ τῶν πολλῶν εὐδαιμονία τῆς ἑνὸς ἀμείνων ἐστίν. Ὥστε δικαιότερον ἂν εἴη τὸ τῆς πολιτικῆς τέλος ἔσχατον εἶναι τέλος καὶ ἔσχατον ἀγαθόν· ἥτις οὐχ ἓν μόνον τέλος, ἀλλὰ τῶν ἄλλων πασῶν σκοπεῖ ὡς οἰκεῖα, κοινή τις οὖσα τέχνη καὶ πολιτική.

Κεφ. γ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἀκριβεστάτην ἀπόδειξιν ἐν τοῖς περὶ τῆς πολιτικῆς λόγοις ζητεῖν, ὅτι οὐ δίδωσιν ἡ κατ' αὐτὴν ὕλη.

* Λέγειν δὲ περὶ τούτου τοῦ τέλους προθυμουμένοις ἱκανὸς ἂν γένοιτο περὶ αὐτοῦ λόγος ὁ τῇ ὑποκειμένῃ ὕλῃ προσήκων· οὐ γὰρ ὁμοίως ἐν πᾶσι λόγοις τὸ ἀκριβὲς ζητήσομεν. Οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπὶ πάσης ὕλης ὁμοίως τὴν ἀκριβεστάτην ἀλήθειαν εὑρεῖν. Ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς μαθηματικοῖς ἅτε ἀναγκαίαν ἔχουσιν ὕλην κα-

Siquidem nec eum qui imperatoris munere fungi aut servare rempublicam potest, sutorem esse patitur: nec ei qui melius inter milites versatur, summam imperii tradit. Sed et tempora exercendis artibus maxime idonea designat, ne quis, exempli gratia, quum præstat quiescere, exercitum ducat. Nimirum et quum opus est imperatorem mittere, mittet eum politicus: et quum præstabit quiescere, hoc quoque imperabit. Quamvis enim non raro ipse sibi tempus constituat imperator, non tamen ipsi propterea arti constituit. Siquidem omnes alicujus artis regulæ ad solum illius artis finem spectant: quæ vero ad contrarium vel ad aliud pertinet, artis illius non est regula. Quamobrem imperator, quum considerat, quando belligerare oporteat, atque idcirco sæpe bello abstinet, aut pacis causa legatos mittit, manifesto non amplius imperatoriæ artis lege agit, sed alterius alicujus, quæ et major sit et superior, ipsius videlicet civilis prudentiæ. Quum ergo etiam artes illas, quæ præstantissimæ habentur ac præcipuæ, sibi ratio civilis subjiciat, artem imperatoriam dico, et rationem tuendæ rei familiaris et bene dicendi facultatem, reliquasque quæ in actione versantur disciplinas ad suum finem referre soleat: (omnes enim ad commune reipublicæ bonum dirigit, ac propterea legibus latis quid agendum et a quibus abstinendum sit præscribit) ejus fine reliquarum artium fines contineri videantur. Quoniam vero reliquarum fines omnes boni humani causa petuntur: is autem finis est civilis prudentiæ, cujus gratia aliarum fines petuntur, manifesto apparet, hoc esse humanum bonum. Neque vero dubium, quin idem bonum et ab uno petatur homine et a tota civitate; civitatis tamen bonum et consequi et conservare majus quiddam esse et perfectius videtur. Non enim negari potest, quin unius etiam hominis (sive id propter alium aliquem, sive sua causa faciat aliquis) bonum conservare, res sit non contemnenda: tanto tamen in totius gentis vel civitatis gratiam id posse facere tum pulchrius est, tum divinius, quanto multorum felicitas unius præferenda est felicitati. Quare multo magis merebit finis prudentiæ civilis, ut et extremus finis et extremum bonorum appelletur, quum ea non modo unum finem, sed reliquarum etiam omnium tanquam proprios consideret, quippe quæ communis disciplina et civitatis sit.

Cap. III.

In tradenda prudentia civili non requiri accuratam demonstrationem, quia artis materia id non permittat.

Iis vero qui de hoc fine agere instituunt, sufficiet talis disputandi ratio, quæ subjectæ materiæ convenire videatur: nec enim in omni sermonis ac disputationis genere æque accurata tradendi ratio sequenda est. Quia fieri non potest, ut in quavis materia similiter perspicuam veritatem inveniamus. Sed in mathematicis qui-

*Cap. 3. Λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς κτλ.

ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, ἀμιγὴς ἡ ἀλήθεια, καὶ οὐδὲν ἡ ὕλη κωλύει τὸ ἀκριβές· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς τὰ ὑποκείμενα οὐκ ἀναγκαῖα, οὐδὲ ἀεὶ ὁμοίως ἔχει, ἀρκετός ἐστι λόγος, ὁ ἀπὸ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον [a] συνάγων. Οὕτω δὲ ἐπὶ τῶν δημιουργικῶν τεχνῶν ἔχει· τὸ γὰρ τεχνητὸν εἶδος οὐχ ὁμοίως ἐφαρμόσει ταῖς ὕλαις· ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς ἐπιτηδειοτέραις, ἀκριβέστερον, ἐν δὲ ταῖς ἑτέρως ἐχούσαις, οὐχ ὁμοίως. Τὸ γὰρ ἀνθρώπινον εἶδος οὐχ ὁμοίως ἐφαρμόσει ταῖς ὕλαις ὅ τε πλάστης καὶ ὁ ζωγράφος· ὁ μὲν γὰρ ζωγράφος καὶ τὸ χρῶμα παρίστησι, καὶ ὄγκον τινὰ δοκεῖ μιμεῖσθαι καὶ διάστασιν· ἡ γὰρ ὕλη συγχωρεῖ. Ὁ δὲ πλάστης τὸν μὲν ὄγκον ἐφαρμόσει τῇ ὕλῃ, τὸ χρῶμα δὲ ἀπὸ τῆς ὕλης οὐκ ἔχει δεῖξαι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. Διὰ τοῦτο οὐ τὴν αὐτὴν ἀκρίβειαν παρὰ πάσης τέχνης ἀπαιτεῖν δεῖ, ἀλλ' ὅσην ἡ ὕλη δίδωσι· τοιαύτη δέ ἐστι καὶ ἡ τῆς πολιτικῆς ὕλη πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Τὰ γὰρ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖ, καὶ ἅπερ ὕλην ποιεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε καὶ δοκεῖν μὴ τὸ καλὸν φύσει καλὸν εἶναι, μηδὲ τὸ δίκαιον [b] φύσει δίκαιον, ἀλλὰ θέσει τινὶ καὶ νόμῳ. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ κατὰ ἀλήθειαν καλὸν καὶ δίκαιον δυσχερές ἐστι τοῦ δοκοῦντος διελεῖν. Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἀγαθὰ ἐξ ὧν δοκεῖ συνίστασθαι ἡ εὐδαιμονία (ἀνδρείαν λέγω ἢ πλοῦτον, ἢ τοιοῦτόν τι·) καὶ αὐτὰ πλάνην ἔχει πολλήν, διὰ τὸ πολλοῖς συμβαίνειν βλάβας ἀπ' αὐτῶν. Ἤδη γάρ τινες ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον, ἕτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν. Ἀγαπητὸν οὖν περὶ τοιούτων λέγοντας καὶ τοῦ ἐκ τούτων τέλους, παχυλῶς καὶ ὡς ἐν τύπῳ τὴν ἀλήθειαν ἐνδείξασθαι· καὶ καθόλου περὶ τῶν ἐνδεχομένων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λέγοντα καὶ τοῦ ἐκ τούτων τέλους, ἱκανὸν ἂν εἴη τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι.

* Ὥσπερ δὲ ὁ περὶ τῆς πολιτικῆς λέγων οὐ δύναται ἀκριβεστέραν ἀλήθειαν εὑρεῖν, ἢ ὅσην ἡ ὕλη δίδωσιν· οὕτω καὶ ὁ κρίνων τοὺς τοιούτους λόγους καλῶς ἂν κρίνοι, εἰ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον μὴ ἀκριβεστέραν ἀλήθειαν ἀπαιτεῖ, ἢ ὅσην ἡ ὕλη δίδωσιν, ἀλλὰ τὴν ἐνδεχομένην ἀποδέχεται· πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον τὸ ἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος μεθόδου, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. Ἐν μὲν γὰρ τῷ τῶν μαθηματικῶν γένει, καθὼς εἴρηται, οὐδὲν ἐνδεχόμενον συγχωρήσει· ἐν δὲ τοῖς λογικοῖς, ἢ τοῖς φυσικοῖς, ἢ τοῖς ἄλλως ἔχουσιν οὐχ ὡσαύτως. Παραπλήσιον γάρ ἐστι, μαθηματικοῦ πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι, καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν.

Scripsi : [a] ἐπὶ τὸ πλεῖστον] cod. ἐπιτοπλεῖστον. — [b] μηδὲ τὸ δίκαιον] cod. οὐδὲ τὸ δίκαιον.—)

dem disciplinis, quippe quæ necessariam et semper sui similem habeant materiam, simplex est veritas, ita ut materia subtilitati non obstet; in reliquis autem, in quibus nec necessaria sunt argumenta, nec eodem semper modo se habent, ea sufficiet ratio, quæ ex iis, quæ maxima ex parte ita se habent, aliquid colligit. Nam et ita in operariorum artibus se res habet : nec enim forma artificiosa eodem modo omni conveniet materiæ : sed in aptioribus magis quadrabit, in aliis non item. Humanam, exempli gratia, formam non similiter accommodabit materiæ plastes et pictor : nam et colorem pictor addit, et molem quandam videtur exprimere et intervallum : materia enim hoc permittit. Plastes vero molem quidem illam accommodat materiæ, sed colorem simul ut addat, non permittit materia. Eadem aliarum quoque artium ratio est. Quare nec par subtilitas ab omnibus flagitanda est, sed quam materia patitur : tantum ergo ad veritatem etiam civilis prudentiæ materia valet. Quippe honesta et justa, quæ considerat ratio civilis, et in quibus tanquam in materia versatur, tantam vel dissensionem faciunt vel errorem hominibus objiciunt, ut nec honestum natura videatur esse honestum, neque justum natura justum, sed instituto quodam et lege. Ac propterea id quod re vera honestum est et justum, non facile ab eo distingui potest, quod videtur tantum. Nec hoc tantum, sed etiam ipsa, e quibus felicitas constare putatur, bona (fortitudinem dico et divitias et id genus alia) multis et ipsa implicata sunt erroribus, quia plurimis noxæ et damni causa fuerunt. Jam enim quidam propter divitias, alii propter fortitudinem perierunt. Ergo satis erit, si quum de talibus rebus et earum fine verba facimus, pingui crassaque Minerva verum ostendamus, et omnino quum de rebus quæ plerumque eveniunt earumque fine disputationem habemus, talia quoque concludamus.

Sicut autem qui prudentiam civilem tradit, veritatem non potest invenire accuratiorem, quam quantam materia suppeditat : ita et qui de talibus disputationibus judicaturus est, recte tum demum judicabit, si eodem modo veritatem non accuratiorem requirit, quam materia permittit, eamque quæ haberi potest admittit : est enim hominis eruditi, tantam in unoquoque disciplinæ genere subtilitatem desiderare, quantam rei ipsius natura patitur. Quocirca in eo, ut dictum est, quo mathematicæ artes traduntur, nihil minus necessarium admittet : in logicis contra physicisque aut iis quæ aliter se habent, non item. Nam æque absurdum est, mathematicum probabilia dicentem laudare et ab oratore demonstrationes exigere.

* Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον κτλ.

Κεφ. δ΄.

Ὅτι τὸν ἀκροατὴν τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων ἔμπειρον εἶναι δεῖ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων.

* Ἡ μὲν οὖν προσήκουσα κρίσις τῶν λόγων τοιαύτη. Κρινεῖ δὲ ἐκεῖνα καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. Ὥστε καὶ ἐπὶ τῆς πολιτικῆς ἐκεῖνος κρινεῖ καλῶς, ὃς πεπαιδευμένος ἐστὶ τὰ πολιτικά, καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου πεῖραν ἔλαβεν αὐτῶν· καὶ ὁ μὲν ἔν τισι μερικοῖς πεπαιδευμένος ἐκεῖνα κρινεῖ καλῶς· ὁ δὲ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος ἀξιόχρεως ἔσται περὶ πάντων κριτής. Διὰ τοῦτο τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων οὐκ ἔστιν ὁ νέος οἰκεῖος ἀκροατής· ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων. Οἱ δὲ τῆς πολιτικῆς λόγοι, οἱ μὲν περὶ τούτων διαλαμβάνουσιν, οἱ δὲ ἐκ τούτων συμπεραίνονται. Ἔτι δὲ οὔπω κατὰ λόγον ζῶν, ἀλλ᾽ ἔτι πάθεσι καὶ ἀνέσει καὶ συνηθείᾳ ἀκολουθῶν, ματαίως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελῶς· οὐ γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἀφικέσθαι δυνήσεται τῶν λόγων, καὶ τὸ ἦθος ἀμεῖψαι, καὶ κατὰ λόγον ζῆν, ὑπὸ τῆς συνηθείας ἔτι κρατούμενος. Τὸ γὰρ τέλος τῶν τοιούτων λόγων οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις. Οὐ μόνον δὲ ὁ νέος, ἀλλὰ καὶ ὁ νεαρὸς τὸ ἦθος, εἰ καὶ τὴν ἡλικίαν ὑπερέβη τῶν νέων, ὁμοίως ἀνωφελῶς ἀκούσεται τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων, ζῶν ἔτι τὴν προσήκουσαν τοῖς νέοις ζωήν. Καὶ γὰρ καὶ τῷ νέῳ τὴν ἡλικίαν οὐ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ λογισμῷ διοικεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ πάθος ἔτι ζῆν, καὶ κατὰ πάθος πάντα ζητεῖν. Τοῖς γὰρ τοιούτοις ἡ γνῶσις τῶν λόγων τούτων ἀνωφελής, καθάπερ τοῖς πάντη ἀκολάστοις, καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς ἀκρατέσι. Τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πράττουσι πολλὴν ὠφέλειαν φέρει τὸ περὶ τῶν τοιούτων λόγων εἰδέναι. Ἐν ἐκείνοις γὰρ ὁ λογισμός, ἃ νοήσει δέοντα παρὰ τούτων τῶν λόγων, καὶ δυνήσεται ποιεῖν, τῆς τῶν παθῶν δουλείας ἀπηλλαγμένος, καὶ δυνάμενος ἤδη τῇ ἰδίᾳ χρῆσθαι δυνάμει.

Cap. IV.

Eum qui civili prudentiæ operam daturus est, eorum quæ in vita aguntur peritum esse debere.

Et judicium quidem quod in hac disciplina requiritur, tale est. Quivis autem recte de iis judicat quæ novit, bonusque eorum est judex. Itaque et de prudentia civili recte judicabit, qui ejus usum percepit, ac temporis progressu eam experiendo didicit : et ille qui in singulis rebus est eruditus, recte de illis judicabit : qui vero in omnibus, intelligens omnium existimator erit. Quapropter eorum quæ de civili prudentia traduntur, idoneus auditor esse juvenis non potest, quia eorum quæ in vita aguntur adhuc imperitus est. At vero disputationes politicæ partim de his habentur, partim ex his colliguntur. Præterea quum nondum rationi convenienter vivat, sed adhuc affectus suos, immodicam quandam libertatem et consuetudinem sequatur, frustra et inutiliter hæc audiet, propterea quod nunquam ad finem hujus disciplinæ pervenire, aut mores suos mutare et rationi convenienter vivere poterit, quam diu adhuc consuetudinem sequetur. Siquidem finis talium disputationum non scientia est, sed actio. Neque is tantum qui ætate, sed etiam qui moribus est talis, licet ex ephebis excesserit, nihilominus sine fructu politicas disputationes audiet : quam diu more ætatis illius vitam aget. Namque et is qui ætate est juvenis, non propter tempus defectu laborat, sed quod nec rationi pareat, et affectibus congruenter tum vivat adhuc, tum omnia petat. Nimirum hujusmodi hominibus inutilis est hujus disciplinæ scientia, ut libidinosis et intemperantibus. Iis vero qui ad rationis normam suos appetitus suasque actiones dirigunt, hujus disciplinæ cognitio multum proderit. Quippe illorum animus, quæcunque semel facienda esse ex his disputationibus didicerit, præstare etiam poterit, utpote affectuum servitute liberatus, et cui jam vires suas exercere liceat.

Κεφ. ε΄.

Ὅτι τῆς πολιτικῆς τέλος ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία, καὶ ὅτι ἐπιγνωσόμεθα αὐτὴν τίς ἐστιν ἀπὸ τῶν πράξεων τῆς πολιτικῆς.

** Ὁποῖον μὲν οὖν εἶναι δεῖ τὸν ἀκροατὴν τῶν περὶ τῆς πολιτικῆς λόγων, καὶ πῶς κρίνειν δεῖ καὶ ἀποδέχεσθαι τοὺς λόγους, καὶ τί τὸ προκείμενον ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι, ἱκανῶς ἐπροοιμιασάμεθα. Ἀναλαβόντες δὲ τὸν λόγον, λέγωμεν ἤδη· ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ἐφίεται, τί ἐστιν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι; καὶ πασῶν πράξεων ἐπί τι ἀγαθὸν φερομένων, καθὼς εἴρηται, πρὸς τί αὕτη φέρεται; καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτικῶν

Cap. V.

Finem civilis prudentiæ esse felicitatem, ejus autem vim et publicis negotiis posse cognosci.

Qualem igitur disputationum politicarum auditorem esse oporteat, et quomodo singula quæ traduntur tum judicanda, tum accipienda sint, et quid nobis in præsentia ad disserendum sit propositum, satis proœmii loco diximus. Quare repetita superiore disputatione, quandoquidem omnem cognitionem omneque adeo consilium bonum aliquod appetere diximus, videamus quid sit illud quod civilis prudentia appetit : et quum omnes actiones ad bonum aliquod, ut supra dictum est, refe-

* Ἕκαστος δὲ κρίνει κτλ. — ** Cap. 4. λέγωμεν δὲ ἀναλαβόντες κτλ.

ἀγαθῶν, ὃ τέλος ἐστὶ τῆς πολιτικῆς; Τὸ μὲν οὖν ὄνομα αὐτοῦ ἓν παρὰ τῶν πλείστων καὶ τὸ αὐτὸ λέγεται, καὶ ἐν τούτῳ καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ βέλτιστοι τῶν ἀνθρώπων συμφωνοῦσιν. Εὐδαιμονίαν γὰρ αὐτὸ ὀνομάζουσι πάντες. Τὸ δὲ εὖ ζῆν καὶ εὖ πράττειν ταὐτὸν ὑπολαμβάνουσι τῷ εὐδαιμονεῖν.

* Περὶ δὲ τοῦ τί ἐστιν ἡ εὐδαιμονία, ἀμφισβητοῦσι, καὶ οὐχ ὁμοίως τοῖς πολλοῖς οἱ σοφοὶ λέγουσι περὶ αὐτῆς. Οἱ πολλοὶ γὰρ ἕν τι τῶν ἐναργῶν καὶ δοκούντων ἀγαθῶν τὴν εὐδαιμονίαν φασίν· οἷον ἡδονήν, ἢ πλοῦτον, ἢ τιμήν· ἄλλοι δὲ ἄλλο τοιοῦτον. Καὶ πολλάκις δὲ ὁ αὐτὸς οὐκ ἀεὶ τὸ αὐτὸ εὐδαιμονίαν ὀνομάζει, ἀλλὰ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο· νοσήσας μὲν γάρ, τὴν ὑγίειαν, πενόμενος δέ, πλοῦτον· καὶ ὅλως ἀεὶ οὗ νῦν ἐπιθυμεῖ τις, εὐδαιμονίαν ὀνομάζει. Οἱ δὲ σοφίας ἐρῶντες, ὧν ἑαυτοῖς συνίσασιν ἀγνοοῦσιν, ἐφίενται μανθάνειν, καὶ τοὺς μέγα τι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας θαυμάζουσιν. Ἔνιοι δὲ ἐνόμισαν παρὰ τὰ πολλὰ ταῦτα ἀγαθά, ἄλλο τι ἀγαθὸν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, καθ᾽ ἑαυτὸ ὑφεστός, ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον εἶναι τῆς ἀγαθότητος. Ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς περὶ τῆς εὐδαιμονίας δόξας, μάταιον ἴσως ἐστίν· ἱκανὸν δέ ἐστιν εἰ ἐξετάσομεν τὰς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ὑπὸ πλειόνων νομιζομένας ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον.

ρέτως, καὶ τὰ ἄλλα πάσχομεν ὁμοίως· ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας οὐχ οὕτως· οὐκ ἄρα εἰσὶ πάθη. Ἔτι πρὸς τὰ πάθη οὐ λεγόμεθα διακεῖσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον κατ' αὐτὰ κινεῖσθαι· πρὸς δὲ τὴν ἀρετὴν διακεῖσθαι λεγόμεθα καὶ πρὸς τὴν κακίαν· οὐκ ἄρα εἰσὶ πάθη.

* Διὰ τὰ αὐτὰ δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν. Οὔτε γὰρ φαῦλοι ἢ ἀγαθοὶ λεγόμεθα τῷ δύνασθαι ὀργισθῆναι ἁπλῶς, οὔτε ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα. Οὔτε τῷ προαιρεῖσθαι δυνάμεθα ὀργισθῆναι, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς ἔχει, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ πεφυκέναι· ἀγαθοὶ γὰρ ἢ κακοὶ οὐ γινόμεθα φύσει, καθὼς ἐν τοῖς προειρημένοις ἐδείχθη.

** Εἰ οὖν μήτε πάθη αἱ ἀρεταί, μήτε δυνάμεις, λείπεται τῶν ἕξεων αὐτὰς εἶναι· τί μὲν οὖν ἐστιν ἀρετὴ τῷ γένει, εἴρηται· ἔστι γὰρ ἕξις.

*** Δεῖ δὲ μὴ μόνον ἕξιν αὐτὴν εἶναι λέγειν, ἀλλὰ προστιθέναι τὸ τοιάδε τις, τοῦτ' ἔστιν [c] ἀγαθή· ἡ γὰρ κακία ἕξις ἐστὶ πονηρά. Ῥητέον οὖν περὶ τῆς ἀρετῆς ἐκεῖνο, ὅτι πᾶσα ἀρετὴ αὐτό τε κοσμεῖ τὸ ἔχον τὴν ἀρετήν, καὶ καλῶς ἔχειν ποιεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ τὸ δι' αὐτῆς ἐνεργούμενον εὖ διατίθησιν. Οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ καὶ αὐτὸν τὸν ὀφθαλμὸν τελειοῖ, καὶ ποιεῖ ἀγαθόν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, δηλονότι τὸ δρᾷν· τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν. Ὁμοίως καὶ ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ αὐτόν τε τὸν ἵππον κοσμεῖ καὶ ἀγαθὸν ποιεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· καὶ γὰρ τῇ τοιαύτῃ ἀρετῇ δύναται ἐνεγκεῖν καλῶς ἐπιβάτην, καὶ δραμεῖν, καὶ μεῖναι τοὺς πολεμίους. Ἐπεὶ δὲ οὕτως ἐπὶ πάντων ἔχει, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη ὁμοίως ἂν ἔχοι· καὶ εἴη ἂν ἡ ἀνθρωπίνη ἀρετή, ἕξις ἀφ' ἧς ὁ ἄνθρωπος ἀγαθὸς γίνεται, καὶ ἀφ' ἧς τὸ ἀνθρώπινον ἔργον εὖ καὶ καλῶς ἀποτελέσει. Πῶς δὲ ἔσται ἡμῖν ἡ τοιαύτη ἕξις; εἴρηται μὲν καὶ πρὸ ὀλίγου· ἐλέγομεν γὰρ τῆς μεσότητος ἀεὶ στοχάζεσθαι τῶν ἐπὶ τὰ πάθη κινήσεων, καὶ ἑαυτὸν ἐθίζειν ἐν τοῖς τοιούτοις τὸν ἐν ἀρετῇ ζῆν προαιρούμενον· ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν λεχθησομένων ἔσται φανερόν, ἐὰν θεωρήσωμεν, ποία τίς ἐστιν [d] ἡ φύσις τῆς ἀρετῆς. Σκοπῶμεν δὲ οὕτως.

**** Ἐν παντὶ συνεχεῖ, οἷον γραμμῇ, ἐπιφανείᾳ, σώματι, ἢ λόγῳ, ἢ χρόνῳ, καὶ ὅλως ἐν παντὶ δυναμένῳ διαιρεθῆναι λαβεῖν ἔστι τὸ μὲν πλεῖον, τὸ δὲ ἔλαττον, τὸ δὲ ἴσον· οἷον ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς, εἰ τὸ μὲν δεκάπηχυ πολύ, τὸ δὲ δίπηχυ ὀλίγον, ἴσον ἔσται τὸ ἓξ ἔχον πήχεις, ὃ καὶ μέσον καλεῖται, ὅτι ᾧ ἐλλείπει τοῦ δεκαπήχεος, ὑπερέχει τοῦ διπήχεος. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διωρισμένου ποσοῦ· εἰ γὰρ εἴκοσι πολύ, τὰ δὲ δέκα ὀλίγον, ἴσον ἔσται τὰ δεκαπέντε· [e] ὅτι ᾧ ἐλλείπει τοῦ μείζονος, ὑπερέχει τοῦ ἐλάττονος· τὸ δὲ τοιοῦτον ἴσον μέσον καλεῖται· καὶ ἡ τοιαύτη τάξις, ἀριθμητικὴ ἀναλογία. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ διωρισμένου

perturbationibus eodem modo incitamur : virtutis autem et vitii non eadem ratio est : ergo non sunt perturbationes. Postremo perturbationibus non dicimur conformari, sed potius iis moveri : at virtute et vitio conformari dicimur ; ergo non sunt perturbationes.

Eisdem vero de causis ne facultates quidem sunt. Neque enim mali aut boni dicimur, quatenus simpliciter irasci possumus, nec laudamur aut vituperamur. Sed nec consulto possumus irasci, sicut in virtute res se habet, sed potius quoniam ita comparata est ratio naturæ nostræ : quum contra neque boni natura simus, nec mali, quemadmodum in superioribus ostendimus.

Quodsi virtutes nec perturbationes sunt, nec facultates, relinquitur ut ad habitus referantur : quid igitur sit virtus genere, jam diximus : est enim habitus.

Sed non satis est ita dicere, virtutem habitum esse, verum etiam addendum est, talem esse, id est bonum · siquidem vitium est habitus malus. Dicendum igitur illud de virtute omnem virtutem tum id in quo inest ornare beneque affectum reddere, tum opus quoque ejus cum virtute factum perpolire. Exempli gratia oculi virtus cum oculum ipsum perficit efficitque probum, tum opus ejus, id est visum : oculi enim virtute bene videmus. Eodemque modo equi virtus non modo ipsum equum ornat bonumque reddit, sed etiam opus ejus ; hac enim virtute et equitem bene vehere potest et currere et hostes exspectare. Quum autem res in omnibus ita se habeat, etiam humana virtus similiter se habebit : quæ nihil est aliud, quam habitus, quo bonus fiat homo, et quo humanum opus recte et bene efficiat. Quomodo autem talem nobis comparabimus habitum ? Jam quidem paulo ante diximus : ostendebamus enim hominem cum virtute vivere meditantem semper consectari mediocritatem motuum nos ad perturbationes impellentium iisque insuescere : sed et idem ex sequentibus patebit, si nimirum consideremus, qualis sit virtutis natura. Id autem hoc modo videamus.

In omni re continua, qualis est linea, superficies, corpus, oratio et tempus omninoque in quavis re dividua aliud plus aliud minus, aliud æquale sumere licet : exempli gratia in re continua, si quod decem cubitorum est, multum est, bicubitale autem parum, æquale erit quod sex cubitorum est, quod et medium vocatur, quia qua parte minus est quam id quod est decem cubitorum, eadem majus est quam bicubitale. Similiter etiam res se habet in quantitate definita : si enim multa sunt viginti, pauca vero decem, æqualia erunt quindecim, quia qua re cedunt majori, eadem minori præstant : ejusmodi autem æquale medium vocatur, ac talis ordo arithmetica

---

* Διὰ ταῦτα δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν, κτλ. — ** Εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσίν, κτλ. — *** Cap. 6. Δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν ὅτι ἕξις κτλ — **** Ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ κτλ.

ποσοῦ οὐκ ἀνάγκη ἐπὶ παντὸς λαβεῖν τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν· (οὐ γάρ ἐστιν ἐπ' ἄπειρα διαιρετέον·) ἐπὶ δὲ τοῦ συνεχοῦς ἐπὶ παντὸς δυνατόν ἐστιν, ἅτε ἀπειράκις δυναμένου διαιρεθῆναι. Τοῦτο δὴ τὸ μέσον οὐχ ὁμοίως ἀεὶ κρίνομεν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ποτὲ δὲ πρὸς ἡμᾶς. Καὶ κατ' αὐτὸ μὲν τὸ πρᾶγμα μέσον ἐστί, τὰ ἓξ τοῦ δέκα καὶ δύο, ἴσον ὑπερέχοντα καὶ ἐλλείποντα· ἀπ' αὐτῶν γὰρ τῶν πραγμάτων λαμβάνεται ἡ διαφορά· πρὸς ἡμᾶς δέ, ὅταν ἀφ' ἡμῶν ἡ μεσότης, καὶ ἡ ὑπερβολή, καὶ ἔλλειψις λαμβάνηται. Οἷον εἴ τινι πολὺ τὸ δέκα μνᾶς φαγεῖν, δύο δὲ ὀλίγον, οὐκ ἀνάγκη τὰς ἓξ μνᾶς τὴν μεσότητα φυλάττειν, καὶ προσηκούσας εἶναι τῷ σώματι· δυνατὸν γὰρ ἢ πλείους ἢ ἐλάττους ἀρκεῖν. Πρὸς μὲν οὖν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα αἱ ἓξ μναῖ τὸ μέσον καὶ ἴσον ἐστί, πρὸς ἡμᾶς δέ, ἑπτὰ ἴσως ἢ πέντε, ἤγουν ὅσαις τὸ σῶμα προσήκει. Αἱ δὲ ἓ Μίλωνι μέν, ἅτε ἱκανῶς γεγυμνασμένῳ, ὀλίγη ἔσται τροφή, καὶ ὁ ἀλείπτης πλείω παρέξει· τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων, πολύ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης ἔχει· καὶ ἐπὶ τούτων γὰρ ἀπὸ τῶν γυμναζομένων τὸ ἴσον κρίνομεν. Ἔτι δὲ καὶ πᾶς τῆς ἡστινοσοῦν προϊστάμενος ἐπιστήμης τὸ μέσον ἀεὶ ζητεῖ, τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν φεύγων· μέσον ἐκεῖνο δηλονότι διώκων, ὃ πρὸς ἡμᾶς οὐ πρὸς τὸ πρᾶγμα μέσον ἐστί.

* Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον πᾶσα ἐπιστήμη τὸ ἴδιον ἔργον καλῶς ἀποτελεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ εἰώθαμεν λέγειν ἐν τοῖς εὖ ἔχουσι τῶν ἔργων, ὅτι οὔτε ἀφελεῖν ἐστιν, οὔτε προσθεῖναι· δεικνύντες ὅτι καὶ τὴν ὑπερβολὴν ὁμοίως καὶ τὴν ἔλλειψιν φεύγει, ὡς τῶν μὲν διαφθειρουσῶν τὸ τῶν ἔργων ἀγαθόν, τῆς δὲ μεσότητος μόνης σωζούσης. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα καὶ ἀμείνων ἐστί, καθάπερ καὶ ἡ φύσις, τὸ μέσον ἂν καὶ αὕτη σκοποίη. Ἀρετὴν δὲ λέγω οὐ τὴν διανοητικήν, (ἄλλως γὰρ τὸ κατ' αὐτὴν ἔχει) ἀλλὰ τὴν ἠθικήν· αὕτη γάρ ἐστι περὶ πάθη καὶ πράξεις ἃ καὶ πλείω καὶ μείζω τοῦ δέοντος καὶ ἐλάττω δυνατὸν εἶναι. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ δέον ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, δηλονότι τὸ ἴσον. Καὶ γάρ ἐστι καὶ φοβηθῆναι, καὶ θαῤῥῆσαι, καὶ ἐπιθυμῆσαι, καὶ μισῆσαι, καὶ ὀργισθῆναι, καὶ ἐλεῆσαι, καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ ἀμφότερα οὐ καλῶς. Τὸ δὲ παθεῖν ταῦτα πάντα, ὅτε δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ πρὸς οὓς δεῖ, καὶ οὗ ἕνεκα δεῖ, μέσον ἐστὶ καὶ ἄριστον, ἐν ᾧ ἡ ἀρετὴ γίνεται. Ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ περὶ τὰς ἀποτελουμένας ὑπὸ τῶν παθῶν πράξεις· ἔστι γὰρ καὶ ἐν αὐταῖς ὑπερβολή, καὶ ἔλλειψις, καὶ μεσότης. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἀρετὴ περὶ πάθη καὶ πράξεις καταγίνεται, τῶν δὲ παθῶν καὶ τῶν πράξεων τὸ μέσον ἀεὶ καὶ κατόρθωμα ὀνομάζεται καὶ ἐπαινεῖται, ἅπερ ἄμφω προσήκει τῇ ἀρετῇ, φανερὸν ὅτι οὔτε ὑπερβολὴ οὔτε ἔλλειψις, ἀλλὰ μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή, τὸ μέσον ἀεὶ σκοποῦσα.

proportio est. Et in definita quidem quantitate necesse non est nos ubique hanc proportionem servare, (nec enim in infinitum dividendum est,) in continua vero ubique hoc fieri potest, quum in infinitum dividi possit. Hoc vero medium non similiter semper judicamus, sed nunc rei respectu, nunc nostri. Et rei quidem respectu senarius numerus medius inter denarium et binarium est, utpote qui æqualiter et superat et superatur : quippe ab ipsis rebus differentia sumitur : respectu vero nostri, quum a nobis mediocritas itemque nimium et parum sumitur. Ut si cui decem libras comedere nimium sit, duas parum, non erit necesse medium numerum servari atque eum corpori convenire; fieri enim potest, ut aut plures sufficiant aut pauciores. Respectu ergo rei ipsius sex libræ medium quiddam erunt et æquale, nostri vero septem fortasse vel quinque, quot nimirum corpus postulat. Etenim sex illæ Miloni, utpote satis exercitato, parum alimenti erunt, pluresque ei præbebit aliptes : ei vero qui primum exerceetur, multum. Similiter etiam de cursu et lucta sentiendum : nam et in his ex eorum qui exercentur natura æquale judicamus. Sed et quicunque disciplinæ alicujus princeps est, mediocritatem quærit semper, nimium et parum fugit, mediocritatem, inquam, non rei, sed eam quæ nobis est mediocritas.

Atque hoc quidem modo omnis scientia munus suum explet et absolvit. Quapropter opera affabre facta ita commendare solemus, ut iis neque detrahi quidquam neque addi posse dicamus : quo ostendimus, illa ab eo quod est nimium tantum distare, quantum ab eo quod est parum, quia hisce omnis operum perfectio corrumpatur ac pereat, quam sola mediocritas conservet. Quum autem virtus omni arte limatior et melior sit, quemadmodum et natura, ea profecto medium spectet. Virtutem autem non illam, quæ in cogitatione et ratione posita est, dico (alio enim modo se hæc habet), sed quæ ad mores pertinet : hæc enim in perturbationibus atque actionibus versatur, quæ tum plures et majores, quam res desiderat, tum pauciores esse possunt. Quocirca etiam decorum in iis collocamus, hoc est, æquale. Namque et timere et fidere, concupiscere et odisse, irasci et misereri, denique gaudere et dolere potest unusquisque nimium et parum, atque utrumque non recte. At vero quo tempore et quomodo et propter quam causam et quibus et cujus rei gratia oportet his omnibus affectibus commoveri, id sane et medium est et optimum, in quo virtus consistit. Eadem etiam ratio est facinorum cum aliqua perturbatione factorum; nam in his quoque nimium, parum, medium reperitur. Quoniam ergo in perturbationibus et actionibus versatur virtus, id vero quod medium in perturbationibus et actionibus est, rectum vocatur et laudari solet, quæ ambo virtuti conveniunt, apparet nec nimium nec parum esse virtutem, sed mediocritatem, quæ medium semper respicit.

* Εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ κτλ.

* Ἔτι τὸ μὲν ἁμαρτάνειν πολυειδές ἐστιν, ὡς εἰπεῖν· πολλαχῶς γάρ τις δύναται ἁμαρτάνειν. Τὸ γὰρ κακὸν ἄπειρον, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι ἔλεγον, τὸ δὲ ἀγαθὸν ὡρισμένον τι καὶ πεπερασμένον· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ κατορθοῦν ἁπλοῦν τί ἐστι καὶ μονοειδές. Ὅθεν καὶ τὸ μὲν ἁμαρτάνειν ῥᾴδιόν ἐστιν, ὥσπερ τοξότῃ τὸ ἀποτυγχάνειν τοῦ σκοποῦ· τὸ δὲ κατορθοῦν χαλεπόν, ὥσπερ τὸ βάλλειν κατὰ σκοπόν. Φαίνεται ἄρα καὶ διὰ τοῦτο, τὴν μὲν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν τῆς κακίας εἶναι, (ἀόριστα γὰρ ἑκάτερον) τὴν μεσότητα δὲ τῆς ἀρετῆς, ὡρισμένην καὶ μίαν οὖσαν.

Insuper multis modis peccare licet; siquidem diversa peccandi ratio est. Etenim malum, ut Pythagorici dicebant, infinitum est, bonum vero definitum ac terminatum: ideoque recte facere res est simplex et uniformis. Quare etiam facile est peccare, sicut sagittario aberrare a scopo: at recte facere difficile est, sicut scopum ferire. Apparet ergo ex hoc quoque, nimium et parum ad vitium pertinere, (utrumque enim indefinitum est), mediocritatem vero ad virtutem, quæ definita est et unica. Etenim

Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί.

Simpliciterque boni sunt, varieque mali.

** Ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε.

Est igitur virtus habitus ad consilium agendi capiendum aptus, qui in mediocritate ad nos relata consistit, quæ quidem mediocritas ratione definita est, et ut prudens definiret:

*** Μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολήν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν. Τὴν μὲν γὰρ ὑπερβάλλει, τῆς δὲ ἐλλείπει· διὰ τὸ τὴν μὲν τῶν κακιῶν ὑπερβάλλειν τὸ δέον, τὴν δὲ ὑπερβάλλεσθαι· τὴν δὲ ἀρετὴν τὸ δέον μόνον ζητεῖν, δηλονότι τὸ μέσον, καὶ τοῦτο μόνον αἱρεῖσθαι. Ὥστε εἰ μὲν ζητοίημεν αὐτὸ τὸ εἶναι τῆς ἀρετῆς, μεσότης ἐστίν· εἰ δὲ τὸ ἀγαθὸν αὐτῆς καὶ τὸ εὖ, ἀκρότης ἐστί.

Mediocritas autem seu medium est duorum vitiorum, unius quod ex nimio, alterius quod ex eo quod parum est nascitur. Alterum enim superat, altero autem superatur: quia alterum vitiorum superat id quod rectum est, alterum eo superatur; virtus vero id solum quærit quod rectum est, hoc est, medium solumque hoc sequitur. Itaque si essentiam virtutis quæramus, erit mediocritas: sin bonum, quod in ea est ac rectum, extremitas.

(Scripsi [a] μῖσος] cod. μίσος. — [b] καθ' ἅς ἐσμεν] vulgo καθ' ἃς ἐσμέν. — [c] τοῦτ' ἔστιν] vulgo τοῦτ' ἐστὶν. — [d] ποία τίς ἐστιν.] vulgo ποιά τίς ἐστιν — [e] δεκαπέντε] cod. δέκα πέντε.)

Κεφ. ϛ'.

Cap. VI.

Ὅτι οὐκ ἐν παντὶ πάθει ἢ πάσῃ πράξει μεσότης· καὶ κατὰ μέρος περὶ τοῦ τίς ἀρετὴ τίνων κακιῶν μέση ἐστί.

Non in omni affectu vel actione esse mediocritatem: deinde singulatim, quæ virtus quorum vitiorum sit media.

**** Προσήκει δὲ καὶ ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι οὐ πᾶσα πρᾶξις οὐδὲ πᾶν πάθος μεσότητα ἐπιδέχεται τὴν ζητουμένην, τὸ δέον δηλονότι· ἔνια γὰρ ὁμοῦ καὶ ὑπερβάλλοντα καὶ ἐλλείποντα καὶ ἐν μεσότητί τινι ὄντα, ἀεὶ πονηρά εἰσιν. Οἷον ἐν μὲν πάθεσιν ἀναισχυντία καὶ φθόνος, ἐν δὲ πράξεσι μοιχεία, κλοπή, ἀνδροφονία· καὶ πάντα ταῦτα οὐ διὰ τὸ ὑπερβάλλειν τὴν ἐν αὐτοῖς μεσότητα, ἢ ἐλλείπειν αὐτῆς, φαῦλα λέγονται, ἀλλὰ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ πονηρά εἰσιν. Οὐκ ἔστιν οὖν οὐδέποτε τὸ δέον ἐν τοῖς τοιούτοις, οὐδὲ κατορθοῦν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἀεὶ ἁμαρτάνειν· οὐδ' ἔστιν ἐν αὐτοῖς προδιορίζειν, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πάθεσι, τὸ ὡς δεῖ καὶ ὅτε δεῖ· οὐ γὰρ προδιοριστέον, τοὺς τοιχωρύχους πῶς δεῖ κλέπτειν, καὶ πότε, καὶ τίνα, καὶ παρὰ τίνων, ἀλλὰ ἁπλῶς τό τι τούτων ποιεῖν ἁμαρτάνειν ἐστίν.

Sed et illud sciendum est, non omnem actionem neque omnem affectum, eam quam quærimus, mediocitatem, hoc est, ipsum rectum, admittere: quædam enim, sive justo majora sive minora, sive ad mediocritatem revocata sunt, semper mala esse apparet. Exempli gratia in affectibus impudentia et invidia: in actionibus adulterium, furtum, homicidium: et cætera hujus generis omnia non quod mediocritatem ipsis propriam superent, aut ei cedant, mala dicuntur, sed ipsa per se talia sunt. Quamobrem nunquam in iis decorum est, neque recte quisquam facit in iis, sed semper peccabit: sed neque in illis ut in aliis affectibus præstituere quisquam potest, quomodo oporteat et quando: sicut nemo perfossori parietum præstituet, quomodo furari aut quando aut quæ, aut a quo oporteat, quia simpliciter et absolute quidvis horum admittere peccare est.

***** Οὐ τοίνυν ἐστὶν ἐν τοῖς τοιούτοις μεσότης, οὐδὲ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, ὥσπερ οὐδὲ ἀδικίας, ἢ δειλίας,

Quamobrem neque in hoc genere mediocritas est aut nimium et parum, neque in injustitia aut timiditate,

* Ἔτι τὸ μὲν ἁμαρτάνειν πολλαχῶς ἐστι κτλ. — ** Ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ κτλ. — *** Μεσότης δὲ δύο κακιῶν κτλ. — **** Οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις. οὐδὲ πᾶν κτλ. — ***** Ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν κτλ.

ἢ ἀκολασίας. Τούτων γὰρ αἱ μὲν ὑπερβολαί εἰσιν, αἱ δὲ ἐλλείψεις ἀρετῆς· ὑπερβολῆς δὲ καὶ ἐλλείψεως ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν καὶ μεσότητα ζητεῖν, σφόδρα ἄτοπον.

* Ἀλλ' ὥσπερ μεσότητος οὐκ ἔστιν ὑπερβολή, καὶ ἔλλειψις, καὶ μεσότης, τῆς ἀρετῆς λέγω, ἀλλ' ἔστι τὸ ἄκρον τῆς μεσότητος, ὡς εἰπεῖν· οὕτως οὐδὲ τῶν ὑπερβολῶν καὶ ἐλλείψεων μεσότης, καὶ ὑπερβολή, καὶ ἔλλειψις γένοιτ' ἄν, ἀλλὰ ἀεὶ καὶ καθ' ὃν ἂν τρόπον πράττωνται, ἁμαρτάνονται· καὶ καθόλου εἰπεῖν, οὔτε ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης ἐστίν, οὔτε μεσότητος ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις.

** Δεῖ δὲ μὴ μόνον καθόλου λέγειν τὴν ἀρετὴν μεσότητα, τὴν δὲ κακίαν τὰ ἄκρα, ἀλλὰ καὶ κατὰ μέρος, τίς ἀρετὴ τίνων κακιῶν [b] μεσότης ἐστί. Τῶν γὰρ περὶ τὰς πράξεις λόγων οἱ μὲν καθολικοί, κοινότεροι καὶ πλείοσιν ἐφαρμόζουσιν, οἱ δὲ μερικοί, ἀληθινώτεροι, ἅτε διὰ τοῦτο προσεχῶς ταῖς πράξεσιν ἐφαρμόζοντες, αἵτινες ἀεὶ ἐν τοῖς μερικοῖς γίνονται· οἷς δὴ μερικοῖς οἱ ἀληθεῖς συμφωνοῦσι λόγοι· ληψόμεθα δὲ τὰ ζητούμενα ἐκ τῆς ἐκτεθείσης διαγραφῆς, ἐν ἑκάστῳ μὲν οὖν τῆς ψυχῆς πάθει, πλὴν τῶν καθ' αὑτὰ πονηρῶν, καθὼς εἴρηται, ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεταξύ ἐστιν ἡ ἀρετή.

*** Καὶ ἐν μὲν τῷ φόβῳ καὶ τῷ θάῤῥει (πάθη γὰρ ταῦτα τῆς ψυχῆς) μέση ἐστὶν ἀνδρεία. Ἄκρα δὲ ἔλλειψις μέν, δειλία, ὑπερβολὴ δέ, θρασύτης. Ἀπὸ γὰρ τοῦ φόβου οὐκ ἔστιν ὄνομα τῇ ὑπερβολῇ, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ θάῤῥους μόνον. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀνώνυμά ἐστιν. Ἐπεὶ καὶ τῇ ἐλλείψει οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ θάῤῥους ὄνομα, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ φόβου μόνον· δειλία γάρ. Ὥστε τῶν ἄκρων τὸ ἕτερον μὲν ἀπὸ τοῦ φόβου, θάτερον δὲ δὲ ἀπὸ τοῦ θάῤῥους ὀνομάζεσθαι.

**** Καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς δὲ καὶ ταῖς λύπαις αἱ ἀκρότητες καὶ μεσότητες ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀνώνυμοί εἰσι, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς λύπαις. Περὶ δὲ τὰς ἐν σώματι ἡδονὰς μεσότης μέν, σωφροσύνη, ὑπερβολὴ δέ, ἀκολασία, ἔλλειψις δέ, ἐπεὶ οἱ πάντη τῶν ἡδονῶν ἀπεχόμενοι ὀλίγοι εἰσί, διὰ τοῦτο ἀνώνυμός ἐστι· καλείσθω δὲ ἀναισθησία.

***** Ἐν δὲ τῷ πάθει, ὃ πάσχομεν ἐν τῷ διδόναι καὶ λαμβάνειν χρήματα, μεσότης μὲν ἐλευθεριότης, ἄκρα δὲ ὑπερβολὴ μὲν ἀσωτεία, ἔλλειψις δὲ ἀνελευθερία. Συμβαίνει δὲ καὶ τὸ ἀνάπαλιν· τὴν μὲν ἀσωτείαν ἔλλειψιν εἶναι, τὴν δὲ ἀνελευθερίαν ὑπερβολήν· ἐν μὲν γὰρ τῷ διδόναι χρήματα ἡ μὲν ἀσωτεία ὑπερβολή ἐστιν, ἔλλειψις δὲ ἡ ἀνελευθερία· ἐν δὲ τῷ λαμβάνειν ἡ μὲν ἀνελευθερία ὑπερβολή ἐστιν, ἡ δὲ ἀσωτεία ἔλλειψις. Νῦν μὲν οὖν κεφαλαιωδῶς περὶ αὐτῶν λέγωμεν καὶ ὡς ἐν τύπῳ, ἀρκούμενοι αὐτῷ τούτῳ· μετὰ δὲ ταῦτα ἀκριβέστερον ἐροῦμεν περὶ αὐτῶν.

aut intemperantia. In his enim ipsis virtutis vel nimium animadvertitur vel parum : nimii autem et ejus quod parum est tum nimium tum parum tum mediocritatem quærere, perabsurdum est.

Sed quemadmodum mediocritatis neque nimium est, neque parum, neque mediocritas, ipsius dico virtutis, quæ quasi mediocritatis extremitas est : sic nec nimii aut ejus quod parum est mediocritas aut nimium aut parum esse queat, quia quocunque modo agis, in iis peccari necesse est : denique ut universe dicam, nec nimii nec ejus quod est parum mediocritas esse potest, nec mediocritatis nimium et parum.

At vero non solum universe dici convenit, virtutem esse mediocritatem, vitium vero extremitatem, sed et illud singulatim declarandum est, quæ virtus quorum vitiorum sit mediocritas. Etenim eorum qui de actionibus habentur sermonum, ii qui ad genus universum pertinent, simul latius patent simul pluribus conveniunt; qui vero partes et res singulares explicant, veriores sunt, propterea quod apte cum ipsis actionibus cohærent, quæ semper in rebus singularibus versantur : cum quibus veram orationem congruere oportet : sed hæc de quibus quærimus e superiore descriptione sumenda sunt, in singulis ergo animi affectibus, exceptis iis qui per se sunt vitiosi, ut jam dictum est, inter nimium et parum medium quiddam virtus est.

Et inter metum quidem ac confidentiam (nam et hi animi affectus sunt) media est fortitudo. Extremitas autem ejus quod parum est timiditas, nimii vero audacia est. Eorum autem qui modum superant, is qui timoris vacuitate superat, caret nomine; qui vero fidendo modum superat, audax appellatur. Quippe multa etiam alia sunt, quæ nomine carent. Nam et id quod parum est, non a confidentia, sed a metu denominatur, quum timiditas vocetur. Itaque extremitatum altera quidem a metu, altera vero a confidentia nomen traxit.

Jam vero voluptatum et dolorum extremitates et media ut plurimum nomine carent, maxime in dolorum acerbitate. Porro corporis voluptatum mediocritas quidem temperantia est, nimium vero intemperantia, parum denique, quia pauci omnibus voluptatibus abstinent, nomine vacat : dicatur vero stupor.

Cæterum in illa animi affectione, quam habemus, quum aut damus pecunias aut accipimus, mediocritas est ea quæ liberalitas dicitur, extremitas vero nimii effusio, ejus autem quod parum est illiberalitas. Sed et contrarium accidit, ut id quod parum est sit effusio, nimium vero illiberalitas; namque in dandis pecuniis nimium est effusio, parum autem illiberalitas : at in accipiendis illiberalitas nimium, effusio vero parum est. Et nunc quidem summatim de iis pinguique quasi Minerva loquamur, in tali expositione acquiescentes : postea vero accuratius de iis agemus.

* Ὥσπερ δὲ σωφροσύνης κτλ. — ** Cap. 7. Δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι κτλ. — *** Περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάῤῥη κτλ. — **** Περὶ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας κτλ. — ***** Περὶ δὲ δόσιν χρημάτων κτλ.

* Εἰσὶ δὲ περὶ τὴν δόσιν καὶ τὴν λῆψιν τῶν χρημάτων καὶ ἄλλη μεσότης καὶ ἄκρα. Καὶ ἔστιν ἄλλη μεσότης μὲν μεγαλοπρέπεια· (διαφέρει γὰρ τῆς ἐλευθεριότητος, ὅτι ἡ μὲν μεγάλα τινὰ προΐεται, ἡ δὲ μικρά,) ὑπερβολή, ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία· ἔλλειψις, μικροπρέπεια· καὶ αὗται γὰρ διαφέρουσι τῶν τῆς ἐλευθεριότητος ἄκρων. Αἱ δὲ διαφοραὶ μετὰ ταῦτα ῥηθήσονται.

** Ἐν δὲ τῷ περὶ τὴν τιμὴν καὶ ἀτιμίαν πάθει μεσότης μὲν μεγαλοψυχία· ὑπερβολὴ δὲ χαυνότης τις λεγομένη, ἔλλειψις δὲ μικροψυχία.

*** Ὡς δὲ ἐλέγομεν διαφέρειν τὰς περὶ τὰ χρήματα διαθέσεις, τὴν ἐλευθεριότητα δηλαδή, καὶ μεγαλοπρέπειαν τῷ τὴν μὲν ἐλευθεριότητα περὶ μικρὰ εἶναι, περὶ μεγάλα δὲ τὴν μεγαλοπρέπειαν· οὕτω καὶ περὶ τὴν τιμὴν ἐστί τις διάθεσις διαφέρουσα τῆς μεγαλοψυχίας τῷ τὴν μὲν περὶ μικρὰ εἶναι, τὴν δὲ μεγαλοψυχίαν περὶ μεγάλα. Ἔστι γὰρ ὀρέγεσθαι τιμῆς ὡς δεῖ, καὶ ἔστιν ὀρέγεσθαι πλέον ἢ προσήκει, καὶ ἧττον τοῦ δέοντος· λέγεται γὰρ ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι φιλότιμος, καὶ ἡ διάθεσις φιλοτιμία· ὁ δὲ ἐλλείπων ἀφιλότιμος· ἡ δὲ διάθεσις ἀνώνυμος· ἡ δὲ μεσότης καὶ αὐτὴ ἀνώνυμος, ἥτις διαφέρει τῆς μεγαλοψυχίας τῇ εἰρημένῃ διαφορᾷ. Καὶ διότι ἀνώνυμος ὁ μέσος, ἀπὸ τῶν ἄκρων ὀνομάζεται, διότι καὶ ἀμφοτέρων μετέχει, καὶ ποτὲ μὲν φιλότιμον αὐτὸν καλοῦμεν, ποτὲ δὲ ἀφιλότιμον· καὶ ποτὲ μὲν ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον, ποτὲ δὲ τὸν ἀφιλότιμον. Τίνος δὲ χάριν τοῦτο ποιοῦμεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν παθῶν λέγωμεν, ζητοῦντες ἐν ἑκάστῳ τὴν μεσότητα καὶ τὰ ἄκρα.

**** Ἔστι τοίνυν ἐν τῇ ὀργῇ μεσότης μὲν πραότης c (ὁ γὰρ μέσος πρᾶος λέγεται·) τὰ δὲ ἄκρα ἀνώνυμα. Καλείσθω δὲ ἡ μὲν ὑπερβολὴ ὀργιλότης, καὶ ὀργίλος ὁ ὑπερβάλλων, ἡ δὲ ἔλλειψις ἀοργησία, καὶ ὁ ἐλλείπων ἀόργητος.

***** Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες, αἳ κατά τι μὲν κοινωνοῦσιν, ἔχουσι δὲ καὶ διαφοράν. Τῶν γὰρ πράξεων καὶ λόγων, ἃ λέγομεν καὶ πράττομεν ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους κοινωνίᾳ, τὰ μὲν πρὸς ἀλήθειαν λέγομεν καὶ πράττομεν, τὰ δὲ πρὸς ἡδονήν· καὶ τῶν πρὸς ἡδονὴν τὰ μὲν παιδιᾶς λέγονται καὶ πράττονται χάριν, τὰ δὲ ἕνεκα τῆς λοιπῆς τῆς ἐν τῷ βίῳ ἡδονῆς· ὥστε τρεῖς εἶναι τὰς μεσότητας ἐξ ἀνάγκης. Καὶ τῶν μὲν πρὸς ἀλήθειαν λεγομένων ἢ πραττομένων ἡ μεσότης καὶ ἀλήθεια ὀνομάζεται· τῶν δὲ πρὸς ἡδονὴν ἡ μὲν περὶ τὴν παιδιὰν εὐτραπελία, ἡ δὲ περὶ τὴν λοιπὴν ἡδονὴν φιλία. Κοινωνοῦσι μὲν οὖν ἀλλήλαις, ὅτι d πᾶσαί εἰσι περὶ λόγων καὶ πράξεων κοινωνίαν· διαφέρουσι δέ, ὅτι οὐ περὶ τὰ αὐτά, καθὼς εἴρηται. Τὰ δὲ ἄκρα αὐτῶν ἀνώνυμα· ὀνοματοποιήσομεν δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς σαφηνείας ἕνεκα, καὶ τοῦ ῥᾳδίως τῷ λόγῳ πα-

In pecuniis autem tam dandis quam accipiendis alia quoque mediocritas est et extremitas. Et mediocritas ea quidem magnificentia nominatur: (eo enim a liberalitate differt, quod altera magna quædam impendit, altera vero parva), nimium autem elegantiæ ignorantia et sumptuum factorum rusticitas vocatur: denique id quod parum est indecora parsimonia nuncupatur: namque et hæ differunt a summa liberalitate. Sed differentiæ postea explicabuntur.

In honoris vero et infamiæ affectu mediocritas quidem animi magnitudo est: nimium autem id quod fastus nomine appellatur, parum denique humilis et demissus animus.

Quemadmodum vero differre notavimus eas quæ in pecuniis versabantur affectiones, liberalitatem dico et magnificentiam, quod altera parvis, altera autem magnis occupetur: sic et in honore diversa quædam ab animi magnitudine affectio est, quod eodem modo alter in parvis, animi magnitudo vero in magnis versatur. Nam et expetere honorem quemadmodum oportet, et magis quam decet, et minus quam debemus, potest aliquis: dicitur enim qui honoris cupiditate modum excedit, ambitiosus, ipsa autem affectio: qui ambitione caret, contemtor honoris appellatur: cujus affectio nomine vacat, sicut et mediocritas, quæ ab animi magnitudine eo quo diximus modo differt. Quoniam autem nomen non habet is qui medius est, idcirco ab extremitatibus denominatur, quia utriusque est particeps, nosque ipsi eum nunc ambitiosum nunc honoris contemtorem perhibemus, ac modo ambitiosum modo honoris contemtorem laudamus. Quod quamobrem faciamus in iis quæ deinceps sequentur explicabimus; nunc de reliquis affectibus dicamus, mediumque in singulis exquiramus et extrema.

Est ergo mediocritas in ira quidem mansuetudo: (medius enim mansuetus vocatur:) extremitates vero carent nomine. Appelletur tamen nimium iracundia, et qui modum excedit iracundus, parum autem lentitudo et qui deserit modum lentus.

Sunt et aliæ tres mediocritates, quæ tametsi commune aliquid habent, tamen etiam inter se differunt. Etenim rerum quas gerimus, sermonumque quos in hominum consortione habemus, pars ad veritatem accommodata est, in aliis sola voluptas spectatur. Jam vero dictorum factorumque quæ ad voluptatem referuntur, alia dicuntur joci causa et fiunt, alia reliquæ quam in vita sequimur voluptatis gratia: ita ut tres esse mediocritates sit necesse. Atque eorum quidem quæ ad veritatem accommodate vel dicuntur vel fiunt, mediocritas quoque appellatur veritas: eorum vero quæ ad voluptatem pertinent, ea quæ in joco versatur festivitas, quæ ad reliquam vero voluptatem, amicitia. Hoc autem commune habent, quod omnes in dictorum factorumque communicatione versantur, sed differunt inter se ea re, quia non in iisdem, sicut dictum est, versantur.

* Περὶ δὲ τὰ χρήματα κτλ. — ** Περὶ δὲ τιμὴν κτλ. — *** Ὡς δὲ ἐλέγομεν ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν κτλ. — **** Ἔστι δὲ καὶ περὶ ὀργὴν κτλ. — ***** Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες κτλ.

ρακολουθεῖν τοὺς ἀκροωμένους. Καλείσθω δὲ τὰ ἄκρα τῆς ἀληθείας, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον προσποίησις, ἀλαζονεία, καὶ ὁ ἔχων αὐτήν, ἀλαζών· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον, εἰρωνεία καὶ εἴρων. Τῆς δὲ εὐτραπελίας ἡ μὲν ὑπερβολὴ βωμολοχία, καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν βωμολόχος· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον ἀγροικία, καὶ ὁ ἔχων ἄγροικος. Τῆς δὲ φιλίας ὁ μὲν ὑπερβάλλων καὶ οὐδενὸς ἕνεκα ἄρεσκος καλείσθω· εἰ δὲ ἕνεκα τῆς αὐτοῦ ὠφελείας, κόλαξ· ὁ δὲ ἐλλείπων καὶ ἄχαρις ἐν πᾶσι, δύσερίς τις καὶ δύσκολος.

* Οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς πάθεσιν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη, μεσότητές εἰσι, καθάπερ ἐπὶ τῆς αἰδοῦς φαίνεται. Καὶ γὰρ ἡ αἰδὼς ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ οὐκ ἔστι πάθους μεσότης, ἀλλὰ τῶν περὶ τὸ πάθος· τῶν ἐπαινουμένων δέ ἐστιν. Ὁ γὰρ αἰδήμων ἐπαινεῖται, καὶ παρ' ἑκάτερα καὶ ὑπερβολὴν ἔχει καὶ ἔλλειψιν· καὶ αὐτὴ μεσότης ἐστί· καὶ ὁ μὲν ὑπερβάλλων αἰδοῖ, καταπλὴξ καλεῖται· ὁ δὲ ἐλλείπων, ἢ ὁ μηδὲ ὅλως αἰδούμενος, ἀναίσχυντος· ὁ δὲ μέσος, αἰδήμων.

** Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ λύπῃ μεσότης, ὅτε λυπεῖται ἐπὶ τοῖς παρὰ τὴν ἀξίαν εὐτυχοῦσιν, ἥτις νέμεσις καλεῖται. Καὶ ὑπερβολὴ δέ ἐστι παρ' ἑκάτερα καὶ ἔλλειψις· ὑπερβολὴ μέν, ὅταν τις ἐπὶ πᾶσι τοῖς εὐτυχοῦσι λυπῆται[f]· καὶ ἡ τοιαύτη κακία φθόνος καλεῖται, καὶ ὁ ἔχων φθονερός· ἔλλειψις δέ, ὅταν τις οὐ μόνον οὐ λυπῆται, ἀλλὰ καὶ χαίρῃ[g] ἐπὶ τοῖς παρὰ τὴν ἀξίαν κακῶς πράττουσι· καὶ ὁ τοιοῦτος, ἐπιχαιρέκακος καλεῖται, καὶ ἡ ἔλλειψις ἐπιχαιρεκακία· τῆς δὲ μεσότητος νεμέσεως καλουμένης, ὁ ἔχων, νεμεσητικὸς καλεῖται. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς μεσότητος καὶ τῶν ἄκρων καὶ μετὰ ταῦτα ἀκριβέστερον ἐροῦμεν.

*** Καὶ περὶ τῆς δικαιοσύνης δέ, ἐπεὶ διπλῆ τίς ἐστι, καὶ δεῖ αὐτῇ μακροτέρων λόγων, νῦν μὲν οὐκ εὔκαιρον λέγειν· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς διελόντες περὶ ἑκατέρας διαληψόμεθα, πῶς μεσότητές εἰσι, καὶ τίνων. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λογικῶν ἀρετῶν.

(Scripsi [a] καθ' ὃν ἂν τρόπον πράττωνται] cod. καθ' ὃν ἂν τρόπον πράττονται. — [b] τίς ἀρετὴ τίνων κακιῶν] vulgo τίς ἀρετή, τίνων κακιῶν. — [c] πραότης] vulgo πρᾳότης. — [d] ὅτι πᾶσαί εἰσι] vulgo ὅτι πᾶσαι εἰσί. — [e] δύσκολος] cod. δύσχολος. — [f] λυπῆται] cod. λυπεῖται. — [g] χαίρῃ] — cod. χαίρει. —)

At eorum extremitates nomine carent : nos tamen tum perspicuitatis causa, tum quo facilius quæ traduntur assequi possint studiosi, quædam iis nomina imponere conabimur. Dicatur ergo extremitatum veri altera quidem, quæ simulatione rem auget, arrogantia, et qui ea præditus est, arrogans : quæ vero minuit, dissimulatio, et qui ea utitur, dissimulator. Jam nimium festivitatis scurrilitas, et cui hoc vitium est, scurra : at parum festivitatis rusticitas, et cui hoc vitium est, rusticus vocetur. In amicitia autem qui modum excedit, idque nulla causa adductus, blandus appelletur : sin autem commodi sui causa, adulator : contra qui deserit modum atque in omnibus est injucundus, difficilis ac morosus nominetur.

Non solum autem in perturbationibus ipsis, sed etiam in iis rebus quæ ad perturbationes pertinent, mediocritates insunt, quemadmodum in verecundia apparet. Verecundia enim virtus non est, siquidem non perturbationis, sed rerum ad perturbationem pertinentium mediocritas est : est vero in iis quæ laudantur. Quippe verecundus laudatur, utpote qui utrinque et nimium habet et parum : ipsa videlicet mediocritas est : et qui verecundia excedit modum, pudore consternatus; qui vero deserit modum, aut quem nihil omnino pudet, impudens : medius autem verecundus vocatur.

Sed et in dolore est mediocritas, ut quum quis dolet eorum rebus secundis qui eis indigni sunt, quæ indignatio dicitur. Utrimque vero tum nimium, tum parum reperitur : et nimium quidem, quando quis ex omnium felicitate dolorem capit : atque hoc vitium invidia appellatur, et qui eo laborat, invidus : parum autem, quando non tantum non dolet aliquis, sed etiam gaudet rebus adversis eorum qui indigna patiuntur : et talis quidem malevolus nuncupatur, habitus vero malevolentia. Quum autem mediocritas indignatio nominetur, qui præditus ea est indignabundus dicitur. Cæterum cum de mediocritate, tum de extremitatibus posthac accuratius agemus.

Similiter de justitia; quæ quum duplex sit et uberiorem disputationem desideret, nunc de ea disserere non vacat : verum in sequentibus divisione ejus in duas partes facta de utraque exponemus, quomodo mediocritates sint et quorum. Eodemque modo de virtutibus iis quæ rationem attingunt disseremus.

Κεφ. ζ'.

Περὶ τῆς ἐναντιότητος τῶν παρ' ἑκάτερον τῆς ἀρετῆς κακιῶν, ἥν τε πρὸς ἀλλήλας [a] ἔχουσι καὶ πρὸς τὴν ἀρετήν.

**** Νῦν δὲ ἐροῦμεν περὶ τῆς ἐναντιότητος τῶν ἄκρων

Cap. VII.

De vitiorum quæ utrinque virtutem ambiant contrarietate, tum illa quam inter se, tum ea quam ad virtutem habent.

Nunc de contrarietate extremorum, tum quam inter

* Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι κτλ. — ** Νέμεσις δὲ μεσότης φθόνου κτλ. — *** Περὶ δὲ δικαιοσύνης κτλ. — **** Cap. 8. τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν κτλ.

πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὴν μεσότητα. Τριῶν γὰρ διαθέσεων οὐσῶν, μιᾶς μὲν ἀρετῆς, ἥτις μεσότης ἐστί, δύο δὲ κακιῶν, τῆς μὲν ὑπερβαλλούσης, τῆς δὲ ἐλλειπούσης, ἐν πάσαις ἐστί τις ἀντίθεσις· καὶ αἱ μὲν ἄκραι ἐναντίως ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, ἡ δὲ μέση πρὸς ἑκατέραν τῶν ἄκρων. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἴσον καὶ πρὸς τὸ μεῖζον ἀντικείμενόν ἐστι, καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον, (τοῦ μὲν γὰρ μείζονος ἔλαττόν ἐστι, τοῦ δὲ ἐλάττονος μεῖζον,) οὕτως αἱ μέσαι ἕξεις πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις ὑπερβολαί εἰσι, πρὸς δὲ τὰς ὑπερβολὰς ἐλλείψεις. Ὃ καὶ ἐν πάθεσι καὶ ἐν πράξεσιν ὁμοίως ἔχει· ἐν πάθεσι μὲν ἀνδρεία [b] μεσότης, ἐν πράξεσι δὲ ἡ κατὰ τὴν ἀνδρείαν [c] πρᾶξις· καὶ διὰ τούτων ὁ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασὺς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων πρὸς μὲν τὸν ἀναίσθητον [d] ἀκόλαστος, πρὸς δὲ τὸν ἀκόλαστον ἀναίσθητος· ὁ δὲ ἐλευθέριος ἄσωτος μὲν πρὸς τὸν ἀνελεύθερον, πρὸς δὲ τὸν ἄσωτον ἀνελεύθερος. [e] Καὶ ὅλως ἑκάτερος τῶν ἄκρων τῷ ὀνόματι ἑτέρου τὸν μέσον καλεῖ· καὶ ὁ μὲν θρασὺς τὸν ἀνδρεῖον δειλὸν καλεῖ, ὁ δὲ δειλὸς θρασύν. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.

* Οὕτω δὲ τῶν ἄκρων πρὸς τὸ μέσον ἀντικειμένων, καὶ πρὸς ἄλληλα, μείζων ἐστὶν αὐτῶν ἐναντιότης· πορρωτέρω γὰρ ἀλλήλων ἐστὶν ἢ τοῦ μέσου· καθάπερ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν πλέον ἀντίκειται πρὸς ἄλληλα ἢ τὸ μέσον, τὸ ἴσον δηλονότι. Καὶ πρὸς μὲν τὸ μέσον ἔστι τις ὁμοιότης ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἄκρων, ὥσπερ τῇ θρασύτητι πρὸς τὴν ἀνδρείαν, [f] καὶ τῇ ἀσωτίᾳ πρὸς τὴν ἐλευθεριότητα· ἐν δὲ τοῖς ἄκροις οὐδεμία ἐστὶν ὁμοιότης, ἀλλὰ πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρουσι· τὰ δὲ πλεῖστον ἀλλήλων ἀπέχοντα ἐναντία ὁρίζονται· ὥστε καὶ μᾶλλον ἐναντία τὰ μᾶλλον ἀλλήλων ἀπέχοντα.

** Τὰ δὲ ἄκρα πλέον ἀντίκειται πρὸς ἄλληλα, ἢ πρὸς τὸ μέσον· οὐκ ἐπ' ἴσης [g] δὲ ἀντίκειται ἄκρων ἑκάτερον· ἀλλ' ἐπί τινων μὲν ἡ ἔλλειψις πλέον ἀντίκειται πρὸς τὸ μέσον, ἢ ἡ ὑπερβολή· ἐπί τινων δὲ ἡ ὑπερβολὴ μᾶλλον, ἢ ἡ ἔλλειψις. Νεύουσι γὰρ αἱ μεσότητες πρὸς τὸ ἕτερον τῶν ἄκρων πλέον, ἢ πρὸς τὸ ἕτερον, καὶ ὁμοιότεραί εἰσι ποτὲ μὲν [h] ἐλλείψει, ποτὲ δὲ ὑπερβολῇ. Οἷον ἡ ἀνδρεία [i] μᾶλλον ὁμοιοῦται τῇ θρασύτητι, ἢ τῇ δειλίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο ἐναντιωτέρα ἐστὶ τῇ δειλίᾳ, ἢ τῇ θρασύτητι. Ἡ δὲ σωφροσύνη μᾶλλον ὁμοία ἐστὶ τῇ ἀναισθησίᾳ, ἢ τῇ ἀκολασίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο ἐναντιωτέρα ἐστὶ τῇ ἀκολασίᾳ, ἢ τῇ ἀναισθησίᾳ. Ἔστι δὲ οὐ μόνον ἡ πρὸς τὸ ἕτερον τῶν ἄκρων ὁμοιότης αἰτία τῆς πρὸς τὸ ἕτερον ἐναντιότητος, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν τὸ τοιοῦτον συμβαίνει. Ἐπεὶ γὰρ ὁ πόλεμος τῷ σπουδαίῳ πρὸς τὰ ἄκρα γίνεται, τὴν μεσότητα ζητοῦντι, πρὸς ὃ τῶν ἄκρων μείζων ἡ μάχη, ἐκεῖνο ἐναντιώτερον τῷ μέσῳ δοκεῖ. Μείζων δὲ ἡ μάχη πρὸς ὃ μᾶλλον πεφύκαμεν, καὶ εἰς ὃ πλέον κινούμεθα. Ὥστε εἰς ὃ πλέον αὐτοὶ κινούμεθα, ἐκεῖνο ἐναντιώτερόν ἐστι τῷ μέσῳ. Καθά-

se, tum quam ad mediocritatem habent, agamus. Quum enim tres sint affectiones, una quidem ipsa virtus, quam mediocritatem appellamus, duæ vero vitiorum, quorum alterum modum excedit, alterum deserit, in omnibus quædam est oppositio : ac primum extrema inter se pugnant, deinde medium cum extremitate utraque. Ut enim hoc quod æquale est, majori opponitur et minori, (siquidem majore minus est, minore autem majus,) ita medii quoque habitus, si cum iis quæ modum deserunt comparentur, excessus sunt, si cum excessibus, defectus. Quod quidem cum in perturbationibus, tum in actionibus eodem modo se habet : in perturbationibus enim fortitudo est mediocritas, in actionibus autem res fortiter gesta : ideoque fortis ad ignavum audax, ad audacem ignavus ac timidus videtur. Similiterque temperans stupidi quidem respectu intemperans, intemperantis vero respectu stupidus habetur. Liberalis autem, si cum illiberali conferatur, prodigus, si cum prodigo, illiberalis existimatur. Denique uterque extremorum alterius nomine medium appellat : nimirum audax fortem timidum perhibet, timidus audacem vocat Atque ita etiam in reliquis.

Hoc autem modo extrema quum et medio sint et invicem sibi opposita, major mutua illorum contrarietas est : longius enim absunt a se mutuo quam a medio : sicut id quod magnum et quod parvum est, longius a se absunt mutuo, quam a medio, nimirum ab æqualitate. Porro aliqua medii similitudo est in utroque extremo, sicut in audacia fortitudinis, et liberalitatis in prodigalitate : contra vero nulla in extremitatibus similitudo est, sed plurimum inter se differunt : quæ vero plurimum inter se distant, definiuntur esse contraria. Itaque etiam magis contraria habentur, quæ longius inter se disjuncta sunt.

Longius autem inter se distant extremitates, quam a medio : quamquam sane non æquali spatio utraque distat extremitas : sed in quibusdam defectus magis opponitur medio, quam excessus; in aliis contra excessus magis, quam defectus. Namque ipsæ mediocritates ad alterum magis inclinant extremum, quam ad alterum, et modo defectui, modo excessui similiores sunt. Verbi causa fortitudo propius ad audaciam accedit, quam ad timiditatem : ideoque etiam magis timiditati contraria est, quam audaciæ. Rursus temperantia stupori similior est, quam intemperantiæ; atque idcirco magis est intemperantiæ contraria, quam stupori. Porro non tantum ea quæ cum altero extremorum est similitudo, ejus quæ cum altero extremorum est contrarietatis causa habetur, sed etiam nostro beneficio tale quid contingit. Quum enim viro bono, ad mediocritatem tendenti, cum extremitatibus semper sit pugnandum, ea certe cum qua magis luctatur, magis etiam medio contraria videtur extremitas. Major autem luctatio est cum iis, ad quæ natura procliviores sumus, aut quo magis impellimur. Quamobrem

* Οὕτω δ' ἀντικειμένων ἀλλήλοις τούτων. κτλ. — ** Πρὸς δὲ τὸ μέσον ἀντίκειται κτλ.

περ τῶν τῆς σωφροσύνης ἄκρων πλέον εἰς ἀκολασίαν κινούμεθα, ἢ εἰς ἀναισθησίαν· ὅτι πρὸς ἡδονὰς πεφύκαμεν μᾶλλον, ἢ πρὸς τοὐναντίον· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἀκολασίαν μείζων ὁ πόλεμος· καὶ αὕτη ἐναντιωτέρα ἐστὶ τῇ σωφροσύνῃ, ἢ τῇ ἀναισθησίᾳ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχει.

(Scripsi [a] ἀλλήλας] cod. ἀλλήλους. — [b] ἀνδρεία] cod. ἀνδρία. — [c] ἀνδρείαν] cod. ἀνδρίαν. — [d] ἀναίσθητον] vulgo ἀναισθητὸν. — [e] ἀνελεύθερος] vulgo ἀνελευθέρος. — [f] ἀνδρείαν] cod. ἀνδρίαν. — [g] ἐπ' ἴσης] cod. ἐπίσης. — [h] ὁμοιότεραί εἰσι ποτὲ μὲν] vulgo ὁμοιότεραί εἰσί ποτε μέν. — [i] ἀνδρεία] cod. ἀνδρία. — [k] ἢ τῇ ἀναισθησίᾳ] cod. ἢ ἡ ἀναισθησία. —)

quo magis ipsi impellimur, illud etiam medio magis est contrarium. Sicut ex duabus temperantiæ extremitatibus magis ad intemperantiam impellimur, quam ad stuporem : quia ad voluptates magis inclinamus, quam ad contrarium; ac propterea major cum intemperantia luctatio est; quare hæc etiam magis temperantiæ contraria est, quam stupori. Similiter et in reliquis se res habet.

Κεφ. η'.

Περὶ τοῦ πῶς ἂν γένοιτο μάλιστα τῆς μεσότητος τυγχάνειν.

Cap. VIII.

Quomodo potissimum ad mediocritatem perveniatur.

* Ὅτι μὲν οὖν ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ μεσότης ἐστὶ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολήν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, διὰ τὸ τὸ μέσον ἀεὶ ζητεῖν τῶν παθῶν καὶ τῶν πράξεων, ἱκανῶς εἴρηται. Τὸ δὲ ἐπίστασθαι λαβεῖν τὸ μέσον καὶ γενέσθαι σπουδαῖον, ἐργῶδές ἐστιν. Ἐν παντὶ γὰρ πράγματι τὸ μέσον εὑρεῖν, δύσκολόν ἐστιν· ὥσπερ τοῦ κύκλου τὸ μέσον, δηλονότι τὸ κέντρον, οὐ πᾶς εὑρεῖν δύναται, ἀλλὰ μόνος ὁ γεωμετρεῖν ἐπιστάμενος· οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν παθῶν καὶ τῶν πράξεων ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ ὀργισθῆναι ῥᾴδιον, καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι· τὸ δὲ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πρὸς τίνα, καὶ ὅσον, καὶ τίνος ἕνεκα, ὅπερ ἐστὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ εὖ, καὶ σπάνιον, καὶ ἐπαινετόν, καὶ καλόν, τοῦτο δὲ οὐ ῥᾴδιον, οὐδὲ τοῦ βουλομένου παντός.

** Διὰ τοῦτο προσήκει τὸν βουλόμενον σπουδαῖον γενέσθαι, καὶ ζητοῦντα τὸ μέσον, πρῶτον φεύγειν πάσῃ δυνάμει τῶν ἄκρων τὸ μᾶλλον ἐναντίον τοῦ μέσου· δηλονότι, πρὸς ὃ μᾶλλον εὐκινητότερός ἐστι [a] τῶν παρ' ἑκάτερα τῆς μεσότητος κακῶν· καθάπερ καὶ ἡ Καλυψὼ παρῄνει τό·

τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε
Νῆα [b]·

καὶ γὰρ ἁμαρτάνομεν μέν, πρὸς ὅπερ ἂν πέσοιμεν τῶν ἄκρων· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως· μείζων γὰρ ἔσται ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ ἐναντιωτέρῳ τῶν ἄκρων, ἢ ἐν τῷ ἧττον ἐναντίῳ. Ἐπεὶ οὖν ἄκρως τοῦ μέσου τυχεῖν χαλεπόν, κατὰ τὸν δεύτερον, φασί, πλοῦν [c] τὰ ἐλάχιστα τῶν κακῶν αἱρεῖσθαι προσήκει. Τοῦτο δὲ ἔσται, εἰ διακείμεθα πρὸς τὰ ἄκρα τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν ἔφην.

Ac virtutem quidem moralem mediocritatem esse duorum vitiorum, quæ sunt nimium et parum, quia cum in perturbationibus tum in actionibus semper quærit medium, satis jam dictum est. Medium porro consequi scire, bonumque virum evadere, difficile atque operosum est. Magni enim negotii est in unaquaque re medium invenire : ut circuli medium, centrum dico, non quilibet invenire potest, sed solus ille qui geometriæ peritus est : quippe sic et in perturbationibus se res habet et in actionibus. Nam facile quidem est, irasci et dare pecuniam et sumptum facere, sed quomodo et quo tempore, et cui, et quantum et cujus rei causa irascendum et dandum est, irasci ac dare pecuniam, quod et medium et rectum est et rarum et laudabile, et honestum, hoc vero nec facile est, nec cujusvis.

Quare decet eum qui vir bonus esse velit, ac medium consectatur, omni studio primum eam vitare extremitatem, quæ medio magis est contraria : hoc autem est illud, ad quod ex duobus illis quæ mediocritatem ambiunt proclivior est malis : quemadmodum et Calypso suadebat :

a fumo procul atque a fluctu dirige navem.

Etenim peccamus quidem, ad quamcunque extremitatem deferimur : non eodem tamen modo : quippe majus peccatum erit in contraria magis extremitate, quam in minus contraria. Quoniam igitur perfecte medium assequi difficile est, secunda, ut ajunt, navigatione minima mala eligere nos decet. Hoc autem fiet, si eo quo diximus modo in extremitates animati simus. Cæterum non illud tantum videndum est, ad quam extremitatem

* Cap. 9. ὅτι μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης κτλ. — ** Διὸ δεῖ τὸν στοχαζόμενον τοῦ μέσου κτλ.

* Δεῖ δὲ μὴ μόνον σκοπεῖν πρὸς ποῖον τῶν ἄκρων πεφύκαμεν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἕκαστος ἡμῶν πρὸς ποῖον πέφυκε ζητητέον· (ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν) γνωσόμεθα δὲ τοῦτο, ἐξετάσαντες τίσιν ἡδόμεθα καὶ τίσι λυπούμεθα. Εὑρόντες δὲ πρὸς ποῖον τῶν ἄκρων πεφύκαμεν, ἐπὶ τὸ ἐναντίον αὐτοῦ διὰ σπουδῆς ἡμᾶς αὐτοὺς ἀφελκύσομεν. Φεύγοντες γὰρ σφόδρα τοῦτο τὸ ἄκρον, εἰς τὸ μέσον ἥξομεν. Ὥσπερ ποιοῦσιν οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ξύλων ὀρθῶσαι σπουδάζοντες· κλίνουσι γὰρ εἰς τοὐναντίον.

** Μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων παθῶν ἡ ἡδονὴ καὶ τὸ ἡδὺ βίαιον. Καὶ διὰ τοῦτο πολλῆς χρεία τῆς ἀκριβείας, καὶ τὴν ἀπάτην πάντα τρόπον φυλάττεσθαι δεῖ, ὅτε τὴν πονηρὰν τῆς ἀγαθῆς ἡδονῆς ἐθέλομεν διακρίνειν· χαλεπὸν γὰρ ἀδέκαστον εἶναι τῶν τοιούτων κριτήν [d]. Ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες [e] τῶν Τρώων πρὸς τὴν Ἑλένην ἔπαθον, καλὴν μὲν εἰπόντες αὐτήν, καὶ τοῦ κάλλους θαυμάσαντες, ψηφισάμενοι δὲ καὶ οὕτως ἔχουσαν ἀποπέμψαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας· τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονήν. Οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀποπεμπόμενοι ἧττον ἁμαρτησόμεθα. Αὕτη ἐστὶν ἡ μέθοδος ὡς ἐν κεφαλαίῳ καὶ τύπῳ, δι' ἧς μάλιστα τυχεῖν δυνησόμεθα τῆς μεσότητος.

*** Καὶ οὕτω δὲ ὅμως χαλεπόν ἐστι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς μερικοῖς. Οὐ γὰρ ὡρισμένη τίς ἐστιν ἡ κρίσις τούτων, ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλη· ἐπεὶ μηδὲ αὐτὰ ὡρισμένα, οἷον τὸ ὀργισθῆναι· οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι, τίσι, καὶ πῶς, καὶ πότε ὀργιστέον· καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ καιροῦ κρίνοντες καὶ τῶν ἄλλων περιστάσεων, ἄλλοτε ἄλλα ἀποφαινόμεθα· καὶ ποτὲ μὲν [f] τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν, καὶ πράους φαμέν, [g] ποτὲ δὲ τοὺς ὑπερβάλλοντας ὀργῇ, καὶ καλοῦμεν ἀνδρώδεις. Ἀλλ' ὁ μὲν μικρὸν τῆς μεσότητος ἐκκλίνας οὐ ψέγεται· καὶ γὰρ οὔτε ὑπερβάλλειν, οὔτε ἐλλείπειν δοκεῖ· ψέγεται δὲ ὁ τοσοῦτον τῆς μεσότητος παρακλίνας, ὅσον μὴ λαθεῖν. Τὸ δὲ μέχρι τίνος καὶ ἐπὶ πόσον τοῦ ὀρθοῦ παρεκβάντες ψεγόμεθα, οὐκ ἔστιν ἑνὶ καθολικῷ διορίσασθαι λόγῳ· ἐπεὶ μηδὲ ἄλλο μηδέν, ὅπερ ἐν τοῖς μερικοῖς εὑρίσκεται, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχει· ἡ γὰρ τούτων κρίσις μερικῶς καὶ αἰσθήσει γίνεται. Φαίνεται τοίνυν, ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μέση ἕξις ἐπαινετή. Δεῖ δέ, καθὼς εἴρηται, ἀποκλίνειν ποτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ὑπερβολήν, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν· δηλονότι ἐπὶ ταύτην τῶν ἀκροτήτων, ἥτις ὁμοιοτέρα ἐστὶ τῇ μεσότητι. Οὕτω γὰρ ῥᾷστα τῆς μεσότητος τευξόμεθα καὶ τοῦ ἀγαθοῦ.

(Scripsi : [a] εὐκινητότερός ἐστι] cod. εὐαινετότερός ἐστι. — [b] τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε Νῆα] cum codd. Aristotelis et Andronici Rhodii. Nam apud Homerum Odyss. XII, 219 seq. legitur τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε Νῆα, apud Clementem Alexandrinum autem Admon. ad Gentes p. 73 ed. Sylburg. κεί-

omnes homines natura maxime inclinent, sed ad quam etiam unusquisque nostrum proclivior sit, dispiciendum : (alii enim ad alia vitia proniores sumus) hoc autem intelligemus, si inquiramus, quibus rebus delectemur et doleamus. Postquam autem cognoverimus, ad quam extremitatem natura propensiores simus, omni deinde studio in contrariam partem nos abstrahemus. Si enim diligenter ab hac extremitate declinemus, ita demum ad medium veniemus. Sicut illi faciunt qui ligna distorta dirigere conantur : in contrarium enim ea flectunt.

Præ cæteris autem quæ vehementer afficiunt violentissima sunt voluptas et jucunditas. Quocirca summa adhibenda est cura et summopere videndum, ne decipiamur, quum ab honesta voluptate improbam discernere volumus : est enim difficile, incorruptum talium rerum judicem esse. Quod igitur senes illi ac proceres Trojanorum de Helena sentiebant, quam ut pulchram esse concedebant ejusque venustatem admirabantur, ita ad Græcos dimittendam esse judicabant, quamvis talis esset : idem nobis de voluptate sentiendum est. Nam quum eam ita amandabimus missamque faciemus, minus peccabimus. Hæc ergo via et ratio est, quantum quidem summatim breviterque tradi potuit, qua maxime ad mediocritatem perveniamus.

Nec minus tamen difficultatis restat propterea maximeque in rebus singularibus. Nimirum non facile in iis est certum quid definire, sed alias aliter judicamus : siquidem nec ipsa definita sunt, exempli gratia iracundia : neque enim facile est, distinguere, quibus, quonam modo et quando irascendum sit : etenim quum vel ex occasione vel ex aliis rebus judicemus, aliud alias necesse est decernamus : nam modo eos homines, qui parum irascuntur, laudamus et lenes appellamus, modo eos qui graviter succensent, animoque virili hos esse dicimus. At qui paullum a mediocritate deflectit, non reprehenditur : quia neque excedere modum videtur, neque deserere : sed qui tam longe a mediocritate recedit, ut latere non possit, is reprehenditur. At vero quatenus et quam longe a recto quis recedere, ut vituperetur, debeat, universe definiri non potest quum neque aliud quidquam, quod in rebus singularibus versatur, aliasque aliter se habet, in universum describi queat : nempe hujusmodi res et singulare judicium requirunt et sensu judicantur. Apparet igitur, medium habitum in omnibus esse laudabilem. Declinandum autem est, sicut diximus, nunc ad nimium, nunc ad id quod est parum : ad eam videlicet e duabus extremitatibus, quæ ad mediocritatem propius accedit. Sic enim et mediocritatem et bonum facillime consequemur.

* Σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν κτλ. — ** Ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ κτλ. — *** Χαλεπὸν δὲ ἴσως τοῦτο κτλ.

νου μὲν καπνοῦ κτλ. Cæterum memoria lapsum esse Aristotelem, signo sunt verba ἡ Καλυψὼ παρῄνει. Ipse enim Ulixes gubernatorem alloquens ea quæ hic referuntur dicit. — [c] κατὰ τὸν δεύτερον, φασί, πλοῦν] vulgo κατὰ τὸν δεύτερόν φασι πλοῦν. Proverbium hoc convenit in eos, qui experientia docti pericula aut mala priora vitare didicerunt. Qua de re sic Scholiastes ad Plat. Phædonem p. 381 ed. Bekker. παροιμία δεύτερος πλοῦς ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶς τι πραττόντων, παρ' ὅσον οἱ διαμαρτόντες κατὰ τὸν πρότερον πλοῦν ἀσφαλῶς παρασκευάζονται τὸν δεύτερον. Ἐμνήσθη δὲ ταύτης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἠθικῶν, καὶ Μένανδρος Κεκρυφάλῳ καὶ Πλοκίῳ καὶ Θεοφορουμένῃ. Cf. Erasmus in Adag. Chiliad. p. 605 Sylloges proverbiorum Francofurtanæ. — [d] κριτήν] cod. κρίτην. — [e] δημογέροντες] Iliad. III, 156-160 οὐ νέμεσις, Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν· Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν. Ἀλλὰ καὶ ὧς, τοίη περ ἐοῦσ', ἐν νηυσὶ νεέσθω, Μηδ' ἡμῖν τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο. — [f] καὶ ποτὲ μὲν] vulgo καί ποτε μὲν. — [g] φαμέν] vulgo φάμεν.)

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

Κεφ. α′.

Περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου.

* Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀρετὴ ἡ περὶ πάθη καὶ πράξεις ἐστί, καὶ ἔστιν ἀρετὴ πρᾶξις ἀγαθὴ ἑκούσιος, καὶ ἡ κακία τοὐναντίον, καὶ ἐν τῷ ὁρισμῷ κακίας καὶ ἀρετῆς καὶ τὸ ἑκούσιον παραλαμβάνεται, διὰ τοῦτο τῷ λέγοντι περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνάγκη περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου διαλαβεῖν· τῷ γὰρ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ τὰς πράξεις κρίνομεν. Καὶ τὰς μὲν ἐπαινετὰς λέγομεν, τὰς δὲ συγγνωστάς, τὰς δὲ ψόγου ἀξίας. Καὶ τὰς μὲν ἑκουσίως γινομένας ἀγαθὰς ἐπαινοῦμεν· τὰς δὲ ἑκουσίως πονηρὰς ψέγομεν· τὰς δὲ ἀκουσίως πονηρὰς οὐ ψέγομεν ἀλλὰ συγγνώμης ἀξιοῦμεν· τὰς δὲ ἀκουσίως πονηρὰς καὶ ἐπὶ βλάβῃ τῶν ποιούντων γινομένας ἐλέου ἀξίας ἡγούμεθα. Διὰ τοῦτο, ἐπεὶ περὶ τῶν ἐπαινετῶν καὶ τῶν ψόγου ἀξίων ὁ λόγος ἡμῖν, δέον εἰδέναι περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου. Ὁ δὲ περὶ τούτων λόγος καὶ τοῖς νομοθετοῦσι χρήσιμος, ἀπὸ τούτων γὰρ εἴσονται τίνας τε κολάζειν ἄξιον, καὶ τίνας τιμᾷν, καὶ τίνας ἀξιοῦν συγγνώμης, ἢ ἐλέου· ὃ δὴ τῆς ἐν πολιτείᾳ τέχνης κεφάλαιόν ἐστι· διοριστέον δὴ, τί ἐστιν ἑκούσιον καὶ τί ἀκούσιον.

** Δοκεῖ τοίνυν ἀκούσιον εἶναι τὸ βίαιον, ἢ δι' ἄγνοιαν γινόμενον.

*** Βίαιον δέ, οὗ ἡ ἀρχὴ οὐκ ἐν τῷ ποιοῦντι, ἀλλὰ ἔξωθεν, ἐν ᾗ οὐδὲν συμβάλλεται ὁ πράττων ἢ ὁ πάσχων· οἷον εἴ τινα κινήσει τὸ πνεῦμα, καὶ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἀγάγοι, ἢ ἄνθρωποι κύριοι ὄντες καὶ δυνάμενοι κινεῖν μὴ βουλόμενον. Ἑκούσιον δέ, τοὐναντίον, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι πᾶσα. Εἰσὶ δέ τινα μήτε ἀκούσια ὄντα κυρίως, μήτε ἑκούσια, ἀλλὰ μέσα τινά· εἰσὶ δὲ ὅσα διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται ἢ διὰ καλόν τι· οἷον, εἰ τύραννος προστάττοι αἰσχρόν τι ποιῆσαι κύριος ὢν καὶ αὐτοῦ, καὶ γονέων, καὶ τέκνων, καὶ δυνάμενος πράττοντα μὲν σώζειν καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ, μὴ πράττοντα δέ, ἀποκτεῖναι. Τοῦτο γὰρ ἀμφισβήτησιν ἔχει, πότερον ἑκούσιόν ἐστιν, ἢ ἀκούσιον. Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ γινόμενον ἐν τοῖς κλυδωνίοις ὑπὸ τῶν ἐπιβατῶν, ῥίπτουσι γὰρ τὰ ἀγώγιμα· ὅπερ οὔτε ἑκούσιον εἴποι τις ἂν τελείως, οὔτε ἀκούσιον. ἀλλ' ἑκάτερον παρὰ μέρος. Τοῦ γὰρ ἔργου ἐστὶ

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER III.

Cap. I.

De voluntario et non voluntario.

Quum in perturbationibus et actionibus versetur virtus, eademque sit actio bona sponte suscepta, contrarium autem habeatur vitium, quumque in definitione vitii et virtutis adhibeatur vox, sponte, propterea ei qui de virtute et vitio disputat necesse est de rebus voluntariis et non voluntariis exponere : siquidem eo quod sponte et quod invite fit actiones judicamus. Quarum alias laude, alias venia, alias objurgatione dignas esse dicimus. Et bonas quidem, quæ sponte suscipiuntur, actiones laudamus : at mala facinora, quæ sponte fiunt, vituperamus; quæ vero ab invitis efficiuntur, non vituperamus, sed ignoscenda esse statuimus : ea denique mala facinora, quæ dum fiunt facientibus damno sunt, miserabilia esse ducimus. Quocirca quum de iis quæ aut laudabilia sunt aut vituperanda, sermo nobis institutus sit, simul quid sit voluntarium et non voluntarium, cognosci oportet. Erit autem disputatio de his rebus habita etiam legum latoribus utilis, quia ex his intelligent, quinam pœnis aut contra honoribus afficiendi sint, qui item venia aut misericordia sint digni : quod præcipuum prudentiæ civilis caput est : definiendum igitur, quid sit voluntarium et non voluntarium.

Videtur ergo non voluntarium esse id quod violentum est aut quod per ignorantiam agitur. Violentum vero, cujus principium non in agente est, sed extra, atque ejusmodi, ut nihil adjumenti afferat is qui agit aut qui patitur : verbi gratia, si quem ventus impulerit atque e loco in locum traduxerit, aliive homines, in quorum vel potestate sumus, vel qui nolentem etiam possunt impellere. Contra vero voluntarium id appellamus, cujus in agente totum est principium. Sunt autem nonnulla, quæ proprie neque non voluntaria sint, neque voluntaria, sed medii cujusdam generis : sicut ea quæ metu majoris mali fiunt aut honesti alicujus causa : exempli gratia, si hominem nescio quem flagitium admittere jubeat tyrannus, in cujus potestate tum ipse sit, tum parentes ejus et liberi, quique facientem hoc cum suis omnibus servare, non facientem autem possit de medio tollere. Hoc enim, utrum sponte an invite factum sit, dubitare licet. Tale est quod coorta tempestate a

* Lib. III. cap. 1. Τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις κτλ. — ** Δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι κτλ. — *** Βίαιον δὲ οὗ ἡ ἀρχὴ κτλ

μὲν καὶ ἀρχὴ ἔξωθεν, ὁ κλύδων δηλονότι, ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς ποιοῦσι· κρίνοντες γὰρ αὐτοὶ καὶ βουλόμενοι τοῦτο ποιοῦσιν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ αὐτῶν καὶ τῶν συμπλεόντων οἵ γε νοῦν ἔχοντες· ὥστε τὰς τοιαύτας πράξεις μικτὰς εἶναι, καὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου μετέχειν. Δοκοῦσι δὲ μᾶλλον τοῦ ἑκουσίου μετέχειν, ἢ τοῦ ἑτέρου· καὶ γὰρ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ κλύδωνος αἱ τοιαῦται πράξεις αἱρεταί εἰσι· καὶ τὸ τέλος αὐτῶν, εἴ τις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σκοπεῖ, ἀγαθόν ἐστι καὶ θελητόν. Ἐπεὶ καὶ τὸ ἑκάστης πράξεως τέλος κατὰ τὸν καιρὸν αὐτῆς ἐστι, καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ ἢ ἀγαθὸν ἢ πονηρὸν γίνεται· ὥστε καὶ τὸ ἑκούσιον, ἢ τὸ ἀκούσιον, κατὰ τὸν καιρὸν ὅτε πράττεται, ζητητέον· κατ' ἐκεῖνον τοίνυν τὸν καιρὸν ἑκὼν πράττει ἃ πράττει, εἰ καὶ ἐν ἄλλῳ καιρῷ, γαλήνης οὔσης, οὐκ ἂν ποιήσειε βουλόμενος ταῦτα· καὶ γὰρ τὰ ὀργανικὰ μέρη, καὶ χεῖρες, καὶ πόδες, οὐκ ἔξωθεν ὑπ' ἄλλης ἀρχῆς κινοῦνται, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ τῷ ποιοῦντι· ἃ δέ τις ποιεῖ ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενος, κύριός ἐστι καὶ ποιεῖν, καὶ μή· τοιαῦτα δὲ ἑκούσια λέγονται. Ἔστι τοίνυν ἑκούσιον μὲν αὐτὴ ἡ πρᾶξις, δηλονότι μετὰ τῶν περιστατικῶν· ἁπλῶς δὲ καὶ χωρὶς προσθήκης ἀκούσιον· χωρὶς γὰρ τῆς περιστάσεως οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τοιαῦτα ποιεῖν. Τινὲς δὲ τῶν τοιούτων πράξεων καὶ ἐπαίνων ἀξιοῦνται, ἔνια δὲ καὶ ψόγων· ἐπαίνων μέν, ὅταν τις αἰσχρόν τι ἢ λυπηρὸν ὑπομένῃ ἀντὶ καλῶν καὶ μεγάλων· ψόγων δέ, ὅταν φαύλων ἕνεκα. Φαῦλος γὰρ ὁ τὰ αἴσχιστα ὑπομένων ἐπὶ μηδενὶ καλῷ ἢ μετρίῳ. Ἔστι δὲ ἃς οὔτε ἐπαίνων οὔτε ψόγων ἀξιοῦμεν, καθὼς [a] εἴρηται, ἀλλὰ συγγνώμης ἢ ἐλέου· ὅταν τις τὰ μὴ δέοντα πράττῃ, [b] δέει μεγάλων δεινῶν, καὶ μειζόνων ἢ δύνασθαι ὑπομεῖναι φύσιν ἀνθρωπίνην. Ἔνια δὲ οὕτως εἰσὶν αἰσχρά, ὥστε οὐδεμία ἐστὶ τῷ ποιοῦντι παραίτησις, ἀλλὰ δεῖ φεύγειν τὴν πρᾶξιν τούτων πάσῃ δυνάμει, κἂν δέῃ ἀποθανεῖν πάντα παθόντα τὰ δεινότατα. Καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι. Ἐνίοτε δὲ χαλεπόν ἐστι διακρῖναι, τίνων δεινῶν φόβῳ τίνα τῶν αἰσχρῶν ὑπομένειν ἄξιον, καὶ τίνα ἀντὶ τίνων αἱρησόμεθα· ἔτι χαλεπώτερον τὸ εὑρόντα τὸ προσῆκον, ἐμμεῖναι τοῖς δεδογμένοις. Καὶ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἃ μὲν ἀναγκαζόμεθα ποιεῖν, μᾶλλον αἰσχρὰ ἢ λυπηρά· ἃ δὲ προσδοκῶντες ποιοῦμεν, λυπηρά. Διὰ τοῦτο γενναίου ἀνδρός ἐστι κατατολμῆσαι τῶν λυπηρῶν ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αἰσχρὸν ὑπομεῖναι ποιῆσαι. Ὅθεν ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσι καὶ ἐπαινοῦμέν τινας καὶ ψέγομεν ἐνίους, καὶ οὐδέτερον τούτων, ἀλλὰ συγγνώμης ἀξιοῦμεν. Ἔστι τοίνυν ἁπλῶς μὲν ἀκούσια, ὁπόταν ἡ αἰτία αὐτῶν ἐν τοῖς ἐκτὸς ᾖ, καὶ ὁ πράττων μηδὲν συμβάλληται πρὸς τὴν πρᾶξιν· ἑκούσια δέ, ὁπόταν ἡ αἰτία τῶν πράξεων πᾶσα ᾖ ἐν τῷ ποιοῦντι. Ἃ δὲ δι' ἑαυτὰ μὲν οὐκ εἰσὶ θελητά, θέλομεν δὲ αὐτὰ κατά τινα καιρὸν καί τινων ἄλλων ἕνεκα, καθ' ἑαυτὰ μὲν ἀκούσιά εἰσι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε ἑκούσια. Μᾶλλον δὲ ὁμ-

navigantibus fieri solet, quum onera ejiciunt, quod neque plane voluntarium dixeris, neque non voluntarium, sed utrumque vicissim. Quippe illius actionis principium est extra, tempestas videlicet, idemque tamen est in agentibus: nimirum tum judicio certoque consilio, tum ad se aliosque qui una navigant conservandos hoc sapientissimi quique faciunt: ex quo apparet mixtas esse hujusmodi actiones ac partim sponte, partim invite susceptas. Videntur tamen voluntate potius quam coactu susceptæ; nam quo tempore fiunt, hoc est, dum tempestas sævit, hujusmodi actiones optabiles atque eligendæ sunt; sed et finis earum, si quis tempus illud respiciat, bonus est et optatus. Siquidem uniuscujusque actionis finis talis est pro tempore; et tempori convenienter aut bonus fit aut malus: quamobrem id quoque, quod voluntarium est aut non voluntarium, e tempore quo peragitur, spectari oportet: illo scilicet tempore sponte facit homo, quæ facit, licet alio tempore, orta tranquillitate, sponte hæc non faceret: namque illæ partes, quæ instrumentorum locum obtinent, manus dico et pedes, non alio extrinsecus moventur principio, sed eo quod est in agente: quæ vero suo motu agitatus aliquis facit, ea aut facere poterit, aut non facere: talia autem sunt quæ sponte fieri perhibentur. Est igitur voluntarium quidem ipsum factum, nimirum respectu calamitatis: simpliciter autem et per se consideratum, non voluntarium: nemo enim extra calamitatem talia facere velit. Rursus aliæ harum actionum laude dignæ judicantur, objurgatione aliæ: et laudabiles quidem sunt, quoties aliquis turpe quid aut molestum magnæ et honestæ rei causa sustinet: vituperabiles vero, quum futilium rerum causa hoc fit. Improbus enim est, qui turpissima quæque nullius honestæ rei aut mediocris gratia suffert. Sunt tamen et alia facta, quæ neque laude, ut dictum est, neque objurgatione, sed venia potius et miseratione digna existimamus: quando aliquis magnorum malorum metu, quæ talia sunt, ut humanæ naturæ intolerabilia videantur, indecora facit. Quædam vero ita turpia sunt, ut hujusmodi flagitium committenti nulla possit esse excusatio, sed talia summo studio vitari convenit, etiamsi mors oppetenda gravissimique cruciatus perferendi sint. Etenim ridicula videntur, quæ Alcmæonem Euripidis, ut matrem interficeret, coëgerunt. Interdum vero difficile est dijudicare, quorum malorum metu quæ flagitiosa facinora facere nos deceat, et quæ quibus anteponenda sint: difficilius vero etiam est, postquam id quod decet inveneris, in sententia sua permanere. Plerumque enim ea quæ facere cogimur, turpia magis quam molesta sunt: quæ vero cum exspectatione facimus, molesta sunt. Quapropter generosi viri est, ea quæ molesta sunt, forti potius animo subire, quam flagitio aliquo se commaculare. Unde in hujusmodi facinoribus quosdam laudamus, alios reprehendimus, alios denique neque laude neque objurgatione, sed venia dignos existimamus. Sunt ergo simpliciter non voluntaria, quum eorum causa in eis est quæ sunt extra, neque quidquam is qui agit ad actionem confert: voluntaria autem, quum omnis actionum causa penes agentem est. Quæ autem propter se non sunt expetenda sed pro tempore aut alterius alicujus

κεῖ ἑκούσια εἶναι, ἢ ἀκούσια· αἱ γὰρ πράξεις ἀεὶ ἐν τοῖς μερικοῖς γίνονται, ἐν οἷς ἀεὶ καὶ ὁ καιρός, καὶ ὁ τόπος, καὶ ἡ αἰτία· ταῦτα δὲ ἑκουσίους τὰς τοιαύτας πράξεις ποιοῦσι. Διὰ τὴν αὐτὴν δὲ αἰτίαν, δηλονότι τὸ περὶ τὰ μερικὰ εἶναι τὰς πράξεις, οὐκ ἔστιν εὐχερὲς ἀποδοῦναι, ποῖα αἰσχρὰ ποίων λυπηρῶν προκρίνειν ἄξιον· πολλαὶ γὰρ διαφοραὶ ἐν τοῖς μερικοῖς.

(Scripsi : [a] καθὼς] cod. καθῶς. — [b] πράττη] cod. πράττει. —)

rei causa expetuntur, per se quidem non voluntaria sunt, nunc vero et pro his voluntaria dicuntur esse. Et voluntaria quidem magis videntur esse, quam non voluntaria : quoniam in rebus singularibus semper versantur actiones, in quibus perpetuo tempus, aut locus spectatur, aut causa : quæ omnia talia facta voluntaria efficiunt. Rursus eadem de causa, quod in rebus singularibus versantur actiones, non facile est definire, quæ turpia quibus præferenda sint molestiis : quia multæ in rebus singularibus sunt differentiæ.

Κεφ. β'.

Ἔτι περὶ ἑκουσίου, καὶ ἀκουσίου, καὶ τῶν μεταξὺ αὐτῶν θεωρουμένων.

Δοκεῖ δὲ καὶ τὰ καλά, καὶ τὰ ἡδέα, βίαιά τινα εἶναι, ὅτι αὐτὰ κινεῖ καὶ ἀναγκάζει ποιεῖν τοὺς ποιοῦντας τῷ κάλλει καὶ τῇ ἡδονῇ, ἔξωθεν ὄντα. Οὐκ ἔστι δέ· εἰ γὰρ τοῦτο δώσομεν, πάντα ἂν εἴη βίαια· πάντα γὰρ ὅσα πράττομεν, ἕνεκα τοῦ νομίζειν, ὅτι καλά, ἢ ἡδέα πράττομεν. Καὶ μέν τινα λυπούμενοι πράττομεν ὅσα ποιοῦμεν ἔξωθεν βιαζόμενοι· τινὰ δὲ μεθ' ἡδονῆς, ὅσα ἑκόντες αὐτοὶ ποιοῦμεν τοῦ ἡδέος ἕνεκα. Πάντα δὲ ἕνεκά τινος [a] καλοῦ ἢ ἡδέος ποιοῦμεν· καὶ γὰρ καὶ ἃ λυπηρὰ ποιοῦμεν ἀναγκαζόμενοι, τῆς ἡδονῆς ἕνεκα ποιοῦμεν· ποιοῦμεν γὰρ ἵνα φύγωμεν τὰ λυπηρότερα· τοῦτο δὲ τὴν ἡδονήν ἐστι διώκειν. Διὰ τοῦτο οὐ δεῖ τὰ καλὰ καὶ ἡδέα βίαια λέγειν· ἄλλως τε καὶ γελοῖόν ἐστιν, αἴτια νομίζειν τῶν πράξεων τὰ ἔξωθεν καλὰ καὶ ἡδέα, καὶ μὴ ἑαυτὸν ὑπὸ τούτων ῥᾳδίως ἁλισκόμενον. Ἀλλὰ τῶν μὲν καλῶν πράξεων πολλάκις τις ἑαυτὸν αἰτιᾶται, τῶν δὲ αἰσχρῶν οὐχ ἑαυτόν, ἀλλὰ τὴν ἡδονήν. Οὐκ ἔστι δέ· ἀκούσιον γάρ ἐστιν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, οὐδὲν πρὸς τὴν πρᾶξιν συντελοῦντος τοῦ πράττοντος.

* Τὰ δὲ δι' ἄγνοιαν γινόμενα ζητητέον εἰ ἑκούσιά εἰσιν, ἢ ἀκούσια. Ἔχει δὲ οὐ πάντα ὁμοίως· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀκούσιά εἰσι, τὰ δὲ ἑκούσια, τὰ δὲ οὔτε ἑκούσια οὔτε ἀκούσια, ἀλλὰ καλείσθω οὐχ ἑκούσια. Καὶ ἀκούσια μέν, ὅσα ποιήσαντες λυπούμεθα, γνόντες μετὰ τὸ ποιῆσαι, καὶ μεταμελόμεθα· οὐχ ἑκούσια δέ, ὅσα ποιοῦντες οὐ λυπούμεθα, καὶ μετὰ τὴν πρᾶξιν οὐ μεταμελόμεθα· ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν πράττων καὶ μετὰ τὸ γνῶναι μὴ δυσχεραίνων τῇ πράξει οὔτε ἑκὼν ἔπραξεν ὅγε μὴ ᾔδει, οὔτε ἄκων· οὐ γὰρ γνοὺς ἑαυτῷ δυσχεραίνει· διὰ τοῦτο οὐχ ἑκούσια τὰ τοιαῦτα καλείσθω. Διαφέρει δὲ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ ἀγνοοῦντα πράττειν. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ μὲν δι' ἄγνοιαν πράττειν ἢ ἀκούσιόν ἐστιν, ἢ οὐχ ἑκούσιον· τὸ δὲ ἀγνοοῦντα πράττειν ἑκούσιόν ἐστι. Καὶ γὰρ τὸ ἀγνοοῦντα πράττειν ἐστίν, ἐπάν τις ὀργίζηται, ἢ μεθύῃ, ἢ ἄλλην τινὰ ποιῇ πονηρίαν· οὗτος γὰρ οὐ δι' ἄγνοιαν, ἀλλὰ διὰ ἡδονὴν ἢ ἄλλο τι ποιεῖ ὃ ποιεῖ, ἀγνοῶν δέ. Πᾶς οὖν μοχθηρὸς ἀγνοεῖ, τίνα δεῖ πράττειν, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι· καὶ διὰ τὴν

Cap. II.

Adhuc de eo quod sponte et quod invite fit, atque de iis quæ inter utrumque considerantur.

Videntur autem ea quoque, quæ pulchra et quæ jucunda sunt, violenta quodammodo esse, quia quum extra sint, jucunditate sua et pulchritudine movent homines illosque agere cogunt ea quæ agunt. Quod tamen non ita est : nam si hoc concedatur, omnia violenta erunt : omnia enim, quæcunque agimus, quia pulchra esse ac jucunda putamus, idcirco etiam agimus. Et alia quidem non sine molestia agimus, quæcunque vi extrinsecus adhibita facimus : alia vero cum voluptate, quæ sponte ipsi delectationis causa facimus. Omnia vero pulchritudinis cujusdam aut delectationis causa facimus : nam et illa quæ molesta sunt, coacti quum facimus, delectationis causa facimus : siquidem ut molestiora vitemus, ea facimus : hoc vero est voluptatem consectari. Quamobrem neque ea quæ pulchra, neque ea quæ jucunda sunt, violenta oportet dicere : adde quod ridiculum est, extrinsecus assumta sive pulchra sive jucunda causas actionum esse existimare, ac non potius se ipsum qui talibus facile capiatur. Atqui honestarum actionum causam sæpenumero sibi aliquis attribuit, turpium vero factorum non sibi, sed voluptati. Verum aliter se res habet : non voluntarium enim est, cujus principium est extra, quum is qui agit ad actionem nihil confert.

Quæ autem per imprudentiam fiunt, num voluntaria, an non voluntaria sint, nunc considerandum. Neque tamen omnium eadem ratio est, sed alia non voluntaria sunt, alia voluntaria, alia neque voluntaria neque non voluntaria. quæ quidem nunc non sponte fieri dicantur. Jam vero non voluntaria sunt, quæ post actionem cognita deploramus et quorum nos pœnitet : non sponte facta autem quæ sine molestia agimus, et post actionem sine pœnitentia recordamur : qui enim per imprudentiam agit aliquid, et quum novit non indignatur hanc actionem, neque sponte fecit, quod non noverat, neque invitus, quia postquam novit, non indignatur vicem suam; quare non sponte facta talia appellentur. Aliud autem est per imprudentiam, aliud imprudentem agere. Ideoque qui per imprudentiam agit, aut invitus agit, aut non sponte : at qui imprudens agit, sponte agit. Imprudentem enim dicimus agere eum, qui irascitur, vel ebrius est, vel aliud quid delinquit : hic enim non per imprudentiam, sed delectationis causa vel ob aliud quid facit, quod committit

* Τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν ἑκούσιον κτλ.

τοιαύτην ἁμαρτίαν οἱ ἄνθρωποι ἄδικοι, ἢ ὅλως κακοὶ γίνονται. Αἱ δὴ τοιαῦται πράξεις οὐκ εἰσὶν ° ἀκούσιοι· ἡ γὰρ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια, ἥτις ἐστὶν αἰτία τῶν κακιῶν, οὐκ ἔστιν αἰτία τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας. Οὐ γὰρ τὸ καθόλου περὶ τῆς μέθης ἀγνοεῖν ὅτι πονηρόν, αἴτιον γίνεται τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τὸ ἀγνοῆσαι μερικῶς τήνδε τὴν μέθοδον· οἷον, φέρε εἰπεῖν, οὐκ εἰδότα μέχρι πόσου πιόντας ἔνι μεθύειν. Τοῦτο γὰρ καὶ συγγνώμης ἀξιοῦται καὶ ἐλέου, ὁ γὰρ οὕτως ἀγνοήσας δι' ἄγνοιαν ποιεῖ ὃ ποιεῖ, καὶ ἀκουσίως πράττει. Δεῖ δὲ διορίσαι, τίνα καὶ πόσα ἐστίν, ἃ ἀγνοοῦντες ἀκουσίως πράττομεν, τὸ αὐτοῦ πρόσωπον τοῦ πρὸς ὅν τις ποιεῖ ὃ ποιεῖ, τὸ πρᾶγμα ὃ ποιεῖ, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ διὰ τίνος ὀργάνου ποιεῖ, καὶ τὸ οὗ ἕνεκα, οἷον σωτηρίας, καὶ πῶς, δηλαδὴ τὸν τρόπον, οἷον, ἠρέμα ἢ σφόδρα. Ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσειεν, εἰ μὴ μαίνοιτο. Ἐνδέχεται δέ τινα τούτων ἀγνοεῖν καὶ σωφρονοῦντα· ὥσπερ ἀγνοεῖ τις πολλάκις αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ὃ πράττει, καθάπερ οἱ ἐξειπόντες τὰ μυστήρια. Λέγοντας γὰρ περὶ ἄλλων συγχυθῆναί φασι, καί τι καὶ περὶ τῶν μυστηρίων παραφθέγξασθαι, μὴ συνορῶντες ὃ λέγουσιν, ἢ καὶ ἀγνοοῦντες ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν. Οὗτοι γὰρ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα γινόμενον ἀγνοοῦσιν· οὐ γὰρ γινώσκουσιν, ὅτι τὰ μυστήρια ἐξάγουσι. Καί τις ἀφῆκε πρός τινα καταπέλτην, δεῖξαι βουλόμενος αὐτόν, καὶ τυχὼν ἀπέκτεινε· καί τις τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ οἰηθεὶς πολέμιον εἶναι, ὥσπερ ἡ Μερόπη· ἢ λελογχωμένον τὸ δόρυ νομίσας ἄνευ λόγχης εἶναι, ἢ κίσηριν τὸν λίθον ὑπολαβών, ἐπὶ σωτηρίᾳ πέμψας, ἀπέκτεινεν. Ὁ τοίνυν τι τούτων ἀγνοῶν, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, ἄκων ἐποίησε. Κυρίως δὲ ἄκων, ὅταν τὰ κυριώτατα ἀγνοῇ τῶν περὶ τὸ πρᾶγμα· κυριώτατα δὲ τὰ πρόσωπα, καὶ τὸ ἔργον, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, καὶ τὸ οὗ ἕνεκα. Ἅτινα εἰ ἀγνοεῖ καὶ προσέτι μεταμέλοι αὐτῷ ἐφ' οἷς ἐποίησε, κυρίως ἄκων ἐποίησε.

*Τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ ἀκουσίου, τὸ ἑκούσιόν ἐστιν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότι τὸ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις.

** Οὐ γὰρ καλῶς λέγεται ἀκούσια εἶναι, ἃ ποιοῦμεν ὑπὸ θυμοῦ κινούμενοι, ἢ ἐπιθυμίας, γινώσκοντες πάντα τὰ κατὰ μέρος, δι' ὧν καὶ ἐν οἷς πράττομεν. Εἰ γὰρ τοῦτο δοίημεν, πρῶτον μὲν οὐδὲν τῶν ἀλόγων ζώων [d] ἑκούσιόν τι πράττειν ἐροῦμεν, (ἀεὶ γὰρ ἐπιθυμίᾳ καὶ θυμῷ πράττει,) ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς παῖδας· ἔπειτα καὶ ἐφ' ἡμῖν ἄτοπον συμβαίνει· ἢ γὰρ οὐδὲν ἑκουσίως πράττομεν τῶν δι' ἐπιθυμίαν, ἢ θυμόν, ἢ τὰ καλὰ μὲν ἑκουσίως, τὰ φαῦλα δὲ ἀκουσίως, τῶν γὰρ ἀπὸ ἐπιθυμίας ἢ θυμοῦ τὰ μὲν ἀγαθά, τὰ δὲ φαῦλα. Εἰ μὲν οὖν τὰ καλὰ μόνον ἑκουσίως πράττομεν, τὰ φαῦλα δὲ ἀκουσίως, γελοῖον εἰπεῖν· ἓν γὰρ τὸ αἴτιον, θυμὸς ἢ ἐπιθυμία. Τὸ δὲ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἡ διαφορὰ τοῦ αἰτίου ποιεῖ, τῷ τὸ μὲν ἔνδον εἶναι, τὸ δὲ

imprudens tamen. Quivis ergo improbus, quæ agenda et quibus abstinendum sit, ignorat : atque hujusmodi errore injusti fiunt homines aut omnino mali. Tales autem actiones non invite suscipiuntur : quæ enim in consilio versatur imprudentia, unde hæc vitia nascuntur, non est causa cur id quod agitur actum esse invite dicatur, sed improbitatis. Neque enim si quis in universum ignorat, malam esse ebrietatem, hæc actionis non voluntariæ causa erit, sed quod singulatim hæc ratio nobis ignota est, ut exempli gratia, si ignoremus, quantum vini potare liceat, ut inebriemur. Quippe hoc et venia dignum putamus et misericordia : nam qui illud ignorat, per imprudentiam facit quod facit, et invitus agit. Sed et illud definiendum est, quæ sint et quot negotia, quæ imprudentes agimus invite, deinde declaranda persona ejus cujus respectu facimus, quod facimus, tum memoranda res quam gerimus, interdum etiam quo velut instrumento geramus dicendum, et cujus rei causa, verbi gratia salutis, et quomodo, modus videlicet observandus, ut, leniter an vehementer rem geramus. Hæc igitur omnia nemo ignoraverit, nisi forte insanit. Quædam tamen etiam, qui mentis sit compos, ignorare potest : sicut sæpe aliquis hoc ipsum ignorat quod agit, ut qui mysteria enuntiarunt. Solent enim dicere, se quum de aliis vellent loqui perturbatos fuisse, et oblata occasione aliquid de mysteriis, quod non debebant, adjecisse, vel quod non satis perspicerent, quid eloquerentur, vel quod nescirent esse tacenda et arcana. Hi enim ipsum illud quod faciunt facinus ignorant : neque enim animadvertunt, se mysteria efferre. Sic aliquis emisit catapultam in aliquem, quum ostendere tantum vellet, eumque ictu interfecit : aut alius filium suum, quem hostem esse existimabat, ut Merope : aut qui præferratam hastam sine mucrone esse putavit, vel qui conservandi alicujus causa lapidem jecit, quem pro pumice habebat, hominique vitam ademit. Qui igitur aliquid eorum ignorat, in quibus actio cernitur, invitus fecit. Sed proprie invitus fecit, quum capita rerum ignoravit : sunt autem capita personæ et opus, in quibus actio consistit, et id cujus gratia actio suscipitur. Quæ si ignoraverit, ac præterea eorum quæ perpetravit pœnitentia accesserit, proprie invitus fecit.

Tale ergo quum sit non voluntarium, sponte factum erit id cujus principium est in homine agente singulasque res, in quibus actio consistit, non ignorante.

Neque enim recte dicuntur non voluntaria esse, quæ iræ vel cupiditatis impulsu facimus, postquam perspeximus singulatim omnia, quibus nititur et in quibus consistit actio. Nam si hoc concedamus, primum nullum animal rationis expers sponte quidquam agere dicemus, quippe quæ semper, quod cupiditate ardent iraque inflammata sunt, agant, et similiter pueros : deinde etiam in nobis absurdum erit : nam aut nihil sponte agimus, quod cupiditatis vel iræ impulsu facimus, aut honesta quidem sponte, turpia autem inviti, quoniam facinora a cupidis vel iratis facta partim bona sunt, partim mala. Jam ridiculum erit, si honesta tantum sponte, turpia autem invitos nos facere judicemus : una enim utrorumque causa est, ira aut cupiditas. Volun-

* Ὄντος δ' ἀκουσίου τοῦ βιαίου κτλ. — ** Ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται τὸ ἀκούσια εἶναι τὰ διὰ θυμὸν κτλ.

ἔξωθεν. Εἰ δὲ πάντα ἀκούσια, πῶς οὐκ ἄτοπον, ἀκουσίως ὀρέγεσθαι λέγειν, ὧν δεῖ ὀρέγεσθαι; ἔστι γὰρ εἰς δέον χρήσασθαι τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῷ θυμῷ, καὶ δεῖ ὀργίζεσθαι ἐπί τισι, καὶ ἐπιθυμεῖν τινων, οἷον, ὑγιείας, ἢ μαθήσεως, ἅπερ ἀκούσια λέγειν οὐκ εὔλογον· τὰ γὰρ ἀκούσια, λυπηρά· τὰ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν, ἡδέα. Ἔτι, εἰ ἀκούσια ἦν τὰ κατὰ θυμὸν ἁμαρτηθέντα, διέφερεν [e] ἂν τῶν ἀπὸ τοῦ λογισμοῦ ἁμαρτανομένων, κατὰ τὴν ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου διαφοράν· διαφέρει δὲ οὐδέν· καὶ γὰρ ταῦτα ὁμοίως ἐκείνοις φευκτά, ὃ τοῦ ἑκουσίου ἐστί, καὶ ψόγων ἄξια οὐδὲν ἧττον· ὅπερ οὐκ ἂν ἦν, εἰ διέφερεν ὡς ἑκούσιον ἀκουσίου. Ἔτι δὲ τὰ ἄλογα πάθη καὶ ἀνθρώπινά εἰσιν, ὥσπερ ὁ λογισμός· ἀπὸ τούτων δὲ τῶν παθῶν, θυμοῦ δηλονότι καὶ ἐπιθυμίας, πᾶσαι αἱ ἀνθρώπιναι γίνονται πράξεις· ταύτας τοίνυν ἀκουσίους λέγειν, ἄτοπον.

(Scripsi : [a] ἕνεκά τινος] cod. ἕνεκα τινὸς. — [b] ἄλλο τι] cod. ἄλλό τι.] — [c] οὐκ εἰσὶν] cod. οὐκ εἰσιν.] — [d] ζῴων] cod. ζώων. — [e] διέφερεν] cod. διέφερειν. —)

tarium vero aut non voluntarium causæ differentia facit, quod altera intus, altera extra est. Quodsi omnia non voluntaria sunt, nonne absurdum est, ea dicere invite appetere nos, quæ sunt appetenda? Licet enim cupiditate et ira opportune uti, ideoque ob aliquas causas irascendum est, et quædam sunt cupienda, ut bona valetudo vel doctrina, quæ non voluntaria dicere ineptum est : quippe non voluntaria pro molestis habentur, at quæ ex cupiditate fiunt, jucunda sunt. Præterea, si non voluntaria essent mala facinora, quæ ira commissa sunt, differrent a flagitiis ratione factis, secundum ejus quod sponte et quod invite fit differentiam : at nihil differunt : namque hæc pariter atque illa fugienda sunt, quod voluntario convenit, neque minus reprehendenda sunt : quod non accideret, si ut voluntarium a non voluntario differrent. Adde quod perturbationes rationis expertes humanæ sunt, sicut ratio : ab his vero perturbationibus, ira videlicet et cupiditate, omnes actiones humanæ nascuntur; has ergo non voluntarias dicere, absurdum erit.

Κεφ. γ'.

Περὶ προαιρέσεως.

* Ἐπεὶ δὲ περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου διωρισάμεθα, μετὰ ταῦτα ἀκόλουθον ἂν εἴη περὶ τῆς προαιρέσεως διαλαβεῖν. Ἡ γὰρ προαίρεσις οἰκείως ἔχει πρὸς τὴν ἀρετήν, καὶ τῷ ταύτης κανόνι δυνησόμεθα κρίνειν τὰ ἤθη καὶ τὰς πράξεις.

** Ἡ προαίρεσις τοίνυν ἑκούσιον μέν ἐστιν, οὐκ ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ ἑκούσιον, ἀλλά τι τῶν τοῦ ἑκουσίου· τὸ γὰρ ἑκούσιον ἐπὶ πλέον ἐστὶ τῆς προαιρέσεως. Καὶ δῆλον· τὸ μὲν γὰρ ἑκούσιον καὶ ζῴοις ἀλόγοις, καὶ παισί, καὶ τελείοις τὸν νοῦν πρόσεστι· (ποιοῦσι γὰρ καὶ οἱ παῖδες καὶ τἆλλα ζῷα [a] ἑκουσίως,) ἡ δὲ προαίρεσις μόνοις τοῖς κρίνειν δυναμένοις καὶ βουλεύεσθαι εἰδόσι πρόσεστιν· ἡ γὰρ μετὰ βουλῆς [b] ὄρεξις προαίρεσις καλεῖται. Ἄλλως τε καὶ τὰ ἐξαίφνης ὑφ' ἡμῶν γινόμενα μὴ προβουλευσαμένων ἑκούσια μὲν λέγονται, προαιρετὰ δὲ οὐδαμῶς.

*** Οὐ γάρ ἐστιν ἡ προαίρεσις θυμός, ἢ ἐπιθυμία, ἢ βούλησις, ἢ δόξα, καθὼς τινες ὑπειλήφασιν.

**** Ὁ μὲν γὰρ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία κοινή ἐστι καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς ἀλόγοις· προαίρεσις δὲ οὐδαμῶς. Ἔτι δὲ καὶ ὁ ἀκρατὴς οὐ λέγεται προαιρούμενος πράττειν ἃ πράττει, ἀλλ' ἐπιθυμῶν· ὁ δὲ ἐγκρατὴς λέγεται πράττειν προαιρούμενος, οὐκ ἐπιθυμῶν. Ἔτι προαιρέσει μὲν ἐπιθυμία ἐναντίον ἐστί· καὶ γὰρ προαιρούμεθα πολλάκις ἐναντία ὧν ἐπιθυμοῦμεν· ἐπιθυμία δὲ

Cap. III.

De consilio.

Postquam autem de voluntario et non voluntario exposuimus, superest, ut de consilio disseramus. Hoc enim necessitudinem habet cum virtute, ideoque ejus velut regula mores et actiones judicare poterimus.

Consilium igitur est sane quiddam sponte susceptum, non est tamen id ipsum quod sponte factum appellamus, sed aliquid eorum quæ ad rem voluntariam referuntur; nam id quod sponte fit latius patet, quam consilium. Nempe hoc vel ex eo apparet, quod voluntarium etiam brutis animalibus, et pueris et hominibus adultis ac judicio valentibus inest : (namque et pueri et reliqua animalia sponte agunt,) consilium vero solis illis, qui et judicare possunt et deliberare, inesse perhibetur : etenim appetitus deliberationi junctus consilium appellatur : præsertim quum et illa, quæ subito a nobis nulla prius habita deliberatione fiunt, voluntaria esse dicamus, non consulto tamen facta.

Nam consilium neque ira est, neque cupiditas, neque voluntas, aut opinio, ut nonnulli existimarunt.

Quippe ira et cupiditas nobis etiam cum brutis animalibus communis est : consilium autem neutiquam. Præterea incontinens non consilio capto, sed cupiditate impulsus agere dicitur, quæ agit : at continens capto consilio, non cupiditate impulsus dicitur agere. Consilio insuper contraria est cupiditas : quia consilium sæpenumero optatis nostris contrarium capimus : cupiditas au-

Cap. 2. διωρισμένων δὲ τοῦ τε ἑκουσίου κτλ. — ** Ἡ προαίρεσις δὴ ἑκούσιον μὲν φαίνεται κτλ. — *** Οἱ δὲ λέγοντες αὐτὴν ἐπιθυμίαν κτλ. — **** Οὐ γὰρ κοινὸν ἡ προαιρεσις κτλ.

ἐπιθυμίας οὐκ ἔστιν ἐναντίον· ἡ ἄρα προαίρεσις οὐκ ἔστιν ἐπιθυμία. Ἔτι ἡ μὲν ἐπιθυμία λυπηρά ἐστι, καὶ τὸ ἡδὺ ἀεὶ ἀντικείμενον ἔχει, (πρὸς αὐτὸ γὰρ ἀεὶ φέρεται) ἡ δὲ προαίρεσις οὔτε λυπηρά ἐστιν, οὔτε τὸ ἡδὺ ἀντικείμενον ἔχει.

* Ἔτι δὲ οὐδὲ ὁ θυμὸς προαίρεσίς ἐστι, καὶ πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἡ ἐπιθυμία· ἥκιστα γὰρ διὰ θυμὸν γινόμενα κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ.

** Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησίς ἐστιν ἡ προαίρεσις· καίτοι ἔγγιστα εἶναι ταῦτα δοκεῖ. Ἡ μὲν γὰρ προαίρεσις οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων· οὐ γὰρ προαιρούμεθα ἵπτασθαι, ἢ ἀθάνατοι εἶναι, ἀλλὰ βουλόμεθα· (ὁ γὰρ τὰ τοιαῦτα προαιρούμενος δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι·) ἡ προαίρεσις ἄρα οὐκ ἔστι βούλησις. Καὶ βουλόμεθα μὲν πολλάκις ἅπερ οὐχ ἡμεῖς αὐτοί, ἀλλ' ἕτεροι ποιοῦσιν· οἷον, ὑποκριτήν τινα νικᾶν τῶν ἐν τῇ σκηνῇ, ἢ ἀθλητήν· προαιρεῖται δὲ ταῦτα οὐδείς, ἀλλ' ὅσα οἴεται γενέσθαι ἂν δι' αὐτοῦ. [c] Ἔτι ἡ μὲν βούλησις τοῦ τέλους ἐστὶν ἀεί, ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος φερόντων· βουλόμεθα μὲν γὰρ τὴν ὑγίειαν, προαιρούμεθα δὲ ἃ πρὸς αὐτὴν φέρει, καὶ δι' ὧν ἔστιν ὑγιαίνειν· καὶ τὴν μὲν εὐδαιμονίαν καὶ βουλόμεθα καί φαμεν [d] βούλεσθαι, προαιρεῖσθαι δὲ οὐ λέγομεν· ἐπεὶ μηδὲ ἁρμόζει. Καὶ ὅλως ἔοικεν ἡ προαίρεσις τῶν ἐφ' ἡμῖν εἶναι.

*** Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ δόξα ἐστίν. Ἡ μὲν γὰρ δόξα περὶ πάντα ὁμοίως ἐστὶ καὶ τὰ ἀΐδια, καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὰ ἀδύνατα· ἡ δὲ προαίρεσις τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστι μόνον. [e] Ἔτι ἡ δόξα τῷ ψευδεῖ καὶ τῷ ἀληθεῖ διαιρεῖται· τὴν μὲν γὰρ τῶν δοξῶν ἀληθῆ λέγομεν, τὴν δὲ ψευδῆ· ἡ δὲ προαίρεσις τῷ ἀγαθῷ καὶ τῷ κακῷ μᾶλλον διαιρεῖται· τὴν μὲν γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ λέγομεν, τὴν δὲ τοῦ κακοῦ. Τῇ μὲν οὖν καθόλου δόξῃ ταὐτὸν εἶναι τὴν προαίρεσιν οὐδενὶ δοκεῖ· οὐ μόνον δὲ τῇ καθόλου δόξῃ οὐκ ἔστι ταὐτόν, ἀλλ' οὐδέ τινι.

**** Ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς προαιρέσεως ποιοί τινες [f] γινόμεθα· τῷ γὰρ προαιρεῖσθαι τὰ κακὰ κακοὶ γινόμεθα, καὶ τῷ προαιρεῖσθαι τὰ ἀγαθὰ ἀγαθοί· ἀπὸ δὲ τῆς δόξης οὐκέτι. Ἔτι προαιρούμεθα μὲν πράττειν τι, ἢ μὴ πράττειν, λαβεῖν τι, ἢ φυγεῖν τι τῶν τοιούτων· δοξάζομεν δὲ τί ἐστιν ὃ προαιρούμεθα, ἢ ἄλλο τι, [g] ἢ τίνι συμφέρει, ἢ πῶς· λαβεῖν δέ, ἢ φυγεῖν τι, ἢ ἑλέσθαι, οὐκ ἔστι τῆς δόξης· ἡ ἄρα προαίρεσις οὐκ ἔστι δόξα. Ἔτι ἡ μὲν προαίρεσις ἐπαινεῖται, ὅταν προαιρώμεθα ἃ δεῖ· ἡ δὲ δόξα ἐπαινεῖται, ὅταν δοξάζωμεν τὰ ἀληθῆ. Ἔτι προαιρούμεθα μέν, ἃ σφόδρα γινώσκομεν ἀγαθὰ εἶναι, δοξάζομεν δέ, ἃ οὐ πάνυ γινώσκομεν ἀληθῆ εἶναι. Ἔτι ὁ αὐτὸς οὐχ ὁμοίως προαιρεῖται καὶ δοξάζει· δοξάζει γὰρ πολλάκις καλῶς, δοξάζων τὰ ἀληθῆ, προαιρεῖται δὲ τὰ φαῦλα· οὐκ ἄρα ταὐτὸν δόξα καὶ προαίρεσις. Εἰ δὲ πολλάκις ἡ δόξα προηγεῖται τῆς

tem cupiditati non est contraria : ergo consilium non est cupiditas. Porro cupiditas molesta est, semperque oppositum habet jucundum, (eo enim perpetuo tendit :) contra consilium neque molestum est, neque oppositum habet jucundum.

Adde quod nec ira est consilium, multoque minus, quam cupiditas : nam quæ per iram fiunt, consilio minime consentanea esse videntur.

Neque vero voluntas est consilium : quamvis finitima hæc esse videantur. Consilium enim non est in iis quæ fieri non possunt : quia volare aut immortales esse non con tuimus, sed volumus : (nam qui talia constituat, stultus esse videatur :) ergo consilium non est voluntas. Quin et volumus sæpe, quæ non ipsi facimus, sed alii : verbi causa histrionem aliquem in scena primas agere partes aut athletam superiorem discedere : at nemo talium rerum consilium capit, sed earum duntaxat, quæ per se effici posse arbitratur. Præterea voluntas est ultimi semper ac finis, consilium autem eorum quæ ad finem conferunt : nimirum volumus bona uti valetudine, consulto autem ea facimus quæ ad eam conferunt, et quibus bene valeamus : et beati esse volumus, atque hoc nos velle dicimus, sed tale consilium nobis captum esse, ut beati simus, non dicimus, quoniam ineptum est. Denique eorum quæ in nostra potestate sunt, videtur esse consilium.

Neque vero opinio est. Opinio enim ad omnia eodem modo pertinet, tum æterna, tum ea quæ in nostra potestate sunt, tum quæ fieri non possunt : at consilium eorum tantum est, quæ in nobis sita sunt. Adde quod opinio vero et falso distinguitur; siquidem aliam opinionem veram, aliam falsam dicimus : at consilium bono potius et malo distinguitur, siquidem de capto bonarum malarumque rerum agendarum consilio loquimur. Idem igitur quod universam opinionem esse consilium nemo putat : cæterum non modo non est idem quod universa opinio, sed ne idem quidem quod quædam opinio.

Quippe consilio capto certo quodam modo afficimur; nam si quid male facere destinavimus, mali; si bene facere constituimus, boni evadimus; at sola opinione non item. Præterea statuimus aliquid agere aut non agere, potiri aliqua re aut vitare aliquid ejus generis : at existimamus, quid sit quod constituimus, vel aliud quid, aut cui conducat, aut quemadmodum : contra potiri aliqua re aut vitare aliquid aut eligere non est res opinabilis : ergo consilium non est opinio. Insuper laudatur consilium, quando ea quæ agenda sunt agere instituimus : contra opinio in laude est, quum vera opinamur. Tum ea facere destinamus, quæ admodum bona esse intelligimus, opinamur autem quæ non admodum vera esse scimus. Denique non eodem modo idem homo et constituit aliquid et opinatur : sæpe enim recte sentit, dum autem vera opinatur, male facere constituit : ergo non est

* Θυμὸς δ' ἔτι ἧττον κτλ. — ** Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησις κτλ. — *** Οὐδὲ δὴ δόξα ἂν εἴη κτλ. — **** Τῷ γὰρ προαιρεῖσθαι τἀγαθὰ ἢ τὰ κακὰ ποιοί τινές ἐσμεν κτλ.

προαιρέσεως ἢ παρακολουθεῖ, οὐ διὰ τοῦτο ταὐτὸν ἔσται δόξα καὶ προαίρεσις· τοῦτο γὰρ οὐδὲν κωλύει διάφορα εἶναι.

(Scripsi : [a]) ζῷα] cod. ζῶα. — [b] μετὰ βουλῆς] cum Heinsio; codex μεταβολῆς. — [c] αὑτοῦ] ex Aristotele; cod. αὐτοῦ. — [d] καί φαμεν] vulgo καὶ φαμὲν. — [e] μόνον] cod. μόνων. — [f] ποιοί τινες] vulgo ποῖοί τινες. — [g] ἄλλο τι] vulgo ἀλλό τι. —)

idem opinio et consilium. Quodsi sæpenumero opinio consilium antecedit vel subsequitur, non tamen propterea idem erit utrumque : non enim hoc obstat, quominus inter se differant.

Κεφ. δ'.

Περὶ προαιρέσεως, τί ἐστι καὶ περὶ τίνα, καὶ περὶ βουλεύσεως.

Cap. IV.

De consilio, quid sit et in quibus versetur, itemque de deliberatione.

* Ἐπεὶ δὲ οὔτε ἐπιθυμία ἐστὶν ἡ προαίρεσις, οὔτε θυμός, οὔτε βούλησις, οὔτε δόξα, ζητητέον τί ἐστιν, ἢ ποιόν τί ἐστι. [a] Φαίνεται μὲν οὖν, ὅτι ἑκούσιόν ἐστιν, οὐχ αὐτὸ τὸ ἑκούσιον, καθὼς εἴρηται· οὐ γὰρ πᾶν ἑκούσιον προαιρετόν· ἀλλὰ τῶν ἑκουσίων ἐκεῖνο μόνον προαιρετὸν καλεῖται, ὃ προβουλευόμενοι ποιοῦμεν· ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας. Φαίνεται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· τὸ γὰρ προαιρετὸν δοκεῖ σημαίνειν τὸ πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.

** Τούτων δὲ ὑποκειμένων, ζητητέον, πότερον περὶ πάντων δυνατὸν βουλεύσασθαι, ἢ περὶ ἐνίων οὐ δυνατόν· ἵνα γνῶμεν ἐντεῦθεν, τίνων ἐστὶν ἡ προαίρεσις, καὶ τίνων οὐκ ἔστι. Τῶν γὰρ βουλευτῶν καὶ ἡ προαίρεσίς ἐστι. Βουλευτὸν δὲ λέγω, περὶ οὗ βουλεύεται οὐχ ἠλίθιος ἢ μαινόμενος, ἀλλ' ὁ νοῦν ἔχων.

*** Ἡ τοίνυν βουλὴ οὔτε περὶ τῶν ἀϊδίων ἐστίν· οἷον, περὶ τοῦ κόσμου· οὐδεὶς γὰρ βουλεύεται πῶς δεῖ κινεῖσθαι τὰ οὐράνια σώματα· ἢ περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως εἶναι· οἷον περὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ τετραγώνου καὶ τῆς διαμέτρου, ποιῆσαι λόγον τινὰ ἔχειν πρὸς ἀλλήλας, ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν.

**** Οὔτε περὶ τῶν κινουμένων ἀεὶ ὡσαύτως, ἢ ἀνάγκῃ, ἢ φύσει, ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν· οἷον τροπῶν καὶ ἀνατολῶν.

***** Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως ἐχόντων βουλευσόμεθα· οἷον αὐχμῶν καὶ ὄμβρων.

****** Οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης· [b] οἷον θησαυροῦ εὑρέσεως· ὅτι οὐδὲν τούτων ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐδὲ ἀνθρώπινον.

****** Καὶ μὴν οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπικῶν πάντων βουλευσόμεθα, ἀλλὰ μόνον περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἅπερ ἂν αὐτοὶ πράξαιμεν, ἢ δι' ἡμῶν αὐτῶν ἢ δι' ἑτέρων· οὐ γὰρ Λακεδαιμόνιοι περὶ τῆς τῶν Σκυθῶν πολιτείας βουλεύσονται, πῶς ἂν Σκύθαι ὀρθῶς πολιτεύοιντο. Οὐδὲν γὰρ τῶν εἰρημένων δι' ἡμῶν ἂν γένοιτο.

******* Βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν· ἅτινα γνωσόμεθα.

Quum autem neque cupiditas sit consilium, neque ira, nec voluntas, neque opinio, dispiciendum est quid sit aut quale. Apparet igitur esse quiddam quod sponte fiat, non tamen ipsum voluntarium, ut dictum est : non enim quidquid sponte fit, de eo consilium captum est, sed ex iis, quæ voluntaria sunt, illud solum consulto factum appellatur, quod ratione inita et subducta facimus : quia consilium cum ratione et cognitione conjunctum est. Quod quidem ex ipso nomine intelligitur : nam consulto factum videtur significare id quod cæteris posthabitis amplectimur.

His positis atque concessis, quæritur, utrum de omnibus deliberari possit, an de nonnullis nequeat : ut inde intelligamus, de quibus rebus consilium capiatur et de quibus non capiatur. Namque ad res in deliberationem cadentes etiam consilium pertinet. Sed in deliberationem cadens illud voco, de quo non stolidus aliquis aut insanus, sed is qui mentis est compos, deliberat.

Ac primum neque de æternis est deliberatio, ut de mundo : neque enim quomodo æterna corpora moveantur, quisquam deliberat : aut de iis quæ aliter se habere non possunt, exempli gratia de quadrati latere et diametro, si quis velit efficere, ut eandem inter se rationem habeant, quam numerus ad numerum.

Neque de iis quæ semper eodem modo moventur, sive necessitate, sive natura, sive propter aliam aliquam causam, ut de solis conversionibus et ortibus.

Sed neque de iis, quæ alias aliter se habent, deliberabimus; ut de siccitatibus et imbribus.

Neque de iis quæ fortuito eveniunt, ut de thesauri inventione, quia neque horum quidquam in nostra potestate, neque humanum est.

Immo ne de omnibus quidem rebus humanis deliberabimus, verum de iis tantum quæ in nostra sunt potestate, hoc est, quas aut ipsi per nos aut per alios efficere queamus : Lacedæmonii enim de Scytharum republica non deliberabunt, quo pacto recte Scythæ eam administrare possint. Nihil enim horum, quæ dicta sunt, per nos effici possit.

At de iis deliberamus, quæ quum ad effectum adduci queant, tum in nostra sunt potestate : quæ jam cognoscemus.

---

* Τί οὖν ἢ ποῖόν τί ἐστι κτλ. — ** Cap. 3. Βουλεύονται δὲ πότερα περὶ πάντων κτλ. — *** Περὶ δὲ τῶν ἀϊδίων οὐδεὶς βουλεύεται κτλ. — **** Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐν κινήσει κτλ. — ***** Οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως κτλ. — ****** Οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης κτλ. — ****** Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπικῶν κτλ. — ******* Βουλευόμεθα δὲ κτλ.

* Οὕτω τρία εἰσὶ τὰ αἴτια ἐν τοῖς οὖσι, φύσις, ἀνάγκη καὶ τύχη· ἔτι δὲ νοῦς καὶ πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου, οἷον τέχνη ἢ ἄλλη τις πρᾶξις. Οἱ δὲ ἄνθρωποι βουλεύονται οὔτε περὶ ὧν αἰτία ἡ φύσις, οὔτε περὶ ὧν ἡ ἀνάγκη αἰτία, ἢ ὧν ἡ τύχη, ἀλλὰ περὶ μόνων ἐκείνων, ὧν αἰτία ἐστὶν ἡ ἀνθρωπίνη μέθοδος, καὶ ἡ πρᾶξις.

** Ἔτι δὲ οὐδὲ περὶ πασῶν τῶν ἀνθρωπίνων μεθόδων οἱ ἄνθρωποι βουλεύονται. Περὶ γὰρ τὰς ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν οὐκ ἔστι βουλή· οἷον περὶ τῶν γραμμάτων· οὐ γὰρ διστάζομεν πῶς γραπτέον· ὅτι ἐγνωσμένον ἐστὶν ἀκριβῶς, καὶ ὡρισμένα εἰσὶ τὰ σημεῖα.

*** Ἀλλ' ὅσα γίνονται ὑφ' ἡμῶν δυνάμενα πολλαχῶς γενέσθαι, περὶ τούτων βουλευόμεθα. Οἷον περὶ τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν πράξεων, αἵτινες οὐ πάνυ εἰσὶν ὡρισμέναι, ἢ τὴν χρηματιστικήν, (πολλαχῶς γὰρ δυνατὸν χρηματίσασθαι) ἢ τὴν κυβερνητικήν, ἢ γυμναστικήν· καὶ μᾶλλον περὶ τῶν κατὰ τὴν κυβερνητικὴν βουλευσόμεθα, ἢ τὴν γυμναστικήν· ἐπεὶ καὶ ἔλαττόν ἐστιν ἀκριβὴς ἡ κυβερνητική· καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως.

**** Πλέον δὲ περὶ τῶν κατὰ τὰς τέχνας βουλευόμεθα ἢ τὰς ἐπιστήμας· πλέον γὰρ διστάζομεν ἐν ταῖς τέχναις, ὅτι ἔλαττόν εἰσιν ὡρισμέναι τῶν ἐπιστημῶν.

***** Τὸ δὲ βουλεύεσθαί ἐστι [c] μὲν τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐνδεχομένων γίνεσθαι· ὅταν δὲ καὶ ἐπὶ τούτων ὁ τρόπος ἄδηλος, ἢ πῶς δηλονότι γενήσεται, καὶ ἐν οἷς, οὐκ ἔστι δυνατὸν τὴν βούλευσιν ὡρισμένην εἶναι.

****** Διὰ τοῦτο καὶ συμβούλους παραλαμβάνομεν, ὅταν ᾖ περὶ μεγάλων ἡ βουλή· καὶ γὰρ ἀπιστοῦμεν ἡμῖν αὐτοῖς ὡς οὐχ ἱκανοῖς περὶ τοῦ πράγματος διαγνῶναι. [d]

******* Βουλευόμεθα δὲ οὐ περὶ τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη. Ὁ γὰρ ἰατρὸς οὐ βουλεύσεται δοῦναι τὴν ὑγίειαν τῷ κάμνοντι· (οὐ γὰρ ἐνδέχεται πρὸς ἄλλο τι [a] βλέπειν τὸν ἰατρόν, καὶ τούτων χάριν οὐ χρείαν ἕξει βουλεύσεως,) ἀλλὰ περὶ τῶν φερόντων εἰς τὴν ὑγίειαν, περὶ τούτων βουλεύεται, ἅτινα πολλαχῶς ἐνδέχεται γενέσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ οὐ βουλεύσεται περὶ τῆς πειθοῦς, ἀλλὰ περὶ τῶν φερόντων εἰς τὴν πειθώ· καὶ ὁ πολιτικὸς οὐ καθίζει τὴν βουλήν, ἵνα γνῷ [f] περὶ τῆς εὐνομίας· (δεῖ γὰρ καλῶς τὰ πράγματα αὐτὸν διοικῆσαι,) ἀλλὰ περὶ τῶν συνιστάντων τὴν εὐνομίαν βουλεύσεται.

******** Καὶ ὅλως πάντες οἱ τοιοῦτοι τὸ μὲν τέλος ὑποτιθέασι, ζητοῦσι δέ, πῶς καὶ διὰ τίνων ἀφίξονται πρὸς αὐτό. Καὶ πολλῶν ὄντων δι' ὧν ἐστι τυχεῖν τοῦ σκοποῦ, ζητοῦσι διὰ τίνος ῥᾷστα καὶ κάλλιστα τὸ τέλος εὑρήσουσιν. Ὅταν δὲ δι' ἑνὸς ἐνδέχηται [g] μόνου,

Itaque tres rerum omnium causæ sunt, natura, necessitas, fortuna : quibus accedit mens et quæcunque per hominem fiunt, velut artes aliæque actiones. Jam vero neque de iis quorum natura, nec de iis quorum necessitas aut fortuna causa est, deliberare solent homines, sed de iis tantum, quorum disciplina aliqua humana causa est aut actio.

Sed neque de omnibus disciplinis humanis deliberare homines solent. Quippe in doctrinis exquisitis suaque vi contentis deliberationi sive consultationi locus non est : verbi gratia de litteris non consultamus, quia quomodo scribendum sit non ambigimus; siquidem satis nota res est et definitæ sunt litterarum formæ.

At vero de iis quæ opera nostra fiunt, quum diversis modis fieri queant, deliberamus. Exempli gratia de actionibus medicis, quæ non admodum definitæ sunt, aut de rebus pecuniariis, (quia multis modis pecuniam quærere licet,) aut de gubernandi arte, aut gymnastica : et magis de rebus ad gubernandi artem quam ad gymnasticam pertinentibus consultamus, siquidem minus subtilis est gubernandi ars : ac de reliquis similiter.

Sed in artibus magis quam in doctrinis consultationi locus est : magis enim dubitamus in artibus, quia minus definitæ sunt quam doctrinæ.

Porro de iis quæ ut plurimum accidere possunt, deliberare consuevimus; quum vero horum incerta est ratio, vel quum quomodo eventura sint, et in quibus, non apparet, ibi rursus definita non potest esse deliberatio.

Quare et consiliarios assumimus, quum de rebus magnis deliberamus : quia nobis ipsis diffidimus, tanquam non satis idoneis qui de tanto negotio judicemus.

Ac deliberamus quidem non de finibus, sed de iis quæ ad fines spectant. Neque enim medicus de restituenda ægro sanitate deliberabit (quia non potest aliam rem respicere, ac propterea deliberatione non eget,) sed de iis quæ ad sanitatem conferunt, quæ non uno modo fieri possunt, deliberat : similiter et orator non de suasione, sed de iis quæ ad persuadendum accommodata sunt deliberabit : neque vir civitatis regendæ peritus convocat senatum, ut de bonis legibus judicet : (quippe oportet cum bene rempublicam administrare,) sed de iis quæ ad constituendas bonas leges valent deliberabit.

Denique omnes qui tale quid agunt, finem quidem sibi proponunt, sed quemadmodum et quibus rebus cum assequi possint, quærunt. Quumque multi sint modi quibus quod expetimus consequi liceat, quo pacto facillime et optime ad calcem perveniamus, inspiciunt. At

* Αἴτια γὰρ δοκοῦσιν εἶναι κτλ. — ** Καὶ περὶ μὲν τὰς ἀκριβεῖς κτλ. — *** Ἀλλ' ὅσα γίνεται κτλ. — **** Μᾶλλον δὲ καὶ περὶ τὰς τέχνας κτλ. — ***** Τὸ βουλεύεσθαι δὲ κτλ. — ****** Συμβούλους δὲ παραλαμβάνομεν κτλ. — ******* Βουλευόμεθα δὲ οὐ περὶ τῶν τελῶν. — ******** Ἀλλὰ θέμενοι τέλος τι κτλ.

τότε οὐ τοῦτο ζητοῦσιν, ἀλλὰ τὸν τρόπον πῶς χρησόμεθα αὐτῷ, καὶ τίνα πρᾶξιν μεταχειρισάμενοι, [h] διὰ τούτου τοῦ τέλους τευξόμεθα. Καὶ πάλιν ἐκείνην τὴν πρᾶξιν διὰ τίνος ἐργασόμεθα, κἀκεῖνο διὰ τίνος, ἕως ἂν ἔλθωμεν ἐπὶ τὸ ἀμέσως γινόμενον, καὶ οὐ δι' ἄλλου· ὅ ἐστι τὸ πρῶτον αἴτιον τοῦ τέλους, ὅπερ τελευταῖον εὑρίσκεται. Οὕτω γὰρ ὁ βουλευόμενος ἀπὸ τοῦ τέλους ἀρχόμενος, διὰ τῶν πρὸς τὸ τέλος ὁδεύει, μέχρι τοῦ πρώτου αἰτίου τὴν πρᾶξιν πᾶσαν ἀναλύων, καθάπερ οἱ μαθηματικοὶ τὰ διαγράμματα.

* Ἔστι τοίνυν ἡ μὲν βούλευσις ζήτησίς τις· πᾶσα δὲ ἡ ζήτησις οὐκ ἔστι βούλευσις. Καίτοι, καθὼς εἴρηται, τρόπον τινὰ ὁμοίως καὶ ὁ βουλευόμενος, καὶ ὁ μαθηματικὸς ἀναλύει· καὶ ὃ ἔσχατον εὑρίσκεται ἀναλύοντι, τοῦτο ἔργον πρῶτον γίνεται τῷ βουλευομένῳ· καθάπερ ὁ μαθηματικός, πρὸς ὃ ἔσχατον ἀφίξεται ἀναλύων, τοῦτο ὑποτιθείς, καὶ ἀπὸ τούτου διὰ τῶν ἄλλων ὁδεύων, ἀποδείκνυσι τὸ προκείμενον. Καὶ ἄμφω δὲ εἰ ἀναλύοντες ἀδυνάτοις ἐντύχοιεν, ἀφίστανται τοῦ ζητήματος. Οἷον, εἰ χρημάτων δεήσει πρὸς τὸ ζητούμενον τέλος, ὃ τούτων ἄνευ οὐκ ἔνι γενέσθαι, ἀδύνατον δὲ φανείη ταῦτα πορισθῆναι, περὶ τοῦ τρόπου οὐκέτι ζητοῦσιν, ἀλλ' ἀφίστανται· εἰ δὲ δυνατόν, ἐγχειροῦσι πράττειν. Ἐκεῖνα δὲ δυνατὰ καλοῦμεν, ἃ δι' ἡμῶν γένοιτ' ἄν· τὰ γὰρ διὰ τῶν φίλων τρόπον τινὰ δι' ἡμῶν γίνονται· ἡ γὰρ αἰτία καὶ τούτων ἐν ἡμῖν ἐστι· βουλευόμεθα δέ, καθὼς εἴρηται, ποτὲ μὲν περὶ τῶν ὀργάνων, ποτὲ δὲ περὶ τῆς χρήσεως αὐτῶν, καὶ ἁπλῶς, ποτὲ μὲν περὶ τῶν φερόντων εἰς τὸ τέλος πῶς ἂν ληφθεῖεν, ποτὲ δὲ περὶ τοῦ τρόπου πῶς χρησόμεθα αὐτοῖς, ἢ διὰ τίνος.

** Φαίνεται δὴ ἀπὸ τῶν εἰρημένων, μὴ εἶναι τὸ τέλος βουλευτόν. Βουλευτὰ μὲν γάρ εἰσιν, ὧν κύριος ὁ ἄνθρωπός ἐστι ποιῆσαι ἢ μή· ὧν δὲ ὁ ἄνθρωπος κύριός ἐστιν, ἐκεῖναι πράξεις ἀνθρώπιναί εἰσιν· αἱ δὲ ἀνθρώπιναι πράξεις ἄλλων ἕνεκα γίνονται· ἃ δὲ ἄλλων ἕνεκα γίνονται, οὐκ εἰσὶ τέλη· [i] τὸ βουλευτὸν ἄρα οὐκ ἔστι τέλος. Οὔτε τοίνυν τὸ τέλος ἐστὶ βουλευτόν οὔτε τῶν πρὸς τὸ τέλος, ὅσα καθ' ἕκαστα· οἷον, εἰ ἄρτος τοῦτο, εἰ πέπεπται, εἰ πεποίηται ὡς δεῖ· ταῦτα γὰρ αἰσθήσει γινώσκομεν, οὐ βουλῇ καὶ κρίσει· εἰ δὲ περὶ τούτων ἀεὶ βουλεύσεται, εἰς ἄπειρον ἥξει.

*** Τὸ μὲν οὖν βουλευτὸν τοῦτό ἐστι. Τὸ δὲ προαιρετόν ἐστι βουλευτὸν ὡρισμένον· τὸ γὰρ ἀπὸ τῆς βουλῆς προκριθὲν προαιρετὸν καλεῖται· μετὰ γὰρ τὸ προκρῖναι ὃ δέον γενέσθαι, οὐκέτι περὶ τοῦ πράγματος βουλευόμεθα, ἀλλὰ γινώσκομεν ὡρισμένως ὡς δεῖ ποιεῖν· ἀνάγομεν γὰρ τὴν μὲν τοῦ πράγματος τοῦ ζητουμένου ἀρχὴν εἰς τὴν ἡμετέραν βούλησιν· τὴν δὲ ἡμετέραν κρίσιν καὶ βούλησιν εἰς τὴν προαίρεσιν, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ἤδη τῆς πράξεως. Τοῦτο δὲ δῆλον καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχαίων πολιτειῶν, ἃς Ὅμηρος ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις

vero quando unus tantum modus est, tum non hoc quærunt, sed qua ratione eo utamur, et quid potissimum agendo, eo quo volumus perveniamus. Rursusque illam actionem quo pacto suscipiamus, atque illud qua ratione, donec pervenerimus ad id quod per se, non per aliud fit; quæ prima finis causa est, ad quam postremo pervenitur. Sic enim qui deliberat rem a fine auspicans, per ea quæ ad finem spectant progreditur, ita ut totam actionem usque ad primam causam resolvat, sicut figuras suas mathematici.

Est ergo consultatio quæstio aliqua : nec omnis tamen quæstio est consultatio. Verum aliquatenus, ut jam dictum est, similiter atque mathematicus is qui deliberat resolvit : et quod postremum in resolutione invenitur, hoc primum consultanti opus est : quemadmodum ad quod ultima resolutione pervenit mathematicus, hoc posito, inde per reliqua progrediens, id de quo agitur certis argumentis demonstrat. Sed et uterque si in aliquid quod fieri nequit inciderit, quærere desistit. Exempli gratia, si pecunia sit opus ad finem, quem nobis proponimus, assequendum, quem sine illa assequi nequeamus, nulla autem ejus pecuniæ nobis faciendæ ratio iniri possit, de cogendæ illius modo non amplius quærunt homines, sed a quæstione desistunt : sin autem iniri queat ratio, rem ex sententia conficere aggrediuntur. Ea autem fieri posse putamus, quæ per nos possunt fieri : (nam et quæ per amicos nostros, aliquo modo per nos fiunt, quia et horum causa in nobis est :) alias autem, sicut dictum est, de instrumentis, alias vero de usu eorum deliberamus, denique nunc de iis quæ ad finem tendunt, quo pacto comparari possint, nunc de modo quo uti iis queamus, aut per quem.

Ex iis ergo, quæ dicta sunt, apparet de fine ipso consultari non posse. Siquidem de iis rebus, quæ in hominis potestate sunt, adeo ut vel agere eas vel non agere queat, consultatio est : quæ vero in hominis potestate sunt actiones, sunt humanæ : humanæ vero actiones aliarum rerum causa suscipiuntur : at quæ aliarum rerum causa fiunt, non sunt fines : ergo id de quo deliberatur non est finis. Jam vero ut in deliberationem finis non cadit, ita nec quæ ad finem pertinent, si sint singularia; verbi gratia, an hoc sit panis, an sit ita coctus aut factus ut oportet : hæc enim sensu judicamus, non consilio et judicio : nam si quis de his semper deliberare volet, in infinitum abibit.

Quod igitur in deliberationem cadit, hoc est. Cæterum illud quod nobis propositum est, quamquam in deliberationem cadit, tamen jam definitum est : quod enim consulto reliquis præpositum est, id propositum appellatur : quia postquam semel id quod fieri oportet reliquis prætulimus, non amplius de re deliberamus, sed jam definite quomodo agendum sit novimus : quippe rei quam quærebamus principium ad nostram voluntatem revocamus : nostrum vero et judicium et voluntatem ad animi propositionem, quæ principium jam actio-

* Φαίνεται δὲ ἡ μὲν ζήτησις οὐ πᾶσα εἶναι βούλησις κτλ. — ** Ἔοικε δὲ καθάπερ εἴρηται κτλ. — *** Βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν τὸ αὐτό, κτλ.

ἐμιμεῖτο· εἰσάγει γὰρ τοὺς βασιλεῖς μετὰ τὴν βουλὴν τὸ προκριθὲν ἀπαγγέλλοντας τῷ δήμῳ, ὥσπερ τῇ προαιρέσει, ὥστε πραχθῆναι. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ προαιρετὸν βουλευτόν ἐστιν, ὀρεκτὸν τῶν ἐφ' ἡμῖν δηλονότι, ὃ μετὰ τὴν βουλὴν ὀρεγόμεθα δυνάμενοι τοῦτο ποιῆσαι, φανερόν, ὅτι ἡ προαίρεσις εἴη ἂν ὄρεξις βουλευτικὴ τῶν ἐφ' ἡμῖν. Ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι γὰρ κρίναντες, ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν βούλησιν. Οὗτος μὲν οὖν ὁ ὁρισμὸς τῆς προαιρέσεως ὡς ἐν τύπῳ. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ ποῖά ἐστιν· ὅτι τὰ πρὸς τὸ τέλος.

(Scripsi : [a] ποιόν τί ἐστι] vulgo ποῖον τί ἐστι. — [b] οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης] cod. οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης. — [c] τὸ δὲ βουλεύεσθαί ἐστι] vulgo τὸ δὲ βουλεύεσθαι ἐστὶ. — [d] διαγνῶναι] cod. διαγνῶσαι. — [e] ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. — [f] γνῷ] cod. γνῶ. — [g] ἐνδέχηται] cod. ἐνδέχεται. — [h] τίνα πρᾶξιν μεταχειρισάμενοι] cod. τίνι πράξει μεταχειρισάμενοι. [i] οὐκ εἰσὶ τέλη] cod. οὐκ εἰσὶν τέλη. —)

nis est. Quod vel ex antiquis civitatum formis, quas Homerus in carminibus imitabatur, apparet : quoniam reges dimisso senatu, quæ optima visa essent, populo denuntiantes introducit, capto videlicet consilio ut agerentur. Quando igitur id quod nobis propositum est in deliberationem cadit, qua rem in nostra potestate sitam appetimus, quam post deliberationem appetere solemus, quum ad eam agendam valeamus : patet animi propositionem esse appetitionem deliberativam eorum quæ in potestate nostra sunt. Nam postquam consultatione adhibita judicavimus, tum ei consultationi convenienter appetimus. Hæc igitur incondita quædam animi propositionis definitio est. Sed et quibus in rebus versetur jam dictum est : in iis nimirum, quæ ad finem pertinent.

Κεφ. ε'.

Περὶ βουλήσεως καὶ βουλητοῦ.

* Δεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς βουλήσεως εἰπεῖν ἤδη. Ὅτι μὲν οὖν ἡ βούλησις τοῦ τέλους ἐστίν, ἀπὸ τῶν προειρημένων ἐδείχθη· ἀμφισβητεῖται δὲ πότερον παντὸς τέλους, οὗ τις ἂν ἐθέλοι τυχεῖν, ἡ βούλησίς ἐστιν, [a] ἢ τοῦ ἀγαθοῦ μόνου.

** Καὶ τοίνυν οἱ μὲν λέγουσιν αὐτὴν τοῦ ἀγαθοῦ μόνου· οἱ δὲ τοῦ δοκοῦντος, ἢ ὄντος δὲ ἢ μὴ ὄντος.

*** Συμβαίνει δὲ τοῖς μὲν λέγουσι τὸ ἀγαθὸν μόνον βουλητὸν εἶναι τὸ κακὸν λέγειν μὴ εἶναι τῷ μοχθηρῷ βουλητόν· καίτοι βουλητόν ἐστιν αὐτῷ.

**** Τοῖς δὲ λέγουσι τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν ἐκεῖνο εἶναι τὸ βουλητόν, οὐ δι' ἑαυτό, ἀλλὰ μόνον τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν, ἐπειδὴ ἄλλῳ ἄλλο δοκεῖ ἀγαθόν, καὶ τὸ αὐτὸ τῷ μὲν ἀγαθὸν δοκεῖ, τῷ δὲ κακόν, ἢ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος τὰ ἐναντία ἀγαθὰ νομίζει πολλάκις, καὶ οὕτως οὐδὲν ἔσται βουλητὸν φύσει καὶ δι' ἑαυτό.

***** Εἰ δὲ ταῦτα οὐ δοκεῖ εἰκότα εἶναι, ἐκεῖνο ἐροῦμεν· βουλητὸν μὲν εἶναι φύσει καὶ ἀληθείᾳ καὶ δι' ἑαυτό, τὸ ἀγαθόν· πῂ [b] δὲ καὶ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν βουλητόν ἐστιν. Εἰ γὰρ καὶ τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν, ἀλλὰ κατά τινα περίστασιν ἀγαθόν ἐστιν· οἷον τὸ λωποδυτεῖν κακὸν μέν ἐστι τῇ φύσει, τῷ λωποδύτῃ δέ, καὶ κατά τινα καιρόν, ἀγαθόν· διὰ τοῦτο καὶ δοκεῖ ἀγαθὸν ἁπλῶς εἶναι· καθόσον δὲ ἀγαθὸν καὶ βουλητόν ἐστιν. Ὥστε συμβαίνει τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν πῂ εἶναι [c] βουλητόν· τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν βουλητόν ἐστι, τῷ δὲ φαύλῳ τὸ τυχόν.

Cap. V.

De voluntate et de eo quod sub voluntatem cadit.

Sed et de voluntate jam disserendum est. Voluntatem ergo ultimi seu finis esse, ex iis quæ supra diximus efficitur : jam vero utrum cujuslibet sit finis nobis propositi, an boni tantum, ambigitur.

Alii ergo dicunt eam boni tantum esse : alii ejus, quod videtur bonum, sive sit, sive non sit.

Contingit autem illis, qui solum bonum sub voluntatem cadere dicunt, ut malum sub improbi voluntatem cadere negent, quamvis hoc sub ejus voluntatem cadat.

Quodsi quis dicat illud, quod videtur bonum cadere sub voluntatem, non per se, sed quia cuique tantum videtur tale, quoniam alii aliud videtur bonum, atque idem alii bonum, alii malum videtur, aut idem homo contraria sæpe bona existimat, nihil natura et per se sub voluntatem cadet.

Sed si hæc non videntur probabilia, illud dicemus, natura sua et revera et per se sub voluntatem cadere id quod sit bonum : aliquatenus vero et sub singulorum hominum voluntatem cadere id quod specie duntaxat bonum sit. Quamvis enim revera bonum non sit, pro ratione temporum tamen bonum est : verbi gratia, spoliare natura sua malum est, at spoliatori et pro tempore bonum : quare et simpliciter bonum videtur : quatenus vero bonum est, etiam sub voluntatem cadit. Quo fit, ut quod specie bonum est, aliquatenus etiam sub voluntatem cadat : viro bono igitur id quod revera bonum est optabile videtur, malo autem quidquid fors obtulerit.

---

* Cap. 4. ἡ δὲ βούλησις κτλ. — ** Δοκεῖ δὲ τοῖς μὲν κτλ. — *** Συμβαίνει δὲ τοῖς μὲν κτλ. — **** Τοῖς δ' αὖ τὸ φαινόμενον κτλ. — ***** Εἰ δὲ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει κτλ.

Secunda vero juris species ea est quæ ad corrigendum valet, vel quæ in negotiis tam sponte et invite contractis, quam furtivis et violentis versatur. Atque hæc quidem etiam in proportione aliqua consistit, non geometrica tamen, in qua prior illa forma in distributionibus posita locum habebat, sed arithmetica. Quum enim jus in distributionibus situm in rebus communibus inter cives dividendis vertatur, servata proportione pro dignitate singulis distribuit, et prout quisque aliquid in medium attulit : quia neque similes sunt omnes, neque cuncti similiter conferunt : quo fit, ut non æqualia, sed pro portione tantum accipiant : jus vero in emendatione positum, quod ad negotia pertinet, terminos habet injuriæ auctorem et injuria affectum. Neque in rebus, quæ singulis distribuuntur, proportionem, sed æqualitatem respicit : æqualitatem enim, quam corrumpit injuriæ auctor, dum boni aliquid aufert ab eo quem lædit et sibi vindicat, hanc vir justus restituit, siquidem tantam illi mulctam irrogat, quantam alteri injuriam intulit : atque ita æquum utrique tribuit. Sic quum quatuor sint termini tum læsi hominis, tum injuriarum auctoris, tum quod læsus a lædente patitur, tum quod injuriarum auctor a judice accipit, proportionem arithmeticam esse constat. Quo scilicet lædens læsum superabat, eo efficit judex, ut læsus lædentem superet : atque ita contingit, ut jus quod ad corrigendum valet talis proportionis quasi imago quædam sit. Quamvis enim vir bonus sit qui fraudat, malus homo qui fraudatur, hoc tamen nihil ad tale jus pertinet, nec si adulter improbus et injuria affectus probus sit, sed correctori semper æqualitas expetenda est : quoniam uterque tantum, quatenus ille quidem læsus est, hic vero lædit, spectatur : quantumque injuriæ auctor vel voluptatis vel pecuniæ vel dignitatis a læso abstulit, ita ut illum ea re superet, tantum judex læso reddit, quum injuriæ auctorem aut pecunia multet, aut ignominia notet, aut tormentis excruciet, aut

δὲ καὶ ἕτερον τρόπον τὴν ἀναλογίαν ταύτην ἐν ταύτῃ τῇ δικαιοσύνῃ κατιδεῖν, συνεχεῖς ποιησάμενον τοὺς ὅρους· ἔστι γὰρ ὡς ὁ ἀδικήσας πρὸς τὸν ἠδικημένον, οὕτως ὁ δικαστὴς πρὸς τὸν ἀδικήσαντα· οἷς γὰρ ἐποίησε πρὸς τὸν ἠδικημένον ὁ ἀδικήσας, τὰ ἴσα πάσχει παρὰ τοῦ δικαστοῦ.

*Ἐπεὶ τοίνυν ἡ μὲν ἀδικία τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον εἰσάγει καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐν τοῖς κακοῖς, ἐναντίως μέντοι· ὃς γὰρ τὸ μεῖζον ἀγαθὸν ζητεῖ, τὸ ἔλαττον κακὸν αἱρεῖται, ἡ δὲ δικαιοσύνη τὴν ἰσότητα, ἡ δὲ ἰσότης μέσον ἐστὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος· φανερόν, ὅτι ἡ τοιαύτη δικαιοσύνη μεσότης ἐστὶ μεταξὺ ζημίας καὶ κέρδους. Καλείσθω γὰρ ζημία μὲν πᾶν τὸ ἀδικεῖσθαι, κέρδος δὲ πᾶν τὸ ἀδικεῖν καὶ πλεονεκτεῖν, ἄν τε [c] εἰς χρήματα, ἄν τε εἰς δόξαν, ἄν τε εἰς ἄλλο τι ἀδικεῖν τις ἐθέλῃ. Ἔστι τοίνυν τὸ ἐπανορθωτικὸν δίκαιον μέσον ζημίας καὶ κέρδους· διὰ τοῦτο καὶ ὅταν ἀμφισβητῶσιν, ἐπὶ τὸν δικαστὴν καταφεύγουσιν, οἰόμενοι τοῦτον τὸν τρόπον μηδέτερον τούτων ζημιωθῆναι, ὅθεν ἐξ ἀνάγκης μηδὲν κερδᾶναι, ἀλλά τι μέσον λαβεῖν, καὶ γὰρ αὐτὸν εἶναι νομίζειν οἷον ἔμψυχον δίκαιον διορθωτικόν· καὶ καλοῦσι δὲ αὐτὸν μέσον, ὡς διὰ τοῦτο τοῦ μέσου τευξόμενοι. Ἔνιοι δὲ οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο καὶ τρεῖς μεσιδίους καλοῦσιν ἐν ταῖς ἀμφισβητήσεσιν· ὅθεν φαίνονται ὅτι τὸ μέσον ζητοῦσιν, ὡς ταὐτὸν ὂν τὸ μέσον ζητεῖν καὶ τὸ δίκαιον· μέσον ἄρα τὸ δίκαιον. Ἐπεὶ καὶ ὁ δικαστὴς μέσος, τὴν μεσότητα καὶ τὸ δίκαιον εἰσάγων, καὶ ἐπανισῶν τὴν ἀπὸ τῆς ἀδικίας ἀνισότητα. ** Καὶ ὥσπερ τὴν αβ γραμμὴν εἰς ἄνισα τμηθεῖσαν κατὰ τὸ δ, εἴ τις ἐθέλοι εἰς ἴσα διελεῖν, ἀφελὼν ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς βδ τὴν ὑπεροχὴν ἣν ὑπερέχει τῆς ἐλάττονος τῆς δα, τὴν γδ, καὶ προσθεὶς τῇ δα, τὴν αγ ἴσην ἐποίησε τῇ γβ, καὶ εὗρε τὴν διχοτομίαν τῆς αβ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀνισότητος τῆς ἀδικίας συμβαίνει. Τὸ γὰρ διορθωτικὸν δίκαιον, ἀφελόμενον [d] ἀπὸ τοῦ κέρδους τοῦ ἠδικηκότος, ὅπερ ὡς ὑπεροχή ἐστιν αὐτοῦ πρὸς τὸν ἠδικημένον, καὶ προστεθὲν [e] τῷ ἠδικημένῳ, ἰσότητα καὶ μεσότητα ἐποίησε. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ δίκαιον καλεῖται, ὅτι δίχα ἐστίν, ὥσπερ ἂν εἴ τις [f] εἴποι δίχαιον· καὶ ὁ δικαστὴς διχαστής.

*** Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς γραμμῆς ἔχει, ὅταν διχα διαιρεθῇ, ὅτι ἡ ἑτέρα τῶν ἴσων εὐθειῶν μέση ἀνάλογόν ἐστι κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος, οὕτω καὶ τὸ δίκαιον μέσον ἐστὶ

morte afficiat. Sed et alio modo in hac justitia hanc proportionem animadvertere possumus, si nimirum terminos conjungamus : sicut enim injuriæ auctor ad hominem læsum se habet, ita judex ad injuriæ auctorem : nam qualibus malis injuriæ auctor alterum mactavit, talia a judice accipit

Quum ergo injustitia tam in bonis quam in malis contrario modo majus et minus inducat : qui enim majus bonum appetit, minus eligit malum, justitia vero æqualitatem spectat, medium autem inter majus et minus æqualitas est : apparet talem justitiam temperamentum inter damnum et lucrum servare. Jam vero damnum dicatur omnis injuria nobis illata, lucrum autem omnis contumelia aliis imposita et fraudatio, sive in aliorum pecunias, sive in eorum existimationem, sive in aliud quid injurius aliquis esse vult. Est igitur jus, quod ad emendandum valet, medium inter damnum et lucrum : quocirca quum contendunt, ad judicem confugiunt, rati hoc modo neutri detrimentum importari ideoque necessario ipsos ne lucrari quidem quidquam, sed fore ut medium quiddam teneant propterea quod eum quasi vivum jus corrigendi vi præditum existimant, atque idcirco medium eum vocant, utpote juris illius ope ad medium perventuri. Nonnulli etiam non unum tantum, sed duos aut tres medianos in controversiis appellant : unde apparet eos medium quærere, quasi unum idemque sit medium quærere et justum : medium ergo est justum. Nam medius quoque est judex, mediocritatem et justum inducens, simulque inæqualitatem ab injustitia ortam tollens. Et ut si quis lineam AB inæqualiter divisam circa D, velit æqualiter dividere, auferendo a majori parte BD exsuperantiam, qua minorem DA superat, nimirum GD, addensque ad DA, AG æqualem facit ipsi GB, atque ita invenit, quo pacto bifariam AB dividi possit : sic etiam in injustitiæ inæqualitate res se habet. Quippe jus corrigendi vi præditum, si detractum sit de lucro lædentis, quod in eo læsi hominis respectu tanquam exsuperantia quædam animadvertitur, additumque ei qui injuria affectus est, æqualitatem et mediocritatem inducit. Quamobrem etiam jus græce dicæon nominatur, quia dicha, id est, bifariam divisum est, quasi divisum (dichæon) et judex divisor (dichastes) dicatur.

Et quemadmodum in linea se res habet, quum dupliciter divisa est, quia altera rectarum linearum æqualium arithmeticæ proportionis ratione majoris minorisque media est, sic justum quoque medium lucri et damni

* Ὥστε τοῦ μὲν πλείονος καὶ τοῦ ἐλάττονος τὸ ἴσον κτλ. — *** Καὶ ὥσπερ γραμμῆς εἰς ἄνισα τετμημένης κτλ.

**



τοῦ κέρδους καὶ τῆς ζημίας, τοῦ μείζονος ἢ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ, καὶ τοῦ ἐλάττονος· ἔλαττον μὲν τοῦ μείζονος, μεῖζον δὲ τοῦ ἐλάττονος. Ὅτι δὲ ἐπὶ τῆς γραμμῆς οὕτως ἔχει, καθὼς εἴρηται, φανερόν· ἡ γὰρ βδ ὑπερέχει τῆς γα τῇ γδ· ἡ δὲ γα ὑπερέχει τῆς αδ τῇ αὐτῇ τῇ γδ· ὥστε αἱ μὲν βδ, γα, αδ ἀνάλογον ἔχουσι κατὰ ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν· μέση δέ ἐστιν [g] ἡ γα, ἡ ἴση τῇ γβ, ἥτις ἐλάττων μέν ἐστι τῆς βδ, μείζων δὲ τῆς αδ, τῇ αὐτῇ τῇ γδ ἐλαττουμένη καὶ ὑπερέχουσα. Ἔτι δὲ καὶ ἐκεῖθεν δῆλον, τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἴσον μέσον ἀνάλογον εἶναι τῆς ζημίας καὶ τοῦ κέρδους, κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν· ἔστωσαν τρεῖς εὐθεῖαι ἴσαι



ἀλλήλαις, αἱ αα, ββ, γγ· τετμήσθω δὲ ἡ αα δίχα κατὰ τὸ ε, ἥ τε [h] γγ κατὰ τὸ ζ· καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς αα ἡ αε· φανερὸν δή, ὅτι ἡ γγ μείζων ἔσται τῆς εα τῇ γζ· προσκείσθω δὲ ἡ ἀφαιρεθεῖσα τῆς αα τῇ γγ, καὶ ἔστω ἡ δγ· φανερὸν δή, ὅτι ἡ δγ μείζων ἐστὶ τῆς εα τῇ τε δγ καὶ τῇ γζ. Εἰ τοίνυν δεήσει τῶν ἄκρων εὐθειῶν τὴν ἰσότητα ἐπαναγαγεῖν, διὰ τῆς ββ τοῦτο ποιήσομεν· ὥσπερ γὰρ κανόνα τῇ γδ ἐφαρμόσαντες τὴν ὑπεροχὴν ἀφελοῦμεν· [i] ἐφαρμόσαντες δὲ τῇ αα, τὸ ἐλλεῖπον προσθήσομεν· καὶ οὕτως ἔσονται πάλιν αἱ ἄκραι ἴσαι ἀλλήλαις. Αὕτη δὴ ἡ τὴν ἰσότητα ἐπανάγουσα ββ, μέση ἀνάλογόν ἐστι [k] κατὰ ἀριθμητικὴν τῆς δγ καὶ εα· ἡ μὲν γὰρ δγ τῆς ββ ὑπερέχει τῇ δγ, ἡ δὲ ββ τῆς εα ὑπερέχει τῇ αὐτῇ τῇ δγ· ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διορθωτικοῦ δικαίου τὸ αὐτὸ συμβαίνει, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν συμβαίνει. Τότε γὰρ εὖ ἔχουσι καὶ συνίστανται, ὅταν ἐν χρείᾳ τούτων γενώμεθα, καὶ τοσοῦτον τεχνιτῶν δεώμεθα, ὅσον αὐτοὶ περὶ τὴν τέχνην πονοῦσι καὶ ζημιοῦνται· οὕτω γὰρ δυνατὸν συνιστάναι τοὺς τεχνίτας, τὴν ἔνδειαν παρὰ τῶν δεομένων ἀναπληροῦντας. Εἰ δὲ οἱ μὲν πονοῦσι καὶ ποιοῦσι τὰς τέχνας, οἱ πάσχοντες δὲ αὐτάς, οἱ δεόμενοι αὐτῶν δηλονότι, οὐχ οὕτω πάσχουσιν ὡς ἐκεῖνοι ποιοῦσιν, ἀλλὰ πολλῷ ἔλαττον, οὐδὲν κωλύει πάσας ἀπολέσθαι. Διὰ τοῦτο κἀνταῦθα [l] τὸ μέσον καὶ τὸ ἴσον ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅ ἐστι μεταξὺ ζημίας καὶ κέρδους.

* Ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα, ἡ ζημία καὶ τὸ κέρδος, λέγεται μὲν κυρίως ἐπὶ τῶν ἑκουσίων συναλλαγμάτων, ἐλήφθη δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀκουσίων. Λέγεται γὰρ ἁπλῶς κερδαίνειν, τὸ κτήσασθαι πλείονα ὧν τις κέκτηται· ὁμοίως καὶ ζημιοῦσθαι, τὸ κτήσασθαι ἐλάττονα ὧν

est, majoris videlicet aut minoris boni vel mali, minus scilicet majore, majus minore. Hanc autem quam diximus, lineæ esse rationem, manifestum est : BD enim superat GA ipsa GD : GA autem superat AD eadem GD : itaque BD, GA, AD proportione arithmetica conveniunt. media autem est GA, quippe quæ æqualis illi GB sit, quæ minor est quam BD, sed major quam AD, eadem illa GD, qua et superatur et superat. Sed inde etiam intelligitur, id quod justum est et æquale, proportione, et quidem arithmetica, medium esse damni et lucri : sint tres rectæ lineæ inter se æquales, AA, BB, GG : secetur autem AA bifariam circa E, et GG circa Z : deinde auferatur ab AA linea pars AE : perspicuum igitur est, GG majorem futuram quam EA, ipsa GZ : addatur postea quæ aufertur ab AA ad GG, et sit DG : apparet ergo DG majorem futuram quam EA, ipsa DG et GZ. Quodsi extremæ rectæ lineæ partes ad æqualitatem nobis redigendæ sunt, hoc per BB faciemus : tanquam normam enim illi GD aptando exsuperantiam tollemus : quam ad AA apponendo, id quod deest addemus : atque ita rursus æquales inter se erunt extremæ partes. Ipsa vero quæ æqualitatem hanc inducit BB, media erit arithmetica proportione illius DG et EA : DG enim BB ipsa DG superat, BB autem EA eadem DG. idem vero etiam in jure corrigendi vi prædito locum habere, ex præcedentibus apparet. Verum hoc in artibus quoque contingit. Tunc enim bene se habent et constant, quum iis opus habemus, ac tantum artificibus egemus, quantum ipsi artifices vel laboris ad artes suas impendunt vel damni contrahunt : quippe ita licebit efficere, ut consistant artifices, si lacunam rei familiaris per eos qui ipsorum arte egent, expleant. Sed si illi quidem operam navant suasque artes exercent, hi autem qui eas sustinent, id est qui iis egent, non ita sustinent ut illi eas exercent, sed multo minus, nihil obstabit, quominus omnes pereant. Quapropter et hic necessario medium et æquale requiritur, quod inter damnum et lucrum interjectum est.

Hæc autem nomina, damnum ac lucrum, licet proprie de iis quæ sponte cum aliis contrahimus, negotiis usurpentur, nihilominus tamen etiam ad res non voluntarias transferuntur. Dicitur enim simpliciter lucrari, qui plus quam ante habebat sibi comparavit : pariterque damnum facere, qui minus quam a principio possidebat sibi acquisivit : sed bona quorum in possessione prius

* Ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα κτλ.

εἶχεν ἐξ ἀρχῆς· τὸ δὲ τὰ ὄντα ἔχειν οὔτε ζημία, οὔτε κέρδος ὀνομάζεται, ἀλλά τι μέσον· ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιόν ἐστι· λέγω δὲ τῶν ἐν τοῖς ἀκουσίοις συναλλάγμασιν, ὅταν τις τοσαῦτα λάβῃ, ὅσα εἶχε πρὶν ἀδικηθῆναι ἢ ἀδικῆσαι, τοῦτ' ἔστι κερδᾶναι[m] ἢ ζημιωθῆναι. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἑκουσίοις συναλλάγμασι κέρδος οὔτε ἄδικόν ἐστιν, οὔτε εὐθύνεται· τούτων γὰρ ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος.

(Scripsi : [a] τοῦ τε] cod. τοῦτε. — [b] δικαστοῦ, συμβαίνει ἀναλογίαν] ex Heinsii conjectura; cod. δικαστοῦ, ἀναλογίαν. — [c] ἄν τε] cod. ἄντε. — [d] ἀφελόμενον] cum codd. i. e. ἀφαιρεθέν. Vid. Matthiæ Gr. Gr. § 496. 8 et Wesseling. ad Herodot. V, 35. — [e] προστεθὲν] cod. προσθὲν. — [f] εἴ τις] cod. εἴτις. — [g] δέ ἐστιν] cod. δὲ ἔστιν. — [h] ἥ τε] cod. ἥτε. — [i] ἀφελοῦμεν] cum codd. i. e. ἀφαιρήσομεν, ut καθελεῖ pro καθαιρήσει Diog. Laert. VI, 78. — [k] ἐστι] cod. ἔστιν. — [l] κἀνταῦθα] cod. κἀνταῦθα. — [m] τοῦτ' ἔστι κερδᾶναι] cod. τουτέστι κερδάναι. —)

fueras possidere, neque damnum dicitur, neque lucrum, sed medium quid : quare jus inter lucrum et damnum medium est : loquor de iis quæ ad res non voluntarias pertinent, quando aliquis tantundem consequitur, quantum ante injuriam vel acceptam vel illatam possidebat, hoc est, antequam lucraretur aut damnum faceret. Quod enim in contractibus sponte nostra factis lucrum vocatur, neque injustum est, neque corrigitur : nimirum quia legibus hoc conceditur.

Κεφ. ϛ'.

Ὅτι τὸ ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἔστιν εἶδος δικαιοσύνης, εἰ μὴ κατὰ ἀναλογίαν ἡ ἀντιπεπόνθησις γένοιτο.

* Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι ἔλεγον δίκαιον εἶναι τὸ ἀντιπεπονθός, τὸ τὰ αὐτὰ πάσχειν, ἃ ποιεῖ τις· καὶ πρὸς τοῦτο φέρειν καὶ τὸ τοῦ Ῥαδαμάνθυος ἔπος·

εἴ κε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

Τοῦτο δὲ τὸ ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὐδενὶ εἴδει τοῦ δικαίου. Οὔτε γὰρ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον τοιοῦτόν ἐστιν, οὔτε τὸ διορθωτικόν· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς διανομῆς οὐ δυνατὸν ἀεὶ τὸν πολίτην ἐκεῖνα πάσχειν εὖ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ἅπερ ἐποίησεν· εἰ γὰρ τύραννον ἀπέκτεινε, πῶς τὸ αὐτὸ πείσεται; ἐπὶ δὲ τοῦ διορθωτικοῦ δικαίου πολλαχοῦ διαφωνεῖ· εἰ γάρ τις ἄρχοντα ἐπάταξεν, οὐ δίκαιον πληγῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι· καὶ εἴ τις ἄρχων ὤν τινα τῶν ἀρχομένων ἐπάταξεν, οὐ δίκαιον τὰ ἴσα παθεῖν· εἰ δέ τις καὶ ἀκουσίως καὶ ἀγνοῶν ἔβλαψε τὸν πέλας, οὐ δίκαιόν ἐστιν ὁμοίως ἀντιβλαβῆναι.

** Δυνατὸν δὲ τὴν τοιαύτην ἀντιπάθειαν δικαίαν εἶναι ἐν ταῖς ἀλλακτικαῖς κοινωνίαις· οἷον ἐν τῷ εὖ ποιεῖν ἀλλήλους καὶ κακῶς ποιεῖν, καὶ ἐν τοῖς τῶν τεχνῶν πρὸς ἀλλήλας[a] συναλλάγμασι· πλὴν τὴν ἀντιπάθειαν οὐ κατὰ τὸ ἴσον ἐκλαβεῖν δεῖ, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνάλογον. Ὁ γὰρ τὸν ἄρχοντα τυπτήσας τὴν τάξιν τῆς πολιτείας ἀνεῖλε, καὶ οὐ τυπτήσεται, ἀλλὰ ἀποκτανθήσεται· καὶ ὁ τὸν γάμον τοῦ πέλας διαφθείρας πείσεται μὲν καὶ αὐτὸς κακῶς, οὐ τὰ αὐτὰ δέ, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνάλογον· εἴτε γὰρ μὴ πείσεται κακῶς ὁ δράσας κα-

Cap. VI.

Talionem non esse speciem justitiæ, nisi pro portione reciproca illa perpessio locum habeat.

Pythagorei autem jus reciprocam perpessionem esse dicebant, id est, quum quis patitur idem quod fecit : atque huc spectare illud Rhadamanthi :

si quis, quod fecit, patiatur, jus erit æquum.

Hæc vero reciproca perpessio nulli justitiæ formæ congruit. Neque enim jus in distributionibus positum est tale, neque corrigendi vi præditum : fieri enim non potest, ut in distributione semper eadem beneficia e publico accipiat civis, quæ prior contulit : nam si quis, exempli gratia, tyrannum interfecerit, quomodo idem ei usu veniet? in jure autem corrigendi vi prædito sæpe discrepat res : si quis enim magistratum percussit, is non solum verberibus, sed etiam graviore pœna dignus est : ac si quis magistratum gerens aliquem eorum, qui sub ipsius potestate sunt, percussit, non est æquum, eum parem pœnam sustinere : sed si quis et invitus et ignarus alium læsit, non est æquum, illum simili incommodo affici. Potest tamen in communitate rerum ultro citroque permutandarum justa esse reciproca ejusmodi perpessio : ut quum alter alteri vel bene facit vel male, atque in negotiis de mutuo artium subsidio contractis : verum ibi non æqualitate, sed proportione reciprocam illam perpessionem explicari oportet. Qui enim prætorem maximum pulsavit, quum rerum publicarum ordinem perturbaverit, non verberibus, sed morte mulctabitur : et qui alienam uxorem stupravit, punietur et ipse, non eodem tamen modo, sed pro portione : sive enim non punitur qui male fecit, servitus revera et tyrannis erit:

* Cap. 5. δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι κτλ. — ** Ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις κτλ.

κῶς, δουλεία τις ἔσται καὶ τυραννὶς ἡ πολιτεία· εἴτε τὰ αὐτὰ πείσεται ἅπερ ἔδρασεν, ἄτοπόν τι καὶ αἰσχρόν. Ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν χαρίτων, καὶ τοῦ εὖ ποιεῖν καὶ εὖ πάσχειν· πρὸς μὲν γὰρ τὴν ἰσότητα τῆς πολιτείας ἀναγκαῖόν ἐστι τὸν εὖπαθόντα καὶ εὖ ποιῆσαι καὶ τὴν χάριν ἀμείψασθαι, καὶ ἔτι δευτέρων ἄρξαι χαρίτων· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο εἴη, ἀπολεῖται ἡ μετάδοσις, ἣ συνέχει τὴν πολιτείαν καὶ τὴν ὁμόνοιαν. Διὰ τοῦτο καὶ Χαρίτων ἱερὸν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων ἵδρυται· ἵνα αἱ Χάριτες τιμῶνται διὰ τῆς ἀντιχάριτος. Οὐ δυνατὸν δὲ τὴν χάριν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ ἀντιχάριτι, ἀλλὰ ἀνάλογον· δίδωσι γάρ τίς τινι οὗ δεῖται ὁ λαμβάνων, καὶ λαμβάνει παρ' ἐκείνου, οὗπερ αὐτὸς ἐν χρείᾳ καθέστηκε· καὶ οὕτω χαίρει καὶ χαίρειν ποιεῖ· εἰ δὲ τὰ αὐτὰ λήψεται ἃ δέδωκε, τίς ἡ χάρις; Ὥστε καὶ τὸ εὖ ποιεῖν καὶ εὖ πάσχειν οὐ κατὰ τὸ αὐτό, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνάλογον γίνεται.


[a] Τοῦτο δὲ καὶ ἐκεῖθεν φανερώτερον γένοιτ' ἄν. Αἱ μεταδόσεις καὶ ἀντιδόσεις κοινωνίαι τινές εἰσιν· αἱ δὲ κοινωνίαι τῶν ἐν χρείᾳ· ἐκείνου γάρ τις ζητεῖ κοινωνεῖν, οὗ χρείαν ἔχει· τὸ δὲ ἐν χρείᾳ εἶναι τῶν ἀνομοίων ἐστίν· οὐ γὰρ δεῖταί τις ἑαυτοῦ ἢ τῶν ἑαυτοῦ, ἢ ὧν αὐτὸς δύναται ποιεῖν, ἀλλ' ὧν οὐκ ἔχει, οὐδὲ δύναται ποιεῖν, ἐκείνων ζητεῖ τῷ πλησίον κοινωνεῖν· ὁ γὰρ σκυτοτόμος οὐ δεῖται τοῦ σκυτοτόμου, οὐδὲ ὁ ἰατρὸς τοῦ ἰατροῦ, ἀλλ' ὁ σκυτοτόμος ἰατροῦ, καὶ ὁ ἰατρὸς σκυτοτόμου· ὥστε φανερόν, ὅτι αἱ χάριτες τῶν ἀνομοίων εἰσίν. Αἱ ἄρα μεταδόσεις, καὶ αἱ ἀντιδόσεις οὐχ αἱ αὐταὶ ἔσονται·[b] ἀλλ' ἵνα καὶ κατὰ τὸ δίκαιον γίνωνται, κατὰ τὸ ἀνάλογον τὴν ἰσότητα ἐκληπτέον· ὁ γὰρ σκυτοτόμος τῷ οἰκοδόμῳ ὑπόδημα δώσει, λήψεται δὲ ὅσα εἰς οἰκίαν φέρει ἀναλόγως τῇ χάριτι· καὶ ὁ ἰατρὸς τῷ γεωργῷ ἄλλα μὲν δώσει, ἄλλα δὲ παρ' αὐτοῦ λήψεται κατὰ ἀναλογίαν. Ἐνδέχεται γὰρ τὸ ἑτέρου ἔργον τιμιώτερον εἶναι θατέρου· οὐ γὰρ ἀντὶ οἰκίας ὑποδήματα δώσει ὁ σκυτοτόμος τῷ οἰκοδόμῳ, ἀλλὰ τοσοῦτον δεῖ εἰσενεγκεῖν τὸν σκυτοτόμον εἰς τὴν ἀντίδοσιν, ὅσον ἐκεῖνος εἰς τὴν οἰκίαν ἐζημιώθη· εἰ δὲ μή, ἄνισα ἔσται τὰ ἀλλάγματα, καὶ αἱ χάριτες ἀνώμαλοι. Δεῖ τοίνυν ἐν ταῖς χάρισι τηρεῖν τὴν ἰσότητα· πλὴν κατὰ τὴν ἀναλογίαν, ἣν ποιεῖ ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις· διάμετρος μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ παραλληλογράμμου ἐπὶ τὴν ἀπεναντίον γωνίαν ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα.

respublica; sive eodem incommodo afficitur, quod aliis attulit, absurdum ac turpe erit. Similiter in muneribus dandisque et accipiendis beneficiis se res habet: nam ad conservandam reipublicæ æqualitatem necesse est eum, qui beneficium accepit, aliis quoque benigne facere et gratiam referre atque etiam alia beneficia prius in bene meritos conferre: quod nisi contigerit, peribit communicatio, quæ civitatem hominumque concordiam sustinet. Quocirca et Gratiarum templum in singulis urbibus exstructum est, ut Gratiæ beneficiorum remuneratione colantur. Non potest autem acceptum beneficium idem esse cum ejus remuneratione, sed pro portione tantum respondere: dat enim aliquis alicui quo eget is qui accipit, vicissimque accipit ab eo quo ipse opus habet: atque ita gaudet et gaudere facit: quod si eadem accipiat, quæ dedit, quænam erit gratia? Quamobrem beneficiis ornare alios et ab iis ornari, non eodem modo, sed pro portione fit.

Hoc vero etiam ex eo quod dicturi sumus, magis apparebit. Nam conferre beneficium in aliquem, vicissimque referre gratiam communicatio quædam est: communicatio autem rerum necessariarum est: siquidem rerum, quibus eget aliquis, particeps esse studet: opus vero habemus iis quæ sunt dissimilia: neque enim quisquam se ipso vel rebus suis vel iis quæ ipse efficere potest, eget, sed quæ nec habet nec efficere ipse potest, eorum particeps fieri ab alio cupit: quippe sutor non eget sutore, nec medicus medico, sed sutor medico, et medicus sutore, ut vel hinc appareat, dissimilia esse beneficia. Quare nec beneficii collatio, neque ejus remuneratio eadem erit: sed ut juste fiant, proportione æqualitas fingenda est: sutor enim architecto calceum dabit: vicissimque architectus accipiet operæ in exstruendo ædificio positæ pretium proportione ejus quod præstitit: similiter et medicus alia dabit agricolæ, alia pro portione ab eo accipiet. Quippe fieri potest, ut alterius opus majoris pretii quam alterius sit: siquidem haudquaquam pro ædificio calceos architecto sutor dabit, sed sutorem tantum pecuniæ in remunerationem impendere oportet, quantum damni in exstruendo ædificio ille contraxit: sin minus, inæqualis erit permutatio et beneficia minime paria. Quamobrem in beneficiis quibus alius alium ornat servanda est æqualitas, verum pro portione, quam directa efficit conjunctio: dimetiens enim est, quæ ab adverso parallelogrammi angulo in oppositum recta transcurrit linea.

architectus	sutor
a	g
b	d
domus	calceus

[a] Ποιεῖ δὲ τὴν ἀντίδοσιν τὴν κατ' ἀναλογίαν κτλ.



Ἔστω δὲ ὥσπερ τετράγωνον οἱ τέσσαρες ὅροι· ὁ οἰκοδόμος, ὁ σκυτοτόμος, τὸ ὑπόδημα, ἡ οἰκία· ὁ οἰκοδόμος μὲν ἐφ' οὗ τὸ α, σκυτοτόμος δέ, ἐφ' οὗ τὸ γ, οἰκία, ἐφ' οὗ τὸ β, ὑπόδημα, ἐφ' οὗ τὸ δ· ἐπεὶ τοίνυν ὑπὸ τὸν σκυτοτόμον τὸ ὑπόδημα τίθεται, ὥσπερ τὸ δ ὑπὸ τὸ γ, καὶ ὑπὸ τὸν οἰκοδόμον ἡ οἰκία, ὥσπερ τὸ β ὑπὸ τὸ α, ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαις συναφθήσεται μὲν ὁ οἰκοδόμος τοῖς ὑποδήμασιν, ὥσπερ συνάπτεται τὸ α τῷ δ· ὁ δὲ σκυτοτόμος τῇ οἰκίᾳ, ὥσπερ τὸ γ τῷ β· καὶ οὕτως ἔσονται αἱ κοινωνίαι κατὰ διάμετρον· οὐ κατὰ τὰ αὐτά, ἀλλὰ κατὰ τὰ ἀνάλογα.

* Διὰ τοῦτο δεῖ τὰ ἀλλασσόμενα λόγον ἔχειν καὶ συμμετρίαν πρὸς ἄλληλα· εἰσὶ γὰρ ἔνια, ἃ οὐδὲ δύναται σχεδὸν ἀλλαγῆναι διὰ τὸ ἀσύμμετρα εἶναι· οἷον τὸ τοῦ αὐλητοῦ ἔργον, καὶ τὸ τοῦ οἰκοδόμου. Διὰ τοῦτο παρελήφθη τὰ νομίσματα, ἅτινα πρὸς πᾶν ἔργον δύνανται ἀλλαγῆναι, καὶ παντὸς ἔργου τὴν ἀξίαν μετροῦσιν· ἀπὸ τούτων γὰρ γινώσκομεν πόσων ὑποδημάτων ἡ οἰκία ἀξία ἐστίν, ἢ πόσης τροφῆς, ἢ ἄλλων ἔργων· εἰ γὰρ μὴ ἡ ἀξία ἑκάστου γινώσκοιτο, οὐ δύναται συστῆναι ἡ ἀλλαγὴ καὶ ἡ κοινωνία· τὸ γὰρ μὴ διδόναι καὶ λαμβάνειν ἀξίωμα οὐκ ἔστιν ἀλλαγὴ οὐδὲ κοινωνία.

** Διὰ τοῦτο ἀνάγκη εἶναί τι ἓν μέτρον κοινὸν ἁπάντων, ᾧ πάντα δυνάμεθα μετρεῖν, καὶ δι' οὗ τὴν ἀξίαν ἑκάστου γινώσκομεν. Ἔστι δὲ φύσει μὲν καὶ ἀληθείᾳ ἡ χρεία μέτρον ἁπάντων· καθόσον γάρ τις δεῖταί τινος, κατὰ τοσοῦτον βούλεται αὐτῷ κοινωνεῖν· εἰ γὰρ μὴ δέοιτο τῶν ἑτέρου, ἢ μὴ ὥσπερ ἄλλος τῶν ἐκείνου, ἀλλὰ ἔλαττον, οὐκ ἔσται ποτὲ ἀλλαγή· δεόμενος δὲ τὰ ἑαυτοῦ δίδωσι, καὶ λαμβάνει τὰ τῶν ἄλλων. Ἡ μὲν οὖν χρεία φύσει καὶ ἀληθείᾳ μέτρον ἐστὶ τῶν πραγμάτων· αὕτη γὰρ πάντας εἰς ἓν συνάγει· νόμῳ δὲ καὶ κατὰ συνθήκην τὸ νόμισμα· καὶ διὰ τοῦτο καὶ νόμισμα καλεῖται, ὅτι οὐκ ἔστι φύσει, ἀλλὰ παρ' ἡμῶν ἐτέθη, καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστι μεταβαλεῖν αὐτὸ καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Ἔστι τοίνυν καὶ τὸ νόμισμα μέτρον, ὡς εἴρηται, τῆς τῶν πραγμάτων ἀξίας, καὶ αὐτοῦ μὲν οὐκ

Sint ergo nobis quadrati instar quatuor termini : architectus, sutor, calceus, ædificium : et quidem architectus ubi A, sutor autem ubi G est, ædificium ubi B, calceus denique ubi D : quoniam igitur sub sutore calceus ponitur, sicut D ponitur sub G, et sub architecto ædificium, quemadmodum B sub A ponitur, in communicatione mutua conjungetur architectus cum calceis, ut A conjungitur cum D : sutor vero cum ædificio, sicut G cum B : atque ita mediis lineis communicatio efficietur : non quidem eodem modo, sed pro portione.

Quare oportet ea quæ permutantur rationem aliquam inter se habere et convenientiam : sunt enim quædam, quæ fere ne permutari quidem possint, quia inter se non congruunt : verbi causa, tibicinis opus et architecti. Quapropter nummi assumti sunt, qui qualibet re permutari queunt, omniumque rerum pretium metiuntur : hinc enim discimus, quot calceos valeat ædificium, item quantum cibi, aut aliarum rerum : nam nisi cujusque rei pretium cognovimus, neque permutatio ulla locum habere potest, neque communicatio : siquidem non dare aut accipere quod pretium singulæ res habent, non est permutatio aut communicatio.

Quapropter necesse est unam aliquam esse communem omnium rerum mensuram, qua metiri cuncta queamus singularumque rerum pretia cognoscimus. Hæc autem rerum omnium mensura proprie quidem et revera indigentia est : nam quatenus aliquis quopiam eget, eatenus ejus particeps esse vult : nisi enim iis quæ alterius sunt eget, aut minus quam alius quæ ipsius sunt desiderat, nulla unquam erit permutatio : quum vero egeat, dat sua accipitque aliena. Proprie ergo ac revera rerum mensura est indigentia : hæc enim omnes adunat : at lege vero et instituto nummus est : ideoque etiam nummus vocatur, propterea quod non lege valeat, sed a nobis inventus et signatus sit, ac simul in nostra potestate sit, eum immutare inutilemque reddere. Est ergo nummus quoque, quemadmodum diximus, pretii omnium

* Διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι κτλ. — ** Δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι κτλ.

ἐστι χρεία δι᾽ ἑαυτῆς, ἐστι δὲ ὥσπερ ὑπάλλαγμα τῆς χρείας· διὰ τούτων τοίνυν τῶν μέτρων γνωσθείσης ἑκάστου τῆς ἀξίας τῶν ἔργων, ἡ ἀλλαγὴ ἰσόῤῥοπος ἔσται κατὰ τὸ ἀνάλογον.

* Ἡ δὲ ἀναλογία ἔσται ἀντιπεπονθότως· οὕτω γὰρ δυνατὸν ἰσασθῆναι τὴν ἀλλαγήν. Ἀντιπεπονθότα δὲ λέγονται παρὰ τοῖς μαθηματικοῖς, ὅταν ᾖ, ὡς τὸ α πρὸς τὸ β, τὸ γ πρὸς τὸ δ· καὶ ὡς τὸ α πρὸς τὸ γ, τὸ δ πρὸς τὸ β· εἰ τοῦτον τοίνυν τὸν τρόπον ἀνάλογον ἔσται τὰ ἀλλασσόμενα, καὶ οἱ ἀλλάσσοντες, δικαία ἔσται ἡ ἀλλαγή. Ἔστω γὰρ σκυτοτόμος ἐφ᾽ οὗ γ, γεωργός, ἐφ᾽ οὗ α, ὑποδήματα, ἐφ᾽ οὗ δ, σῖτος, ἐφ᾽ οὗ β· κείσθω δὴ τὸν γεωργὸν πρὸς τὸν σκυτέα διπλάσιον λόγον ἔχειν, ἔσται δὴ καὶ ὁ σῖτος διπλάσιος τῇ ἀξίᾳ τῶν ὑποδημάτων· εἰ τοίνυν ἔσται ὡς γεωργὸς πρὸς τὸν σκυτέα, τὰ ὑποδήματα πρὸς τὴν τροφὴν ἢ τὸν σῖτον, διπλασίονα ἔσται τὰ ὑποδήματα τοῦ σίτου, καὶ οὕτως ἔσονται ἄξια τοῦ σίτου· εἰ δὲ μὴ οὕτως ἡ ἀλλαγὴ γένοιτο, οὐ δεῖ εἰς σχῆμα ἀναλογίας ἄγειν αὐτά, οὐ γὰρ δυνατὸν ἰσασθῆναι. Εἰ γὰρ ἔσται, ὡς ὁ γεωργὸς πρὸς τὸν σκυτέα, τὸ ἔργον τοῦ γεωργοῦ ὃ λαμβάνει ὁ σκυτεὺς πρὸς τὸ ἔργον τοῦ σκυτέως ὃ λαμβάνει ὁ γεωργός, οὐκ ἔσται ἰσότης, ἀλλ᾽ ὅταν ἀντιπεπονθότως ἔχωσι, τότε ἀλλαγὴ κυρίως καὶ κοινωνία γίνεται.

** Ὅτι δὲ ἡ χρεία συνέχει τὰς πολιτείας, καὶ αὕτη τὰς κοινωνίας ποιεῖ καὶ τὰς ἑνώσεις, καθάπερ ἕν τι ὄν, δῆλον· καὶ γὰρ ὅταν μὴ χρείαν ἔχωσιν ἀλλήλων, οὐκ ἀλλάττονται, οὐδὲ κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις ἢ ὅταν ὁ μὲν δέηται [d] θατέρου, ἅτερος δὲ θατέρου χρείαν οὐκ ἔχῃ, καὶ τότε γὰρ ὁμοίως ἀκοινώνητοί εἰσιν· ὥσπερ τοὐναντίον, ὅταν οὗ μὲν ἔχει αὐτὸς δέηταί τις, αὐτὸς δὲ χρήζῃ [e] ὧν ἐκεῖνος δοῦναι δυνατός.

*** Ἐπεὶ δὲ πολλάκις ὁ μὲν γεωργὸς δεῖται τοῦ ἔργου τοῦ τέκτονος, ὁ δὲ τέκτων οὐ δεῖται τοῦ γεωργικοῦ, ἵνα τὰ ἀλλάγματα καὶ αἱ κοινωνίαι μηδέποτε [f] κωλύωνται, παρελήφθη τὸ νόμισμα· καὶ τοῦτο διδοὺς ὁ γεωργὸς τῷ τέκτονι λαμβάνει παρ᾽ ἐκείνου τὸ ἐκείνου ἔργον· ὃ δὴ τὸ νόμισμα καθάπερ ἐγγυητής ἐστι πρὸς τὸν τέκτονα, ὅτι ἐπειδὰν τῶν τοῦ γεωργικοῦ δεηθῇ, δι᾽ αὐτοῦ λήψεται παρὰ τοῦ γεωργοῦ ὧν ἐν χρείᾳ καθέστη. Καὶ οὕτω κἀνταῦθα [g] διὰ τὴν μέλλουσαν τοῦ τέκτονος χρείαν ἡ ἀλλαγὴ καὶ ἡ κοινωνία γίνεται. Καὶ τὸ νόμισμα δυνάμει ἐστὶ πάντα σχεδόν, ὧν δεῖται ἕκαστος ἑκάστου· καὶ ἡ τούτου χρεία μάλιστα μένει· εἰ καὶ μὴ ἀεὶ ὁμοίως. Καὶ γὰρ ἐν μὲν ταῖς εὐθηνίαις πολλή τίς ἐστιν ἡ χρεία τοῦ νομίσματος· ἐν δὲ ταῖς σιτοδείαις οὐκέτι· [h] οὐ γὰρ ἄν τις ἕλοιτο ὀλίγον προέσθαι σῖτον πολλῶν νομισμάτων. Ὅμως δὲ δι᾽ ἃ εἴρηται μᾶλλον μένει ἡ τούτου χρεία, ἢ ἡ τῶν ἄλλων· διὸ δεῖ πάντα τιμᾶσθαι· οὕτω γὰρ δυνατὸν εἶναι ἀεὶ ἀλλαγὴν καὶ κοινωνίαν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ πάντα μετρεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι

rerum mensura, qui tamen per se non desideratur, sed quasi in locum indigentiæ successit : quum hac ergo mensura singula rerum pretia cognoverimus, æqualis pro portione permutatio erit.

Porro reciproca et quasi e talionis lege erit hæc proportio : quippe ita æquari poterit permutatio. Reciproca autem hoc modo dicuntur apud mathematicos, quum sicut A ad B, ita se habet C ad D : et ut A ad C, ita D ad B : si hoc ergo modo pro portione respondent res permutatæ hominesque permutantes, justa erit permutatio. Sit enim sutor ubi C, agricola ubi A est, calcei ubi D, frumentum ubi B : ponamus ergo agricolam ad sutorem dupli rationem habere, profecto et frumentum duplicis pretii rationem ad calceos habebit : si igitur quemadmodum agricola ad sutorem, sic calcei ad cibum aut frumentum se habebunt, necesse erit duplo frumentum excedant calcei, atque ita frumenti pretium æquabunt : quod nisi ita fit permutatio, in proportionis formam ista redigenda non erunt, quia æquari non possunt. Si enim quemadmodum agricola ad sutorem, sic et opus agricolæ quod accipit sutor, ad opus sutoris se habet quod accipit agricola, non erit æqualitas, sed quum reciproca accedit talio, tum demum proprie permutatio fit et communicatio.

Indigentia autem contineri civitates, eamque esse quæ vitæ communionem efficiat et unitatem, tanquam unum quid, manifestum est : quum enim alter altero non indiget, non permutant neque communicant inter se : aut quum unus quidem altero, alter autem altero non indiget, ne sic quidem similiter communicant : quod contra tum demum locum habet, quum quod aliquis ipse possidet, eo eget alter, ipse autem rursus eget eo quod ille dare potest.

Quum vero sæpenumero agricola fabri opere indigeat, sed agricolæ opere non indigeat faber, ne unquam permutatio et communicatio impediretur, adhiberi nummus cœpit : hunc quum fabro tradit agricola, vicissim illius opus ab eo accipit : qui quidem nummus fabro quasi spondet, ubi quid eorum quæ ad rusticum pertinent desideret, fore ut pecuniæ beneficio quæ ipsi necessaria sunt ab agricola accipiat. Atque ita quia aliquando quoque indigere talibus faber poterit, permutatio hic fit et communicatio. Quin etiam nummus potentia fere omnium instar est, in quibus alter alterius opera indiget : manetque in primis hujus rei necessitas, quamvis non eodem semper modo. Etenim in annonæ vilitate maxime necessarius est nummus, in caritate contra, non item : quia non facile tum reperiatur qui parum frumenti magno emtum aliis condonare velit. Nihilominus tamen ob ea quæ dicta sunt magis hujus quam cæterarum rerum manet necessitas : ideoque omnia æstimari oportet, quia ita demum semper permutatio et communicatio locum

* Ἔσται δὴ ἀντιπεπονθός, ὅταν ἰσασθῇ κτλ. — ** Ὅτι δ᾽ ἡ χρεία συνέχει κτλ. — *** Ὑπὲρ δὲ τῆς μελλούσης ἀλλαγῆς κτλ.

νομίσματι ἡ ἰσότης γίνεται· ἀπὸ δὲ τῆς ἰσότητος ἀλλαγὴν γενέσθαι δυνατόν. Ἰσότητα δὲ οὐκ ἀεὶ δυνατὸν γίνεσθαι ἄνευ νομίσματος· τινὰ γὰρ ἔργα τεχνῶν οὕτως ἀλλήλων διαφέρει, ὥστε παντελῶς ἀσύμμετρα εἶναι, καὶ μηδένα λόγον ἔχειν πρὸς ἄλληλα· ὅθεν οὐ δυνατὸν ἰσότητα εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς. Ὅτι δὲ ἑκάτερος ἑκατέρου δεῖται, διὰ ταύτην τὴν χρείαν παρελήφθη ἕν τι κοινὸν μέτρον ὃ πάντα μετρεῖ, τὸ νόμισμα· ὃ φύσει μὲν καὶ ἀληθείᾳ οὐ μετρεῖ, (οὐ γάρ ἐστι μέρος τῶν μετρουμένων), νόμῳ δέ τινι ἡμετέρῳ καὶ συνθήκῃ· καὶ οὕτως ἐν μέσῳ γενόμενον τῶν ἀσυμμέτρων, σύμμετρα ποιεῖ καὶ ἰσάζει. Τοῦτο δὲ ἔσται καὶ ἀπὸ τοῦ διαγράμματος σαφέστερον. Ἔστω δὲ τὸ α οἰκία, τὸ δὲ β μναῖ δέκα, τὸ δὲ γ κλίνη. Ἔστω δὲ ἡ οἰκία πέντε μνῶν, ἡ δὲ κλίνη μιᾶς· ὥστε αἱ δέκα μναῖ τὸ β τῆς μὲν κλίνης δεκαπλάσιόν ἐστι, τῆς δὲ οἰκίας διπλάσιον· ἡ ἄρα οἰκία ἡμίσειά ἐστι τῶν δέκα μνῶν. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ μὲν οἰκία ἥμισυ, ἡ δὲ κλίνη δέκατον τοῦ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἥμισυ τοῦ δεκαπλασίου [i] πενταπλάσιον, ἡ ἄρα οἰκία τῆς κλίνης πενταπλάσιος· σύμμετρος ἄρα ἡ οἰκία γέγονε τῇ κλίνῃ διὰ μέσου τοῦ νομίσματος, ὃ κοινὸν ἐγένετο μέτρον. Εἰ δὲ σύμμετρος, καὶ ἴση γενέσθαι δυνατόν· εἰ γὰρ πενταπλασιασθῇ, [k] ἴση ἔσται τῇ οἰκίᾳ. Τί μὲν οὖν τὸ ἄδικον, καὶ τί τὸ δίκαιόν ἐστιν, εἴρηται, κατά τε διανομὴν καὶ διόρθωσιν, ἤτοι τὸ διανεμητικὸν καὶ διορθωτικόν.

(Scripsi : ἀλλήλας] cod. ἀλλήλους. — [b] αἱ αὐταὶ ἔσονται] cod. αὐταὶ ἔσονται. — [c] ἔστι] cod. ἐστὶ. — [d] δέηται] cod. δεῖται. — [e] χρήζῃ] cod. χρήζει. — [f] μηδέποτε] cod. μηδέ τοτε. — [g] κἀνταῦθα] cod. κἀνταῦθα. — [h] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [i] δεκαπλασίου] cod. δεκάτου — [k] πενταπλασιασθῇ] cod. πενταπλασιασθῆ: —)

habebit. Ex eo enim quod nummo metiri omnia et æstimare solemus æqualitas oritur : ex æqualitate autem permutatio nasci potest. Æqualitas vero sine nummo non semper effici possit : nonnullæ scilicet artes cum operibus artificiosis tantum inter se differunt, ut omnino nulla inter eas congruentia sit aut ratio : quare ne reperiri quidem in iis potest æqualitas. Sed quoniam in contractibus alter altero eget, ejus indigentiæ ergo communem aliquam mensuram, quæ cuncta metiretur, id est nummum, adjunximus : qui proprie quidem et revera non metitur, (neque enim pars est eorum quæ metiri solemus,) sed tantum ex lege quadam nostra et instituto : atque idcirco quum in medio sit eorum quæ nullo modo inter se congruunt, illa ad congruentiam et æqualitatem redigit. Hoc autem ex tali figura manifestius erit. Sit A ædificium, B minæ decem, G lectica. Sit porro ædificium quinque minarum et lectica unius; itaque decem minæ B decuplum sunt lecticæ, ædificii vero duplum : ædificium ergo decem minarum est dimidium. Quum igitur dimidium sit ædificium, decima vero pars ejusdem summæ sit lectica, et dimidium decupli sit quinquepartitum, sequitur ædificium esse quinque partibus majus quam lecticam : ita cum lectica congruere ædificium nummi beneficio cœpit, qui communis mensuræ instar habet. Quodsi congruere cœpit, etiam æquari potest : nam si quinqueplicetur, æqualis erit ædificio. Quid igitur tum injustum sit, tum justum, tam in distribuendo quam in corrigendo, hoc est, in jure partim distribuendi partim corrigendi vi prædito, jam diximus.

Κεφ. ζ'.

Ὅτι ἡ δικαιοσύνη μεσότης ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι.

* Τούτων δὲ οὕτω διωρισμένων, φανερόν ἐστιν, ὅτι ἡ δικαιοπραγία μεσότης ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἐστί, τὸ δὲ ἔλαττον· τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν [a] ἢ τὸ πλέον ἔχειν, ὅπου τὸ ἴσον ἔδει· τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι, τὸ ἔλαττον ἔχειν. Καὶ ἡ δικαιοσύνη μεσότης ἐστίν, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς προτέραις ἀρεταῖς· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἀρετῶν ἑκάστη μέση ἐστὶ δύο κακιῶν, τὴν μὲν ὑπερβάλλουσα τῆς δὲ ἐλλείπουσα· ἡ μὲν γὰρ σωφροσύνη μεταξὺ τῆς ἠλιθιότητος καὶ τῆς ἀκολασίας ἐστίν, ἡ δὲ ἀνδρεία [b] μεταξὺ τῆς δειλίας καὶ τῆς θρασύτητος, καὶ αἱ ἄλλαι ὁμοίως· ἡ δὲ δικαιοσύνη οὐκ ἔχει [c] παρ' ἑκάτερα δύο κακίας, αἷς ἀντίκειται, ἀλλὰ μόνῃ τῇ ἀδικίᾳ ἀντίκειται· μέση δέ ἐστιν, ὅτι τῆς ἀδικίας τὴν ἀνισότητα εἰσ-

Cap. VII.

Justitiam faciendæ accipiendæque injuriæ esse mediam.

His ita definitis, constat justam actionem faciendæ accipiendæque injuriæ esse mediam : alterum enim plus, alterum minus est : quippe injuriam facere nihil est aliud quam plus habere, ubi æquale habendum erat : sicut injuria affici, habere minus. Porro justitia mediocritas est, non eodem modo quo virtutes illæ, de quibus antea disputavimus : reliquarum enim virtutum unaquæque media est duorum vitiorum, ita ut alterum superet, altero superetur : nimirum temperantia inter stoliditatem et intemperantiam est, ut fortitudo inter timiditatem et audaciam, et reliquæ similiter : at vero justitia non habet utrinque duo cum quibus pugnet vitia, sed soli injustitiæ adversatur : media autem est, quia quum inæqualitatem injustitia inducat, æqualitatem ipsa quæ-

* Διωρισμένων δὲ τούτων, δῆλον ὅτι ἡ δικαιοπραγία μέσον ἐστὶ κτλ.

αγούσης, τὸ ἴσον αὐτὴ ζητεῖ, καὶ τούτου ἐστὶ ποιητική. Ὁ δὴ ἴσον μέσον ἐστὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν μεσότης ἐστίν· ἡ δὲ ἀδικία ἀκρότης, ὅτι τῶν ἄκρων ἐστί. Καὶ ἡ μὲν δικαιοσύνη ἐστὶν ἕξις, καθ' ἣν ὁ δίκαιος κατὰ προαίρεσιν πρακτικός ἐστι τοῦ δικαίου, καὶ διανεμητικός, ὥστε καὶ ἑαυτῷ νομοθετεῖν προσηκόντως διανέμειν πρὸς ἄλλους, καὶ πρὸς ἑαυτὸν εἰ δεήσει, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχειν κανόνα διανομῆς, οὐχ ἑαυτῷ μὲν πλέον τοῦ ἀγαθοῦ παρέχων ἐν τῇ διανομῇ ἔλαττον δὲ τῷ πλησίον, ἢ τοῦ βλαβεροῦ ἑαυτῷ μὲν ἔλαττον πλέον δὲ τῷ πλησίον, ἀλλὰ τὸ ἴσον τοῦ κατὰ ἀναλογίαν· ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλῳ νομοθετῶν τὰ ἴσα ποιεῖν ἐν ταῖς διανομαῖς. Τοιαύτη μὲν ἡ δικαιοσύνη.

* Ἡ δὲ ἀδικία πᾶν τοὐναντίον. Ὑπερβολὴ γὰρ καὶ ἔλλειψίς ἐστι τοῦ ὠφελίμου καὶ βλαβεροῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον. Ὁ γὰρ ἄδικος ἐν ταῖς διανομαῖς ὑπερβάλλει μὲν τὸν πλησίον ἐν τοῖς ὠφελίμοις, ἐλλείπει δὲ αὐτοῦ ἐν τοῖς βλαβεροῖς· ὅταν δὲ πρὸς ἄλλους τὴν διανομὴν ποιῆται, καὶ τότε μὲν παρὰ τὸ ἀνάλογον, πλὴν οὐ τοὺς αὐτοὺς ποιεῖ τῶν αὐτῶν ὑπερβάλλειν ἢ ἐλλείπειν, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν· ὥστε εἶναι καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν ἐν τοῖς ἀδικήμασιν, τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον· καὶ μεῖζον μέν ἐστι τὸ ἀδικεῖν, ἔλαττον δὲ τὸ ἀδικεῖσθαι· ὧν μέσον ἐστὶ τὸ ἴσον, ἤτοι τὸ δίκαιον.

(Scripsi [a] ἄλλο ἐστὶν] cod. ἀλλό ἐστιν. — [b] ἀνδρεία] cod. ἀνδρία. — [c] οὐκ ἔχει] cod. οὐχ ἔχει. —)

rit, atque hanc efficit. Atque hæc æqualitas medium quiddam inter majus et minus tenet, ideoque ipsa est mediocritas: at injustitia est extremitas, quia est extremorum. Et justitia quidem est habitus, ex quo justus habetur propensus ad agendum consulto id quod justum est, et ad distribuendum, ita ut tum sibi legem imponat recte distribuendi, sive ad alios sive ad se, quum oportebit, ea distributio spectet; tum etiam aliis certam distribuendi legem normamque constituat, quia in distributione non sibi plus boni, minus alteri, aut sibi minus damni, plus alteri, sed sibi et aliis id quod æquum pro portione est tribuit: eoque modo aliis quoque præcipit, ut æquitatem in distributionibus servent. Et talis quidem est justitia.

At injustitia plane contrarium est. Est enim nimium et parum ejus quod prodest aut nocet, justam excedens proportionem. Namque injustus in distributionibus ita versatur, ut in rebus utilibus alterum superare velit, in rebus damnosis ab eo superari: inter alios autem quum dividit, etiam tum proportionem negligit, nisi quod non eosdem iisdem semper superiores aut inferiores facit, sed ut sors tulerit: ita ut exsuperantia et defectus in injuriis sit majus minusque: et majus quidem est injuste facere, minus vero injuriam accipere: quorum medium est æquale, hoc est justum.

Κεφ. η'.

Πῶς ἔστιν [a] ἀδικεῖν, καὶ μὴ ἄδικον εἶναι.

** Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, καὶ τίς ἑκατέρα τούτων ἡ φύσις, καὶ περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου, καθόλου εἴρηται. Ἐκεῖνο δὲ νῦν ζητητέον· ἐπεί εἰσί τινα ἀδικήματα, ἃ ποιῶν τις ἀδικεῖ μέν, ἄδικος δὲ οὐκ ἔστι, τίνα ταῦτα. Πρῶτον δὲ ἐκεῖνο δείξομεν, ὅτι δυνατὸν ἀδικεῖν τινα, καὶ μὴ ἄδικον εἶναι· οἷον κλέπτειν, καὶ μὴ κλέπτην εἶναι, καὶ μοιχεύειν, καὶ μὴ μοιχὸν εἶναι. Ὁ γὰρ κλέψας τὴν μάχαιραν τοῦ μαινομένου, ἵνα μὴ ἑαυτὸν ὁ μαινόμενος ἀποσφάξῃ, ἔκλεψε μέν, κλέπτης δὲ οὐκ ἔστι· καὶ ὁ μοιχεύων, ἵνα δυνηθῇ πλουτεῖν, μοιχεύει μέν, μοιχὸς δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ φιλοχρήματος· καὶ εἴ τις ἰατρὸς ἀπατήσῃ [b] τὸν νοσοῦντα ἐφ' ᾧ σώσει, ἀπατᾷ μέν, ἀπατεὼν δὲ οὐκ ἔστι. Ὅτι οὖν ἐστι δυνατόν τινα ἀδικεῖν, καὶ μὴ ἄδικον εἶναι κατ' ἐκείνην τὴν ἀδικίαν ἧς τὸ ἔργον ποιεῖ, δῆλον. Τίνα δέ ἐστι ταῦτα τὰ ἀδικήματα, ἑνὶ καθολικῷ λόγῳ ῥητέον· ὅσα ἀδικεῖ τις, οὐχ ἕνεκα τοῦ τέλους, ὃ προσήκει τῇ ἀδικίᾳ ἐκείνῃ, ἧς τὴν πρᾶξιν ποιεῖ, ἀλλὰ ἄλλου τέλους ἕνεκα, ἢ ἀγαθοῦ ἢ φαύλου, κατ' ἐκεῖνα

Cap. VIII.

Quomodo fieri possit, ut quis injuste faciat, nec tamen injustus sit.

De justitia igitur et injustitia, tum quæ utriusque natura sit, tum de justo atque injusto in universum diximus. Illud vero jam quærendum est, quum sint injustæ quædam actiones, quas qui suscipit, injuste quidem facit, non tamen injustus est, quænam sint illæ. Ac primum illud ostendemus, fieri posse, ut injuste faciat aliquis, nec tamen sit injustus: verbi causa, ut furetur, nec tamen fur sit, atque ut adulterium ineat, nec sit adulter. Qui enim, insano homini gladium furatur, ne mortem sibi consciscat, furatur quidem, sed non est fur: et qui adulterium facit, ut dives fieri queat, is adulterium quidem facit, nec tamen adulter, sed pecuniæ avidus est: et si quis medicus ægrotum decipiat, ut sanet, decipit quidem, sed deceptor non est. Posse igitur fieri, ut quis injustum quiddam agat, nec tamen injustus sit suscepta actione illa injusta cujus auctor est, apparet. Quæ autem sint ejusmodi actiones injustæ, generali definitione semel declarandum est: quæcunque injuste aliquis agit, non finis causa, qui illi injustitiæ

* Ἡ δ' ἀδικία τοὐναντίον τοῦ ἀδίκου κτλ. — ** Cap. 6. ἐπεὶ δ' ἔστιν ἀδικοῦντα μήπω ἄδικον εἶναι κτλ.

ἀδικεῖ μέν, ἄδικος δὲ οὐκ ἔστιν. Ἀπατᾷ μὲν γὰρ ὁ ἰατρός, ἀπατεὼν δὲ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ τέλος ἔχει τὴν ἀπάτην τοῦ νοσοῦντος, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν· ὁμοίως καὶ ὁ κλέψας τὸ ξίφος τοῦ μαινομένου οὐ ζητεῖ τὸ πλέον λαβεῖν ἑαυτῷ καὶ λάθρα παρακερδᾶναι [c] τοῦ πλησίον ὥσπερ ὁ κλέπτης, ἀλλὰ τέλος ἔχει τὴν τοῦ μαινομένου σωτηρίαν. Πᾶσα δὲ πρᾶξις ἀπὸ τοῦ τέλους τὸ εἶδος λαμβάνει, καὶ τὸν ὁρισμόν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα· τὸ γὰρ ὄνομα συνεσταλμένος ὁρισμός ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ τὸν στρατηγὸν ἑλεπόλεις κατασκευάζοντα πολλάκις καὶ ὁρμητήρια ἐν πολιορκίαις οἰκοδόμον ἐροῦμεν ἢ τέκτονα· τὰ μὲν γὰρ οἰκοδόμου καὶ τοῦ τέκτονος ποιεῖ, καὶ οἰκοδομεῖν λέγεται· ὅτι δὲ οὐ πρὸς τὸ τέλος ἀποσκοπεῖ τοῦ οἰκοδόμου, ἀλλὰ τὸ τοῦ στρατηγοῦ, οὐκ οἰκοδόμος, ἀλλὰ στρατηγός ἐστι καὶ καλεῖται· καὶ ὁ τὸν γάμον μὲν τοῦ πλησίον ἀδικῶν, μὴ δι' ἀκολασίαν δὲ αὐτὸ τοῦτο προαιρούμενος, ἀλλὰ διὰ φιλοχρηματίαν, οὐκ ἂν εἴη μοιχὸς ἀλλὰ φιλοχρήματος. Δυνατὸν τοίνυν τινὰ ἀδικεῖν, καὶ μὴ ἄδικον εἶναι κατ' ἐκείνην τὴν ἀδικίαν, ἧς τὴν πρᾶξιν ποιεῖ, ἀλλὰ ἢ οὐδαμῶς ἄδικον, ὥσπερ ὁ ἰατρός, ἢ καθ' ἑτέραν ἀδικίαν ἄδικον, ὥσπερ ὁ μοιχός. Κατὰ τίνα δὲ τρόπον, εἴρηται. Δυνατὸν δὲ καὶ ἄλλως ἀδικοῦντα μὴ ἄδικον εἶναι, ὅταν ἀκουσίως τις ἀδικῇ· ὁ γὰρ νυκτὸς ἀγνοήσας τὸν κλέπτην καὶ τὸν μὴ κλέπτην ἀποκτείνας ἠδίκησε μέν, ἄδικος δὲ οὐκ ἔστι.

(Scripsi : [a] ἔστιν] cod. ἐστιν. — [b] ἀπατῴη] cod. ἀπατώη. — [c] παρακερδᾶναι] cod. παρακερδάναι. — [d] κατὰ τίνα] cod. κατά τινα. —)

congruit, ad quam iste actionem suam accommodat, sed alterius finis causa, seu boni seu mali, in iis agit quidem injuste, sed non est injustus. Decipit enim medicus, at non est deceptor : quippe non hæc ejus ratio est, ut decipiat ægrotum, sed ut vitam ei servet : similiter et qui insano homini gladium furatus est, non plus sibi acquirere et clam alienum lucrari vult, tanquam fur, sed solam insani hominis salutem spectat. Jam vero omnis actio a fine formam definitionemque suam, ideoque et nomen mutuatur : siquidem nomen contracta quasi definitio est. Neque enim imperatorem qui in obsidendis urbibus sæpenumero machinas et propugnacula fabricatur, architectum propterea aut fabrum appellabimus : nam hic etiam architecti et fabri opus facit, et ædificare dicitur : quia vero non finem et consilium architecti, sed imperatoris respicit, non architectus, sed imperator et est et vocatur : et qui alienæ uxori stuprum infert, non quidem intemperantia, sed pecuniæ aviditate ductus, non adulter, sed pecuniæ avidus erit. Quare fieri potest, ut quis injustum quiddam agat, nec tamen injustus sit suscepta actione illa injusta cujus auctor est, sed aut minime injustus sit, sicut medicus, aut alius injustitiæ respectu injustus, sicut adulter. Quo autem modo, jam dictum est. Potest etiam alio pacto fieri, ut qui injuste facit non tamen injustus sit, quum videlicet invitus injuste facit : qui enim noctu ignoravit furem, eumque qui fur non est interfecit, injuste quidem fecit, non tamen est injustus.

Κεφ. θ'.

Περὶ δικαίου, ὃ κυρίως οὐκ ἔστι δίκαιον.

* Περὶ μὲν οὖν ἀντιπεπονθότος, τίνα τρόπον γινόμενον δίκαιον ἔσται, εἴρηται πρότερον. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο δίκαιον, ὃ οὐκ ἔστι κυρίως δίκαιον, ὥσπερ δὴ τὸ πατρικὸν καὶ δεσποτικόν· ταῦτα γὰρ οὐκ εἰσὶ κυρίως δίκαια, ἀλλὰ ὅμοιά πως τῷ πολιτικῷ δικαίῳ. Λέγω δὲ πατρικὸν δίκαιον, ὃ προσήκει πατρὶ πρὸς παῖδα ποιεῖν, καὶ δεσποτικόν, ὃ δεῖ δεσπότην πρὸς δοῦλον. Κυρίως τοίνυν καὶ ἀληθῶς δίκαιόν ἐστι τὸ διανεμητικόν, καὶ τὸ διορθωτικόν, ὅπερ ἐστὶ [a] τὸ πολιτικόν, ὅπερ ἢ κατὰ γεωμετρικὴν ἀναλογίαν γίνεται, καθὼς εἴρηται, ἢ κατὰ ἀριθμητικήν. Ἐν ἐκείνοις γάρ ἐστι δίκαιον, ἐν οἷς καὶ νόμος τίθεται· νόμος δὲ τίθεται ἐν ἐκείνοις, οὓς δυνατὸν καὶ ἀδικεῖσθαι καὶ ἀδικεῖν· ὁ γὰρ νόμος καὶ ἡ δίκη διάκρισίς ἐστι τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου. Ταῦτα δὲ ἁρμόζει τοῖς πολίταις· οὗτοι γὰρ ἀλλήλους δύνανται ἀδικεῖν τῷ βούλεσθαι ἕκαστον πλέον ἑαυτῷ νέμειν τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν, ἔλαττον δὲ τῷ πλησίον, καὶ τῶν βλαβερῶν τὸ ἀνάπαλιν· διὰ τοῦτο οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον πόλεως, δηλονότι αὐτὸν ταῖς ἑαυτοῦ ὁρμαῖς

Cap. IX.

De jure, quod proprie jus non est.

De talione, quo pacto jus fiat, antea expositum est. Verum et aliud jus est, quod proprie quidem non est jus, sicut patrium jus et herile : quippe hæc proprie non sunt jura, sed civili juri quodammodo similia. Patrium autem jus appello, quo patrem in liberos uti decet, sicut herile quo herum oportet uti in servum. Proprie ergo vereque jus est id, quod in distributionibus positum et corrigendi vi præditum appellatur, quodque civile jus est, ac geometrica, quemadmodum diximus, vel arithmetica proportione describitur. Inter eos enim jus est, quibus etiam lex scribitur : lex autem scribitur illis, qui accipere injuriam possunt et facere : quia lex et injustitia justi et injusti distinctio est. Hæc autem civibus congruunt : horum enim alii aliis injuriam possunt facere, propterea quod singuli sibi plus eorum quæ simpliciter bona sunt, minus aliis tribuere volunt, in rebus damnosis vero contrariam adhibere rationem : ideoque non patimur reipublicæ præesse hominem, qui videlicet cupiditatibus suis serviat, sed potius legibus summam imperii tradimus,

* Cap. 6. Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι κτλ.

ἑπόμενον, ἀλλὰ τοὺς νόμους ἄρχοντας ποιούμεθα, ἵνα μὴ ἑαυτοῦ ἕνεκα ἄρχῃ, μηδὲ τὸ πλέον ἑαυτῷ παρέχῃ ἐν ταῖς διανομαῖς τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὸ ἀνάλογον· εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχει, τύραννος ἔσται. Ὁ γὰρ ἄρχων οὐδὲν ἄλλο βούλεται, ἢ φυλάττειν τὸ δίκαιον, ἤτοι τὸ ἴσον καὶ τὸ ἀνάλογον· οὐ γὰρ ἑαυτοῦ ἕνεκα ἄρχει, καθὼς εἴρηται, ἀλλὰ διὰ τὸ συμφέρον τῶν ἄλλων. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν δικαιοσύνην ἀλλότριον ἀγαθὸν ὀνομάζουσιν. Ὅθεν καὶ μισθοὶ πολλοὶ κεῖνται τοῖς ἀγαθοῖς ἄρχουσιν· οἱ δέ εἰσι τιμαὶ δημόσιαι καὶ γέρα· ὃς δὲ οὐκ ἀρκεῖται τοῖς τοιούτοις μισθοῖς, τυραννίδι ἐπιχειρεῖ.

* Τὸ μὲν οὖν πολιτικὸν δίκαιον διὰ τοῦτο κυρίως δίκαιον λέγεται. Τὸ δὲ πατρικὸν καὶ δεσποτικὸν οὐκέτι· οὐ γὰρ δύναταί τις πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὸ ἴδιον μέρος ἄδικος εἶναι, οὐδὲ τὸ ἴδιον κτῆμα προαιρεῖταί τις βλάπτειν· ἔστι δὲ ὥσπερ μέρος τῷ πατρὶ τὸ τέκνον, ἕως ὑπ' αὐτόν ἐστι, καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἐξηρτημένον ἐστίν· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ δοῦλος ὠφέλειά τις τοῦ δεσπότου ἐστί, καθόσον ἐστὶ δοῦλος, καὶ ἕως ἂν ᾖ· οὐδεὶς δὲ τῇ ἑαυτοῦ ὠφελείᾳ ἐπιβουλεύει. Ἐν οἷς δὲ οὐ δυνατὸν ἀδικίαν εἶναι, οὐδὲ τὸ κυρίως δίκαιόν ἐστιν,[b] ὅ ἐστι τὸ πολιτικόν, ἀλλὰ ὅμοιον αὐτῷ. Τὸ γὰρ πολιτικόν, καθὼς εἴρηται, ἐν ἐκείνοις ἐστίν, ἐν οἷς ἐστι[c] νόμος· ἐν πατρὶ δὲ καὶ υἱῷ καὶ δεσπότῃ καὶ δούλῳ διὰ τὰ εἰρημένα οὐκ ἔστι νόμος, ὅτι μηδὲ ἀδικία,[d] ἀλλὰ ἐν ἐκείνοις ἐστίν, ἐν οἷς ἰσότης τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι· διὸ μᾶλλον δοκεῖ δίκαιον εἶναι τὸ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν γυναῖκα, ἢ πρὸς υἱὸν καὶ κτήματα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον, καὶ μᾶλλον ἔοικε τῷ πολιτικῷ· ἔστι δὲ ὅμως καὶ αὐτὸ ἄλλο παρὰ τὸ πολιτικόν.

[Scripsi : [a] ὅπερ ἐστὶ] cod. ὅπέρ ἐστι. — [b] ἐστιν] cod. ἐστι. — [c] ἐστι] cod. ἐστὶ. — [d] μηδὲ ἀδικία] cod. μήδε ἀδικία. —)

Κεφ. ι'.

Περὶ τοῦ φυσικοῦ καὶ τοῦ νομικοῦ δικαίου, τί ἐστιν ἑκάτερον.

** Τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου τὸ μὲν φυσικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν· καὶ φυσικὸν μὲν λέγεται, ὃ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, καὶ πᾶσι δίκαιον δοκεῖ· οἷον τὸ τὸν δανεισάμενον τὸ δάνειον ἀποδοῦναι· πᾶσι γὰρ δοκεῖ δίκαιον εἶναι τὸ ἕκαστον ἔχειν τὰ ἑαυτοῦ· νομικὸν δέ, ὅπερ πρὶν νομοθετηθῆναι, ἀδιάφορον ἦν, καὶ οὔτε δίκαιον, οὔτε ἄδικον ἐδόκει, μετὰ δὲ τὸ νομισθῆναι, δίκαιόν ἐστιν· ὥσπερ τὸ πιπράσκειν τὸν δοῦλον μιᾶς μνᾶς. Πρὶν μὲν γὰρ τεθῆναι τὸν νόμον, ἀδιάφορος ἦν ἡ πρᾶσις τῶν δούλων, καὶ ὡς ἕκαστος τῶν δεσποτῶν ἐβουλήθη· μετὰ δὲ τὸ τεθῆναι τοῦτον τὸν νόμον, οὐκέτι[a] ἀδιάφορος· ἀλλὰ τὸ δίκαιόν ἐστι τὸ τοσοῦδε πωλεῖν. Τοιαῦτα δέ εἰσι καὶ τὰ ἐπὶ τῶν μερικῶν, οἷα ψηφίσματα· οἷον, ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ

ne civitatem sui emolumenti gratia gubernet, neve in distributionibus bonorum justo plus sibi tribuat, sed id quod congruum est : quæ res nisi ita se habet, tyrannus est futurus. Nempe nihil aliud studet prætor maximus, quam ut jus conservet, id est æqualitatem et congruentiam : nec enim sui commodi causa, ut diximus, imperat, sed in reipublicæ administratione omnia ad aliorum utilitatem refert. Propterea justitiam quoque alienum bonum vocitant. Quocirca multa iis qui recte imperant proposita sunt præmia : qualia sunt, honores publici ac dona : quibus præmiis si quis non acquiescit, is tyrannidem affectat.

Atque hæc causa est, cur jus civile proprie jus dicatur. Patrium vero et herile non item : neque enim fieri potest, ut quisquam in se atque in partem sui sit injustus, aut ei quod ipse possidet nocere statuat : sunt autem tanquam partes patris liberi, donec sub eo vivunt, et ex illius quasi providentia pendent : similiter vero et servus quasi utilitas quædam heri est, quatenus et quam diu est servus : nemo autem suæ utilitati insidiose nocet. In quibus vero locum habere nequit injuria, in iis ne jus quidem proprie, hoc est civile, locum habet, sed aliud quod illi est simile. Nimirum jus civile, ut diximus, inter eos est, inter quos lex est : inter patrem autem filiumque et herum ac servum propter ea quæ diximus non est lex, quia ne injuria quidem esse potest, sed inter eos tantum, quibus inter ipsos imperandi et parendi æqualitas est : quare magis viro cum uxore, quam cum liberis et servis aliquid juris esse videtur : hoc enim jus est ad tuendam rem familiarem pertinens, et ad civilis similitudinem magis accedit : quod tamen ipsum quoque diversum est a civili.

Cap. X.

De jure naturali ac legitimo, et quid sit utrumque.

Civile autem jus partim naturale est, partim legitimum : diciturque naturale, quod ubique gentium idem valet, omnibusque æquum videtur : verbi causa eum, qui mutuo aliquid sumsit, reddere quod accepit : sua enim quemque habere, omnibus æquum videtur : legitimum autem, quod antequam legibus constitutum esset, indifferens erat, ac neque justum neque injustum videbatur, postquam autem invaluit, justum est et æquum : exempli causa mina vendi servum. Antequam enim lex ferretur, servorum venditio sic fieret, an secus, nihil intererat, atque ea res in dominorum singulorum potestate erat : postquam vero lata est hæc lex, res non amplius arbitraria habetur, sed hoc ipsum jus est, ut tanti vendantur. Talia etiam sunt quæ singulatim fiunt, verbi causa populiscita, velut senatui et populo visum est, Demosthenem corona donare, aut

* Τὸ δὲ δεσποτικὸν δίκαιον καὶ τὸ πατρικόν, κτλ. — ** Cap. 7. τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου τὸ μὲν φυσικό, κτλ.

τῷ δήμῳ τὸν Δημοσθένη στεφανῶσαι, ἢ τὸν Θεμιστοκλέα καλεῖν Ὀλύμπιον· ταῦτα γὰρ πρὶν ψηφισθῆναι, ἀδιάφορα ἦν· ψηφισθέντα δέ, δίκαια δοκεῖ.

τῶν φερόντων εἰς τὸ ἔσχατον τέλος, τὴν κατ' ἀρετὴν ζωήν· ἡ δὲ μερική, ἥτις εἰς μερικόν τι τέλος φέρει, ὃ οὐκ ἔστι μὲν τὸ ἔσχατον, φέρει δὲ εἰς τὸ ἔσχατον τέλος.

* Ἐπεὶ δὲ τῶν φρονίμων ἐστὶ τὸ εὖ βουλεύεσθαι, δεῖ προσθεῖναι τῷ τῆς εὐβουλίας ὁρισμῷ καὶ τὴν φρόνησιν· ὥστε εἶναι τὸν ὁρισμὸν τῆς εὐβουλίας οὕτως· εὐβουλία ἐστὶν ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ συμφέρον πρός τι τέλος, οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστι· κατὰ τὸ συμφέρον μέν, διὰ τὴν βουλὴν ἢ πρὸς τέλος μὲν ἀγαθὸν φέρεται, δι' ὧν δὲ προσῆκεν οὐδαμῶς· λέγω δὴ πράξεων καὶ χρόνου καὶ τρόπου· τὸ δὲ πρός τι τέλος, οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστι, διὰ τὴν πονηρὰν βουλήν, ἥτις τὰ μὲν τέλει προσήκοντα καὶ ἀκόλουθα ζητεῖ· πρὸς τέλος δὲ φέρεται πονηρόν, οὗ οὐκ ἔστιν ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψις.

(Scripsi : [a] ἔστι] cod. ἔστιν. — [b] βουλή τίς ἐστιν] cod. βουλή τις ἐστίν. — [c] ζήτησίς ἐστι τοῦ] cod. ζήτησίς ἐστιν τοῦ. — [d] εἴ τις] cod. εἴτις. — [e] ἀναγκαίαν] cod. ἀναγκαῖαν. — [f] αὐτή ἐστιν] cod. αὐτή ἐστιν. — [g] ζητεῖν ἐστιν] vulgo ζητεῖν ἐστὶν. — [h] ὀρθότης ἐστὶ] cod. ὀρθότης ἐστι. — [i] ῥᾷστα] cod. ῥάστα. —)

Κεφ. ια'.

Περὶ συνέσεως.

** Περὶ μὲν εὐβουλίας τοσαῦτα· ῥητέον δὲ περὶ συνέσεως.

Ἔστι τοίνυν σύνεσις καὶ ἀσυνεσία, καθ' ἃς λέγομεν συνετοὺς καὶ ἀσυνέτους.

*** Καὶ οὔτε ἐπιστήμη ταὐτόν ἐστιν [a] ἡ σύνεσις, οὔτε δόξῃ, οὔτε φρονήσει· ἐπιστήμη μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲ δόξα ἡ σύνεσις· ἢ γὰρ ἂν πάντες οἱ ἐπιστήμονες ἢ οἱ δοξάζοντες συνετοὶ ἦσαν.

**** Ἀλλ' οὐκ εἰσίν· ἀλλ' οὐδὲ μία τις τῶν ἐπιστημῶν ἐστιν ἡ σύνεσις, οἷον ἰατρικὴ ἢ γεωμετρία· ἢ γὰρ ἂν περὶ ὑγιεινῶν ἦν, ἢ περὶ μεγεθῶν.

***** Ἄλλως τε οὐδὲ περὶ τὰ ἀναγκαῖα καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντά ἐστιν ἡ σύνεσις.

***** Οὐδὲ ἰδίως περὶ ἑνός τινος τῶν ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν.

****** Καθόλου δὲ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις καὶ βουλεύσαιτο, καὶ ἃ σκέψεως ἀνέχεταί τινος, καὶ βουλῆς, καὶ ζητήσεως· διὰ τοῦτο περὶ τὰ αὐτὰ μέν ἐστιν ἡ σύνεσις τῇ φρονήσει· ἔστι γὰρ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα, ὧν ἐσμεν [b] αὐτοὶ κύριοι πράττειν καὶ μὴ πράττειν.

******* Οὐκ ἔστι δὲ πάντῃ ταὐτὸν τῇ φρονήσει· ἡ μὲν γὰρ φρόνησις ἐπιτάττει μόνον πρὸς ποῖον τέλος δεῖ φέρεσθαι, καὶ τίνα δεῖ ποιεῖν, ὥστε τέλους τυχεῖν· καὶ

bonumque consilium de iis quæ ad ultimum finem, id est, vitam honestam deducunt : alia singularis, quæ ad singularem aliquem finem fert, qui quidem non est ultimus, sed ad ultimum finem deducit.

Quum autem prudentium virorum sit bene deliberare, necessario bonæ consultationis definitioni adjungenda est prudentia : quamobrem bonæ consultationis hæc erit definitio : bona consultatio consilii bonitas est, quæ ad utilitatem accommodate ad aliquem finem spectat, cujus vera existimatio prudentia est : et ad utilitatem quidem accommodate, quia ad bonum quidem finem interdum tendit consilium, per quæ vero oportet, neutiquam : actiones dico vel tempus vel modum : illud vero, ad finem aliquem, cujus vera existimatio est prudentia, propter malum consilium, quod illa quæ fini conveniunt et consentanea sunt quærit : sed ad malum finem tendit, cujus non est prudentia vera existimatio.

Cap. XI.

De intelligentia.

Hactenus de bona consultatione : nunc vero etiam de intelligentia dicendum videtur. Est ergo intelligentia et stultitia, ex quibus intelligentes et stultos dicimus.

Neque vero idem intelligentia est quod scientia, aut opinio, aut prudentia : namque nec scientia neque opinio intelligentia est : quippe hac ratione omnes homines aut scientes aut opinantes simul intelligentes forent.

At non sunt : sed neque una aliqua ex disciplinis intelligentia est, ut medicina aut geometria : nam in rebus salubribus aut magnitudinibus versaretur.

Præterea ne in iis quidem, quæ necessaria sunt eodemque modo semper se habent, intelligentia cernitur.

Neque proprie de uno aliquo eorum est, quæ aliter se habere possunt.

Omnino intelligentia ad eas res pertinet, de quibus dubitari et consultari potest, et ad eas quæ consilium et quæstionem admittunt : quocirca in iisdem intelligentia versatur, in quibus prudentia : quippe in contingentibus vertitur, quæ vel facere vel non facere in nostra est potestate.

Nec tamen prorsus idem quod prudentia est : nam prudentia imperat tantum, quem finem petere nos oporteat, et quæ nobis agenda sint, ut ad illum finem venia-

---

* Εἰ δὲ τῶν φρονίμων, κτλ. — ** Cap. 10. Ἔτι δὲ καὶ ἡ σύνεσις κτλ. — *** Οὔτε ὅλως τὸ αὐτὸ κτλ. — **** Οὔτε τις μία κτλ. — ***** Οὔτε γὰρ περὶ κτλ. — ****** Οὔτε περὶ τῶν κτλ. — ******* Ἀλλὰ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις κτλ. — ******** Οὐκ ἔστι δὲ ταὐτὸν σύνεσις καὶ φρόνησις κτλ.

τοῦτό ἐστιν αὐτῆς τὸ ἔργον, τὸ ἐπιτάττειν ἃ δεῖ πράττειν· τὸ δὲ κρίνειν τὰ ἐπιταχθέντα παρὰ τῆς φρονήσεως, καὶ τὸ εἰδέναι ὅτι καλῶς ἔχει καὶ οὕτω δεῖ πράττειν, τοῦτό ἐστιν ἡ σύνεσις.

* Οὐ γὰρ διαφέρει ὁ εὐσύνετος τοῦ συνετοῦ, ἀλλὰ καὶ ὁ συνετὸς αὐτὸ τοῦτο βούλεται, τὸ εὖ καὶ καλῶς συνιέναι καὶ κρίνειν τὰ παρὰ τοῦ φρονίμου ἐπιταττόμενα.

** Καὶ ταὐτόν ἐστι σύνεσις καὶ εὐσυνεσία, ἥτις οὔτε φρόνησίς ἐστιν, οὔτε τὸ ἔχειν φρόνησιν. Οὔτε δὲ τὸ δέχεσθαι καὶ λαμβάνειν φρόνησιν σύνεσίς ἐστιν· τὸ γὰρ λαμβάνειν φρόνησίν ἐστι [c] τὸ μανθάνειν ἅπερ ὁ φρόνιμος γινώσκει· ἡ δὲ σύνεσίς ἐστι τὸ κρίνειν αὐτά· οὐκ ἄρα ταὐτὸν σύνεσις τῷ φρόνησιν λαμβάνειν ἢ φρόνησιν ἔχειν.

*** Ἀλλ' ὥσπερ ὁ παρ' ἄλλου τινὸς ἐπιστήμην ἀκούων καὶ γινώσκων καλῶς ξυνιέναι λέγεται, οὕτως ὁ τὰ παρὰ τοῦ φρονίμου ἐπιταττόμενα γινώσκων καὶ κρίνων ὀρθῶς συνιέναι τε λέγεται, καὶ συνετὸς ὀνομάζεται, καὶ εὐσύνετος διὰ τὸ καλῶς γινώσκειν· τὸ γὰρ εὖ καὶ τὸ καλῶς ταὐτόν· καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας ἐλήφθη τὸ ὄνομα, ὅτι τὸ ἄλλου λέγοντος ἄλλον τινὰ ἀκούοντα γινώσκειν καλῶς, μανθάνειν καὶ συνιέναι λέγεται.

[Scripsi : [a] ταὐτόν ἐστιν] vulgo ταὐτὸν ἐστὶν. — [b] ὧν ἔσμεν] vulgo ὧν ἐσμὲν. — [c] φρόνησίν ἐστι] vulgo φρόνησιν, ἐστὶ. —)

Κεφ. ιβ'.

Περὶ γνώμης.

**** Ῥητέον δὴ περὶ τῆς γνώμης. Ἔστι δὲ καὶ αὕτη περὶ τὰ ἐνδεχόμενα, καθάπερ καὶ ἡ φρόνησις, καὶ ἡ εὐβουλία, καὶ ἡ σύνεσις. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ αὐτῆς λέγωμεν.

Ἔστι τοίνυν γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας λέγομεν, καὶ ἔχειν γνώμην, ἡ ὀρθὴ κρίσις τοῦ ἐπιεικοῦς. Τίς δέ ἐστιν ὁ ἐπιεικὴς καὶ ἡ ἐπιείκεια, εἴρηται ἐν τοῖς πρότερον.

***** Ὅτι δὲ τοῦτό ἐστιν ἡ γνώμη, δῆλον· τὸν γὰρ ἐπιεικῆ μάλιστά φαμεν εἶναι συγγνωμονικόν· καὶ ἐπιεικές, τὸ ἔν τισιν ἔχειν συγγνώμην.

****** Ἡ δὲ συγγνώμη γνώμη ἐστὶν ὀρθὴ κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς· κρίσις γὰρ ὀρθὴ καὶ γνώμη ἐπιεικής ἐστιν ἡ συγγνώμη.

******* Ὀρθὴ δὲ λέγεται κρίσις ἡ τοῦ ἀληθοῦς· εἰ τοίνυν ἡ μὲν συγγνώμη κρίσις ἐστὶ τοῦ ἐπιεικοῦς καὶ γνώμη ὀρθή, κατὰ δὲ τὴν ὀρθὴν γνώμην εὐγνώμονές τινες λέγονται, ἡ γνώμη ἄρα, καθ' ἣν εὐγνώμονες λέγονται, τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις.

******** Πᾶσαι μὲν οὖν αἱ ἕξεις αἱ ἀληθευτικαὶ πρὸς τὸ

mus : estque hoc ejus officium, imperare quæ agenda sint : judicare vero ea quæ præcipit prudentia, itemque scire recte hæc se habere atque ita agendum esse, id vero intelligentia est.

Neque enim ab intelligente differt bene intelligens, sed intelligens id ipsum studet, ut bene recteque ea quæ prudens præcipit intelligat ac dijudicet.

Quin etiam idem est intelligentia et bona intelligentia, quæ neque idem quod prudentia est, neque quod prudentiam habere. Neque vero accipere et consequi prudentiam, intelligentia est : nam accipere prudentiam est discere quæ prudens novit : intelligentia autem est ea judicare : ergo intelligentia non est idem quod prudentiam accipere aut habere.

Sed quemadmodum qui ab alio aliquo scientiam audit recteque cognoscit intelligere dicitur; sic qui ea quæ a prudente præcipiuntur cognovit recteque judicat, intelligere perhibetur, idemque intelligens et bene intelligens, quia bene ea novit, vocatur : bene enim et recte idem valet : atque ab hac causa nomen mutuatum est, quod quæ ab alio dicuntur quum alius audit recteque ea novit, discere hoc et intelligere appellatur.

Cap. XII.

De sententia.

Jam vero de sententia dicendum est. Vertitur autem et hæc in contingentibus, sicut prudentia quoque, bona consultatio et intelligentia. Quamobrem et de illa disseramus.

Est ergo sententia, ex qua bene sentientes et sententiam habere dicimus, rectum moderati viri judicium. Quis autem æquus et quæ æquitas sit, in superioribus diximus.

Hanc vero esse sententiæ naturam manifestum est : æquum enim virum maxime ad ignoscendum propensum existimamus : ipsamque æquitatem esse quibusdam peccatis veniam dare.

Venia autem est tum apta ad judicandum ex æquo et bono tum recta sententia : nimirum rectum judicium et æqua sententia est venia.

Rectum vero appellatur hominis veri judicium : si ergo venia moderati viri judicium et recta sententia est, a recta autem sententia quidam bene sentientes denominantur, sequitur sententiam ex qua bene sentientes appellantur, moderati viri judicium esse.

Omnes igitur veraces habitus eodem tendunt, eadem-

* Ταὐτὸ γὰρ ξύνεσις καὶ εὐξυνεσία κτλ. — ** Ἔστι δ' οὔτε κτλ. — *** Ἀλλ' ὥσπερ τὸ μανθάνειν λέγεται συνιέναι κτλ. — **** Cap. 11 Ἡ δὲ καλουμένη γνώμη κτλ. — ***** Σημεῖον δὲ κτλ. — ****** Ἡ δὲ συγγνώμη κτλ. — ******* Ὀρθὴ δὲ κτλ. — ******** Εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ ἕξεις κτλ.

αὐτὸ φέρουσι, καὶ τὰ αὐτὰ ἔχουσιν ὑποκείμενα, περὶ ἃ καταγίνονται· καὶ γὰρ καὶ φρόνησις, καὶ νοῦς, καὶ εὐβουλία, καὶ σύνεσις, καὶ γνώμη περὶ τὰ καθ' ἕκαστά εἰσι καὶ τὰ μερικὰ τὰ ἐν οἷς αἱ πράξεις. Νοῦν δὲ λέγω τὸν πρακτικόν, ὃς ἀρχὰς ἔχει τὰ μερικὰ καὶ αἰσθητά· ὁ γὰρ αὐτὸς ἄνθρωπος, ὅταν μὲν τὰ πρὸς τὸ ἀγαθὸν τέλος φέροντα ποιῇ, φρόνιμός ἐστιν· ὅταν δὲ περὶ αὐτῶν ὡς δεῖ βουλεύηται, εὔβουλός ἐστιν· ὅταν δὲ ὅσα ἔταξε πρὸς τὸ τέλος τὸ ἀγαθόν, καὶ ἐποίησε, γινώσκῃ καὶ κρίνῃ ὀρθῶς, καὶ ὡς ἔδει πεπρᾶχθαι, συνετός ἐστιν· ὅταν δὲ τὰ ὑπ' ἄλλου πραχθέντα ὀρθῶς κρίνων καὶ συγγνώμης ἐνίοτε ἀξιοῖ οἷς τοῦτο προσῆκεν, εὐγνώμων ἐστὶ καὶ συγγνώμων.

* Πᾶσα γὰρ ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς κρίσις περὶ πάντα ἐστὶ κοινῇ τὰ ἀγαθὰ τὰ ὑπ' ἄλλων πραττόμενα· καὶ γὰρ καὶ ἡ καλουμένη ἐπιείκεια, ἥτις ἐστὶ τοῦ νομικοῦ δικαίου διορθωτική, περὶ ἧς εἴρηται πρότερον, τοὺς παρ' ἑτέρων τεθέντας νόμους κρίνει, καὶ ἡ συγγνώμη καὶ ἡ γνώμη περὶ τῶν πραττομένων ὑφ' ἑτέρων ὀρθῶς ψηφίζεται· πάντα δὲ ταῦτα τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι· συμβαίνει δὲ καὶ πάσας τὰς ἀνθρωπίνας πράξεις ταύτας εἶναι μόνας, ἃς ὁ ἐπιεικὴς κρίνει, καὶ περὶ ὧν ψηφίζεται· ἡ μὲν γὰρ ἐπιείκεια περὶ τὸ νομικὸν δίκαιόν ἐστιν· ἡ δὲ γνώμη περὶ τὰ πρακτά ἐστιν, ὅταν ὑφ' ἑτέρων πράττωνται· περὶ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ νοῦς ἐστιν ὁ πρακτικός· καὶ γὰρ ἐπεὶ ὁ νοῦς γνῶσίς ἐστι τῶν ἀρχῶν, ἀρχαὶ δὲ τῶν μὲν πράξεων τὰ καθ' ἕκαστα, τῶν δὲ θεωρητῶν καὶ ὧν ἐστι τέλος ἡ ἀλήθεια, οἱ ὅροι, καὶ οἱ ἄμεσοι λόγοι, καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι, εἴη ἂν ὁ μὲν θεωρητικὸς νοῦς γνῶσις τῶν ὅρων, καὶ τῶν πρώτων καὶ ἀκινήτων λόγων, ὁ δὲ πρακτικός, γνῶσις τῶν ἐσχάτων καὶ ἐνδεχομένων, δηλονότι τῶν καθ' ἕκαστα πρακτῶν· ὥστε τὸν πρακτικὸν καὶ τὸν θεωρητικὸν νοῦν τῶν ἐσχάτων εἶναι καὶ πρώτων. Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἄμεσοι λόγοι, καὶ οἱ ὅροι, καὶ τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ πρῶτα καὶ ἔσχατά εἰσιν. Οἱ μὲν ἄμεσοι λόγοι τῇ φύσει πρῶτοι, ἔσχατοι δὲ ἡμῖν· τὰ δὲ καθ' ἕκαστα πρῶτα μὲν ἡμῖν, ἔσχατα δὲ τῇ φύσει· ταῦτα δὲ τὰ ἔσχατα τῇ φύσει ἀρχαί εἰσι καὶ αἴτια τοῦ τέλους τοῦ πρακτοῦ· καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ αἰσθήσει καθ' ἕκαστα διδασκόμενοι πράττειν τὰ συμφέροντα ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ δι' ὧν πρὸς τὸ ζητούμενον ἀφιξόμεθα τέλος· καὶ ἀπὸ τούτων τῶν μερικῶν καθολικούς τινας συνάγοντες λόγους, φρόνιμοι γινόμεθα πρὸς τὰς ἐν τῷ βίῳ πράξεις. Διὰ τοῦτο δεῖ τὸν πολιτικὸν γνῶσιν ἔχειν τῶν μερικῶν· ἡ τοιαύτη δὲ γνῶσις ἄνευ μέσου γινομένη νοῦς ἐστι· νοῦς γάρ ἐστιν ἡ γνῶσις τῶν ἀμέσων καὶ τῶν ἀρχῶν.

** Διὰ τοῦτο καὶ φυσική τις ἡ τοιαύτη γνῶσις εἶναι δοκεῖ.

Οὐ γὰρ ἀπὸ μεθόδων τινῶν [a] καὶ μαθήσεως περιγίνεται, ἀλλὰ φύσει. Καὶ οὐχ ὁ νοῦς μόνον, ἀλλὰ καὶ φρόνησις, καὶ ἡ σύνεσις, καὶ ἡ γνώμη φυσικὰ δοκεῖ

que in quibus versantur, proposita habent, siquidem et prudentia, et mens, et bona consultatio, et intelligentia et sententia in singulis et particularibus, in quibus actiones sunt, cernuntur. Mentem autem dico agendi vi præditam, quæ principia singularia et sensibilia habet : nempe idem homo, quum ea quæ ad bonum finem tendunt agit, prudens est : quum vero de iis, ut oportet, deliberat, consultus appellatur : quum autem quæ ad bonum finem accommodavit fecitque simul cognoscit, simul recte, et ut fieri oportet, de iis judicat, intelligens vocatur : quum denique quæ ab aliis facta sunt recte æstimat, eaque interdum ignoscenda putat, quæ veniam merentur, tum bene sentiens et ad ignoscendum propensus nominatur.

Totum enim moderati viri judicium communiter in omnibus quæ ab aliis bene facta sunt versatur : etenim tum illa quæ vocatur æquitas, quæ legitimum jus emendare potest, de qua ante diximus, de iis legibus, quas alii tulerunt, judicare solet; tum venia et sententia recte de iis quæ ab aliis facta sunt statuit : hæc vero omnia viri æqui et moderati sunt : ita evenit, ut omnes humanæ actiones eæ solæ sint, de quibus judicat et statuit vir æquus : etenim æquitas in legitimo jure vertitur : sententia vero in iis quæ sub actionem cadunt, quum ab alio aguntur : in iisdem quoque mens agendi vi prædita cernitur : quum enim mens principiorum sit cognitio, principia autem actionum sint singularia, sicut rerum in contemplatione positarum, quarum finis veritas est, termini et rationes per se credibiles, communesque notitiæ, sequetur etiam, mentem rerum contemplationi deditam terminorum primarumque et immutabilium rationum cognitionem esse, contra mentem agendi vi præditam esse cognitionem extremorum et contingentium, hoc est, singulorum quæ sub actionem cadunt : ita ut mens activa et contemplativa extremorum sit et primorum. Etenim tum rationes per se credibiles, tum termini et singularia partim prima sunt, partim postrema. Ac rationes quidem per se credibiles primæ natura, nobis autem extremæ sunt : contra singularia prima nobis, extrema vero natura : hæc autem quæ natura sunt extrema, principia et causæ illius finis sunt qui sub actionem cadit : etenim rerum sensibilium ope singula facere docti, quæ tam nobis quam aliis conducant, et quorum beneficio ad propositum finem veniamus, dum ex his singularibus universales quasdam rationes colligimus, prudentes ad res in vita communi gerendas efficimur. Quocirca rerum publicarum rectorem singularia percepta habere oportet : hujusmodi autem cognitio, quam nullius interventu nobis paramus, mens est : quoniam mens rerum per se credibilium et principiorum cognitio est.

Quamobrem naturalis etiam videtur esse hujusmodi cognitio. Neque enim certa aliqua docendi ratione ac disciplina, sed natura nobis contingit. Neque mens tan-

* Πᾶσαι γὰρ αἱ δυνάμεις κτλ. — ** Διὸ καὶ φυσικὰ δοκεῖ εἶναι κτλ.

εἶναι· ἀπὸ γὰρ τῆς φυσικῆς γνώσεως τοῦ νοῦ ταῦτα πάντα ὁρμῶνται, καὶ περὶ τὰ αὐτά εἰσι τῷ νῷ, τὰ καθ' ἕκαστα δηλονότι. Σοφία δὲ οὐκέτι [b]· φύσει γὰρ σοφὸς οὐδείς ἐστιν, ὅτι μεθόδων χρεία καὶ μαθήσεως πρὸς τὸ γενέσθαι σοφόν, καὶ τὴν μὲν φρόνησιν, καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὸν νοῦν, καὶ τὴν σύνεσιν οἰόμεθα ταῖς ἡλικίαις ἀκολουθεῖν· φαμὲν γὰρ τήνδε τὴν ἡλικίαν νοῦν ἔχειν, καὶ γνώμην, καὶ φρόνησιν, ὡς τῆς φύσεως αἰτίας οὔσης· σοφίαν δὲ οὐ τῇδε τῇ ἡλικίᾳ, ἢ τῇδε ἀποδίδομεν· καὶ νέῳ γὰρ δυνατὸν γενέσθαι σοφόν, καὶ μειρακίῳ, καὶ οὐ πρεσβύτῃ μόνον, καθάπερ ἐπὶ τῆς φρονήσεως ἔχει καὶ τῶν ἄλλων. Ἡ γὰρ πεῖρα [c] τῶν πρεσβυτέρων ἐστίν, ἧς χωρὶς οὐ δυνατὸν φρόνιμον γενέσθαι, καὶ νοῦν καὶ σύνεσιν ἔχειν καὶ γνώμην.

* Νοῦν λέγω τὸν πρακτικόν· ὁ γὰρ νοῦς, καθὼς εἴρηται, καὶ θεωρητικός ἐστι καὶ πρακτικός, καὶ ἀρχή, καὶ τέλος· ἀρχὴ μέν, καθ' ὅσον τῶν πρώτων ἀρχῶν ἐστι γνῶσις καὶ θεωρητικὸς λέγεται· ἀρχὴ γάρ ἐστιν ἀποδείξεως· τέλος δέ, καθ' ὅσον γνῶσίς ἐστι τῶν καθ' ἕκαστα καὶ ἐν αἰσθήσει, καὶ πρακτικὸς λέγεται· περὶ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις, καὶ ταῦτά εἰσι τὰ ἀπόδειχτα, [d] καὶ εἰς ταῦτα τελευταῖον ὁ ἀποδεικνὺς ἔρχεται ἀπὸ τῶν καθ' ὅλου καταβαίνων.

** Οὗτος δὲ ὁ νοῦς ἀπὸ ἐμπειρίας περιγινόμενος ἐν τοῖς πρεσβυτέροις εὑρίσκεται· διὰ τοῦτο δεῖ πιστεύειν ταῖς τῶν ἐμπείρων, καὶ πρεσβυτέρων, ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων· διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα ὁρῶσι τὰς ἀρχὰς τῶν πράξεων, τὰ καθ' ἕκαστα δηλονότι πρακτά· δι' ὧν τὰ συμφέροντα γινώσκουσι καὶ ὑποτίθενται· καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις.

(Scripsi : [a] τινῶν] cod. τίνων. — [b] οὐκέτι] vulgo οὐκ ἔτι. — [c] πεῖρα] cod. πείρα. — [d] ἀπόδειχτα] cod. ἀποδειχτά. —)

ἐφ. ιγ'.

Περὶ φρονήσεως καὶ τῆς σοφίας, τί χρήσιμοι· καὶ ποτέρα βελτίων.

*** Τί μὲν οὖν ἐστιν ἡ φρόνησις καὶ ἡ σοφία, καὶ περὶ τίνα ἐστὶν [a] ἑκατέρα, καὶ ὅτι ἄλλου τῆς ψυχῆς μορίου ἐστὶν ἑκατέρα, εἴρηται.

**** Διαπορήσειε δ' ἄν τις περὶ αὐτῶν, τί χρήσιμοί εἰσι, καὶ πρὸς τί συντελοῦσι τοῖς ἀνθρώποις.

***** Ἡ μὲν γὰρ σοφία οὐδὲν θεωρεῖ ἐξ ὧν ἐστιν εὐδαίμων ὁ ἄνθρωπος· ἡ μὲν γὰρ εὐδαιμονία περὶ τὴν πρᾶξίν ἐστιν; ἡ δὲ σοφία οὐδεμιᾶς αἰτία γενέσεως· οὐ γὰρ τέλος ἔχει τὸ πρακτὸν ἀγαθόν.

****** Ἡ δὲ φρόνησίς ἐστι μὲν αἰτία πράξεως, καὶ πρὸς τὸ πρακτὸν ἀγαθόν, ἀναγκαία δὲ πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς ἀρετῆς οὐ πάνυ δοκεῖ· τοῖς μὲν γὰρ σπουδαίοις ἀπὸ

tum, seu prudentia etiam, intelligentia et sententia videntur esse naturalia : a naturali enim mentis cognitione hæc omnia proficiscuntur, et in iisdem rebus cum mente versantur, in singularibus videlicet. Sapientia vero non item : nemo videlicet natura sapiens est, quia ad sapientiam sibi parandam certa docendi ratione ac disciplina eget, ac prudentiam, sententiam, mentem et intelligentiam ætatibus congruere putamus : dicimus enim hanc aut illam ætatem mentem habere et sententiam et prudentiam, quasi natura earum rerum causa sit : sapientiam vero nunquam huic aut illi ætati ascribimus : nam et juvenis et adolescens potest esse sapiens, non senex tantum, quæ et prudentiæ cæterarumque rerum ratio est.

Quippe seniorum est experientia, sine qua prudens nemo esse potest, nemo etiam intellectum aut intelligentiam habere aut sententiam.

Mentem autem dico agendi vi præditam; nempe mens, ut diximus, et contemplativa est et activa, principiumque et finis : ac principium quidem, quatenus primorum principiorum est cognitio, et contemplativa appellatur : nimirum demonstrationis principium est : finis vero, quatenus singularium est cognitio, et in sensu consistit, atque activa dicitur : de his quippe sunt demonstrationes, suntque hæc ad demonstrandum facilia, et ad hæc postremo qui demonstravit ab universalibus descendit.

Hic autem intellectus quum experientia duce nobis contingat, in senioribus invenitur : ideoque usu peritorum et seniorum aut prudentium virorum sententiis et opinionibus nulla demonstratione probatis non minor fides quam eorum demonstrationibus adjungenda est : quia enim experientia magistra aliquem quasi oculum sibi compararunt, ipsa actionum principia, hoc est, illa quæ sub actionem cadunt, singula vident : quorum beneficio res tum sibi tum aliis hominibus utiles et animadvertunt et suadent.

Cap. XIII.

De prudentia et sapientia, quam utilitatem præbeant : item utra sit melior.

Quid sit igitur prudentia et sapientia, et in quibus utraque versetur, et utramque non esse ejusdem animi partis, dictum est.

Sed quærat aliquis de iis, quam utilitatem afferant, et quid hominibus prosint.

Sapientia enim nihil eorum contemplatur, quibus homo beatus esse potest : in actione quippe cernitur beatitudo, sapientia autem nullius generationis causa est : neque enim finem habet bonum quod sub actionem cadit.

Prudentia autem causa quidem actionis est, et ad id quod sub actionem cadit bonum deducit : sed ad virtutis possessionem non admodum videtur necessaria : viris

* Διὸ καὶ ἀρχὴ κτλ. — ** Ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων κτλ. — *** Τί μὲν οὖν ἐστιν ἡ σοφία κτλ. — **** Cap. 12. Διαπορήσειε κτλ. — ***** Ἡ μὲν γὰρ σοφία κτλ. — ****** Ἡ δὲ φρόνησις κτλ.

τοῦ ἔθους τὰς ἀρχὰς περιγενομένας, βεβαίας εἶναι συμβαίνει· ἕξεις γάρ εἰσι· καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἀπὸ τοῦ εἰδέναι τὰ καλὰ καὶ δίκαια πρακτικοὶ αὐτῶν γίνονται· ὥσπερ οὐδὲ ὑγιεινοὶ ἢ εὐεκτικοὶ γινόμεθα, ἀπὸ τοῦ καλῶς εἰδέναι τὰ ὑγιεινὰ καὶ εὐεκτικά, ἀλλὰ τῷ ἔχειν ἕξιν ὑγιείας καὶ εὐεξίας· οὐ γὰρ ὁ πύκτης πυκτικώτερος γίνεται διὰ τὸ εἰδέναι τί ἐστι τὸ εὖ καὶ καλῶς πυκτεύειν· οὐ γὰρ τῷ εἰδέναι, ἀλλὰ τῷ ἕξιν ἔχειν πυκτικῆς πυκτεύει· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ παλαιστὴς καὶ ὁ δρομικός· καὶ γάρ τοι καὶ ὁ γυμνικὸς διὰ τὴν ἕξιν γυμνικός ἐστιν, οὐ διὰ τὸ εἰδέναι τὰ εὐεκτικὰ καὶ γυμνικά· λέγω δὲ εὐεκτικὰ καὶ γυμνικὰ ἢ ὑγιεινά, οὐ τὰ ποιητικὰ εὐεξίας ἢ ὑγιείας, ἀλλ' ἃ ποιεῖ ὁ ὑγιαίνων, ἢ ὁ εὐεκτῶν, ἀπὸ τοῦ ἕξιν ὑγιείας ἢ εὐεξίας ἔχειν· ὥσπερ τοίνυν ἐπὶ τῶν εἰρημένων ἕξεων οἱ ἔχοντες οὐκ ἂν ἀμείνους γένοιντο διὰ τὸ εἰδέναι, οὕτως οὐδὲ ὁ σπουδαῖος καλλίων περὶ τὴν ἀρετὴν γένοιτο διὰ τὴν φρόνησιν· εἰ δὲ τοῖς σπουδαίοις οὐδὲν πρὸς τὴν ἀρετὴν ἡ φρόνησις συντελεῖ, λείπεται δὴ τοὺς μὴ ὄντας σπουδαίους τὴν φρόνησιν καλλίους ποιεῖν· καὶ τούτους δὲ οὐ σφόδρα ἀναγκαῖον φρονίμους εἶναι πρὸς τὸ γενέσθαι σπουδαίους· δυνατὸν γὰρ καὶ παρ' ἄλλων μαθόντας τὸν περὶ ἀρετῆς λόγον καὶ πεισθέντας αὐτοῖς σπουδαίους γενέσθαι· ὥσπερ βουλόμενοι ὑγιαίνειν, οὐκ αὐτοὶ μανθάνομεν ἰατρικήν, ἀλλὰ τοὺς ἰατροὺς ἐρωτῶμεν, καὶ οὐδὲν κωλύει ὑγιαίνειν· ταῦτα μὲν οὖν ἀπορήσειεν ἄν τις περὶ τῆς φρονήσεως καὶ τῆς σοφίας, εἰς τί συντελοῦσι τοῖς ἀνθρώποις καὶ πρὸς τί εἰσι χρήσιμοι.

* Ἔτι δὲ καὶ ἐκεῖνο δεῖ ζητεῖν περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν σχέσεως, ποτέρα βελτίων. Δοκεῖ μὲν γὰρ ἡ σοφία βελτίων τῆς φρονήσεως, καθ' ὅσον [b] τῶν ἀναγκαίων ἐστὶ γνῶσις· δοκεῖ δὲ ἡ φρόνησις βελτίων τῆς σοφίας, καθ' ὅσον [c] ἀρχή ἐστι πράξεως, καὶ διὰ τοῦτο κυριωτέρα τῆς σοφίας, ἥτις μόνον θεωρητική ἐστιν· ἡ γὰρ πρακτικὴ ἕξις ἄρχει καὶ ἐπιτάττει περὶ ἕκαστον

** Ταῦτα μὲν οὖν ἠπόρηται περὶ σοφίας καὶ φρονήσεως· ῥητέον δὲ πρὸς ταῦτα, καὶ πρῶτον περὶ τοῦ πρώτου· πρῶτον μὲν οὖν εἰ καὶ πρὸς μηδὲν ἦσαν χρήσιμοι αἱ τοιαῦται ἀρεταί, ἀλλὰ δι' ἑαυτὰς ἀναγκαῖον αἱρετὰς αὐτὰς εἶναι· ἀρεταὶ γάρ εἰσιν ἑκατέρα ἑκατέρου τοῦ διανοητικοῦ, καθὼς εἴρηται· πᾶσα δὲ ἀρετὴ αἱρετόν τί ἐστιν. [d]

*** Ἔπειτα καὶ χρήσιμοί εἰσι πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν, οὐχ ὥσπερ ἰατρικὴ πρὸς ὑγίειαν· ἀλλ' ὥσπερ ἡ ὑγίεια πρὸς ὑγίειαν ἔχει, οὕτω σοφία καὶ φρόνησις πρὸς εὐδαιμονίαν χρήσιμοί εἰσιν· ἡ μὲν γὰρ καθόλου εὐδαιμονία ἡ παντελής ἐστιν ἀρετή, σοφία δὲ καὶ φρόνησις μέρος εἰσὶ τῆς ὅλης ἀρετῆς· ὥστε μέρος εἰσὶ τῆς ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας σοφία καὶ φρόνησις, καὶ τὸ ταύτας ἔχειν μετὰ τῶν ἄλλων ἀρετῶν εὐδαιμονεῖν ἐστι τὴν ὅλην εὐδαιμονίαν.

enim bonis quum ex consuetudine illa contingant principia, firma quoque esse constat : nempe habitus sunt : nihilo autem ad agenda ea quæ honesta et justa sunt aptiores eorum cognitione efficiuntur : quemadmodum nec convalescimus aut firmum corpus nanciscimur, propterea quod res nobis salubres et ad corporis firmitatem pertinentes probe novimus, sed quia habitum firmæ valetudinis et salubris corporis habemus : neque enim pugil pugilatui aptior fit, si sciat quid sit bene recteque certare pugnis : nimirum non quatenus hoc scit, sed quatenus habitum pugilationis habet, pugnis certat : eademque et luctatoris et cursoris est ratio : nam et gymnicus non ob rerum ad corporis firmitatem et ad gymnasia pertinentium cognitionem, sed propter habitum gymnicus est : dico autem res ad corporis firmitatem et gymnasticam artem pertinentes aut nobis salubres non boni habitus aut sanitatis effectrices, sed illa omnia quæ homo sanus aut firmo corpore præditus facit, quia habitum sanitatis aut firmi corporis habet : sicut ergo in iis quos diximus habitibus, qui eos consecuti sunt haudquaquam meliores ipsa scientia efficiuntur, ita nec vir bonus ad virtutem melior efficietur prudentia : quodsi viris bonis nihil ad virtutem prudentia prodest, restat ut qui viri boni non sunt, eos meliores prudentia efficiat : atqui ne hos quidem admodum necesse est prudentes esse, ut viri boni efficiantur : possunt quippe ab aliis discere ea quæ de virtute traduntur, iisque obtemperare, atque ita viri boni fieri : non secus ac si bene valere cupientes, non ipsi medicinam addiscimus, sed medicos consulimus, neque quidquam obstat, quin convalescamus : hæc igitur sunt, quæ de prudentia et sapientia disseri queant allata dubitatione, quid hominibus prosint et quam utilitatem afferant.

Sed et illud de utriusque ad alteram relatione quæri oportet, utra sit præstantior. Videtur enim sapientia prudentiæ præstare, quatenus necessariorum est cognitio : rursus prudentia videtur sapientiæ præstare, quatenus actionis est principium, ideoque plus posse quam sapientia, quæ in sola rerum contemplatione posita est; activus quippe habitus in singularibus dominatur et regnat.

Hæc igitur de sapientia et prudentia allata dubitatione disputata sunt : ad quæ respondendum est, et primum quidem de primo : primum ergo, etiamsi ad nihil aliud hæ virtutes conferrent, tamen per se necessario expetendæ forent : quia virtutes sunt, estque utraque utriusque quæ menti tribuitur partis cogitatione valentis, ut diximus : omnis autem virtus expetenda est.

Deinde etiam ad vitam beatam conferunt, non ut medicina ad sanitatem : sed ut sanitas ad sanitatem se habet, ita sapientia et prudentia ad beatitudinem conducit : nam beatitudo universalis perfecta virtus est, sapientia autem et prudentia virtutis totius partes sunt : quamobrem pars etiam felicitatis humanæ sapientia et prudentia est, et qui iis cum reliquarum virtutum comitatu præditus est, is perpetua felicitate uti perhibetur.

* Πρὸς δὲ τούτοις ἄτοπον κτλ. — ** Περὶ δὴ τούτων λεκτέον κτλ. — *** Ἔπειτα καὶ ποιοῦσι κτλ.

* Ἔτι δὲ καὶ πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν σπουδαίαν ἡ φρόνησις χρήσιμός ἐστι, καὶ δι' αὐτῆς πᾶν τοιοῦτον ἔργον ἀποτελεῖται· ἡ μὲν γὰρ ἠθικὴ ἀρετὴ τὴν θέλησιν εἰς τὸ ἀγαθὸν ἀπευθύνει τέλος, καὶ ὀρθὸν ποιεῖ τὸν σκοπόν· ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τὸ τέλος φέροντα τὸ ἀγαθὸν ζητεῖ· καὶ βουλεύεται δι' ὧν κάλλιστα, καὶ ῥᾷστα, καὶ ὡς δεῖ, τοῦ τέλους ἔνι τυχεῖν. Τοῦ δὲ τετάρτου μορίου τῆς ψυχῆς, ὅ ἐστι τὸ θρεπτικόν, οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τοιαύτη, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ λόγος, ἥτις ἀρχὴν ἔχει τὸ ὀρεκτικόν, λέγω δὴ τὴν ἠθικήν· οὐ γάρ ἐστι τὸ θρεπτικὸν κύριον πράξεως οὐδεμιᾶς· ὃ δὲ οὐκ ἔστιν ἀρχὴ πράξεως, οὐ δύναται ἀρετὴν ἔχειν τοιαύτην. Δύναται δὲ λέγεσθαι ἀρετὴ τοῦ θρεπτικοῦ τὸ εὐτραφές, καὶ ὅσα ἄλλα ἕπονται, ὅταν καλῶς ἔχῃ τὸ θρεπτικόν, οἷον κάλλος ἢ μέγεθος, ὅπερ ἀρετὴ οὐκ ἔστι κυρίως· οὐ γὰρ ἀπὸ προαιρέσεως γίνεται, οὐδὲ * αἱρετή ἐστιν· ἀλλὰ κατὰ μεταφορὰν λέγεται. Καὶ ταῦτα μὲν μεταξὺ εἴρηται· ῥητέον δὲ ἔτι πρὸς τὸ προκείμενον· ὅτι μὲν οὖν εἰ καὶ πρὸς μηδὲν ἄλλο συντελεῖν ἠδύνατο ἡ σοφία καὶ ἡ φρόνησις, διά γε ' ἑαυτὰς ἔδει πολλοῦ τινος ἀξίας εἶναι δοκεῖν, δέδεικται.

** Δείξομεν δὲ ἔτι σαφέστερον, ὅτι ἡ φρόνησις συντελεῖ πρὸς τὸ σπουδαιοτέρους γενέσθαι, καὶ πρακτικωτέρους τῶν καλῶν καὶ δικαίων· μικρὸν δὲ ἄνωθεν ἀναληπτέον τὸν λόγον, ἀρξαμένους ἐκεῖθεν. Ὥσπερ γὰρ λέγομεν δυνατὸν εἶναι πράττοντάς τινας τὰ δίκαια οὔπω δικαίους εἶναι, καὶ τὰ σώφρονα καὶ μὴ σώφρονας εἶναι, οἷοί εἰσιν οἱ τὰ προσταττόμενα ὑπὸ τοῦ νόμου ποιοῦντες διὰ φόβον καὶ ἀκουσίως, ἢ οἱ δι' ἄγνοιαν δίκαιόν τι πεποιηκότες· ὥσπερ εἴ τις λάθοι τὸν ἀδικοῦντα κολάσας ἀντὶ τοῦ ἠδικημένου· ἢ δι' ἄλλο τι, ἢ χρήματα, ἢ ἡδονὴν τὸ δίκαιον ποιοῦντες, καὶ μὴ δι' ἑαυτό· ὥσπερ τοίνυν τοὺς τοιούτους οὐ λέγομεν δικαίους, καίτοι πράττοντας τὰ δίκαια, οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἐπὶ πάσης ἀρετῆς ἔχει· καὶ ὁ ποιῶν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὴν ἀρετήν, καὶ δι' ἑαυτήν, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, καὶ αὐτὸς προαιρούμενος καὶ οὐκ ἀκουσίως, οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σπουδαῖος· ὁ γὰρ βιαζόμενος ὑφ' ἑτέρου πρὸς τὸ ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν τοῦ ἀγαθοῦ μὲν ἕνεκα ποιεῖ ὅπερ ποιεῖ, εἴπερ ὁ καταναγκάζων αὐτὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα καταναγκάζει· σπουδαῖος δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀγαθός, ὅτι μὴ προαιρούμενος καὶ ἑκουσίως πράττει τὸ ἀγαθόν· ἡ μὲν οὖν ἕξις τῆς ἀρετῆς ῥυθμίζουσα τὸ ὀρεκτικὸν τῆς ψυχῆς, τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν, ὀρθὴν ποιεῖ τὴν προαίρεσιν· ἐπιθυμεῖ γὰρ καὶ προαιρεῖται τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς ἕξεως· οὐ δεῖ δὲ μέχρι τούτου τὸν σπουδαῖον ἵστασθαι τοῦ ἕξιν ἔχειν ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ πράττειν ἐξ ὧν ἔσται βεβαία ἡ ἕξις ἐν τῇ ψυχῇ, τὰς πράξεις τὰς σπουδαίας δηλονότι. Τὸ τοίνυν τὰς τοιαύτας πράξεις εἰδέναι οὐ δυνατὸν λαβεῖν ἀπὸ τῆς ἕξεως τῆς ἀρετῆς· αὕτη γὰρ μόνην ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ τὴν

Præterea ad omnem actionem honestam conducit prudentia, et per eam quodlibet tale opus perficitur: virtus quippe moralis voluntatem ad bonum finem dirigit et quod expetimus rectum efficit: prudentia vero ea quæ ad rectum finem ducunt quærit: quin etiam deliberat, quibus rationibus optime facillimeque, et ut oportet, propositum assequi possit. Quartæ vero animi partis, quæ alendi vim habet, nulla est ejusmodi virtus, de qua hic agitur, cujus principium sit appetendi facultas, intelligo videlicet moralem: neque enim pars illa altrix actionis alicujus potestatem proprie habet: id vero quod actionis non est principium, tali præditum virtute esse nequit. Virtus autem dici potest tum partis altricis bonum alimentum, tum quæcunque alia sequuntur, quum bene se habet pars altrix, verbi causa, corporis pulchritudo aut magnitudo, quæ proprie non est virtus: non enim consulto fit, neque expetenda est, sed per translationem ita vocatur. Et hæc quidem reliquis interposui: sed et aliud præterea ad rem quæ tractatur adjici oportet; nimirum etiamsi ad nihil aliud sapientia et prudentia prodesse posset, per se tamen eas magni æstimandas videri, jam ostendimus.

Jam vero manifestius etiam ostendemus, prudentiam efficere, ut meliores fiant homines aptioresque ad actiones honestas et justas suscipiendas: quod ut faciamus, paullo altius nobis repetendus erit sermo, atque inde ducendum exordium. Quemadmodum enim dicimus fieri posse, ut nonnulli qui res justas agunt nondum sint justi et qui temperate agunt, nondum sint temperantes, quales sunt illi qui quæ legibus constituta et præscripta sunt metu commoti faciunt et inviti, aut qui per ignorantiam rem justam faciunt: ut quis inscius eum qui injuriam intulit, punit pro eo qui accepit: aut qui propter aliud aliquid, sive pecuniam sive voluptatem, non autem per se id quod justum est faciunt: sicut ergo hos non appellamus justos, licet ea quæ justa sunt agant, ita in omni virtute, ut videtur, se res habet: et qui quod bonum est agit virtutemque exercet, idque et per se et boni ipsius causa, simul etiam sua voluntate, non invite, is est vir vere honestus: qui enim cogitur ab alio, ut faciat bonum, boni quidem causa facit quod facit, siquidem qui cogit eum, boni causa eum cogit: at neque honestus est neque bonus, nisi consulto et sponte facit bonum: quapropter habitus virtutis dum format animi partem appetendi facultate præditam, id est, iracundiam et libidinem, rectum consilium efficit: cupit quippe et consectatur bonum boni habitus beneficio: nec tamen in solo virtutis habitu acquiescere debet vir honestus, sed illa etiam suscipere, quibus confirmari stabilirique in animo iste queat habitus, actiones videlicet honestas. Talium ergo actionum scientiam virtutis habitu consequi non possumus: siquidem hæc solum animo boni appetitum inge-

* Ἔτι τὸ ἔργον ἀποτελεῖται κτλ. — ** Περὶ δὲ τοῦ μηδὲν εἶναι πρακτικωτέρους κτλ.

ὄρεξιν τοῦ ἀγαθοῦ· τὸ δὲ εἰδέναι ἃ δεῖ πράττειν τὸν σπουδαῖον, ἄλλης ἐστὶ δυνάμεως.

* Λεκτέον δὴ περὶ ταύτης τῆς δυνάμεως σαφέστερον. Ἔστι δή τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα· αὕτη δέ ἐστι τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα δύνασθαι ταῦτα πράττειν, καὶ τυγχάνειν αὐτῶν· ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλός, ἐπαινετή ἐστιν, ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία· διὸ καὶ τοὺς φρονίμους δεινοὺς καὶ πανούργους φαμὲν εἶναι· ἔστι δὲ ἡ φρόνησις οὐχ αὕτη ἡ δύναμις, ἡ δεινότης, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης· ταύτης γὰρ τῆς δυνάμεως ἀρετή ἐστιν ἡ φρόνησις. Οὔτε τοίνυν ἄνευ φρονήσεως τελειωθείη ἂν ἡ ἠθικὴ ἀρετή, τήν τε φρόνησιν ἀδύνατον ἐπιγενέσθαι τῷ πρακτικῷ νῷ ἄνευ τῆς ἄλλης ἠθικῆς ἀρετῆς· οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν, οὓς δηλονότι συλλογιζόμενοι πράττομεν, ἀρχὰς ἔχουσι τὰ τέλη τῶν πράξεων· ἀπὸ γὰρ τῶν τελῶν συλλογιζόμεθα, εἰ ἀγαθαί εἰσιν αἱ πράξεις ἢ πονηραί· τὰς δὲ τοιαύτας ἀρχάς, τὰ τέλη δηλονότι, οὐ γινώσκομεν ἄνευ τῆς ἕξεως τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς· πονηρὸν γὰρ τιθέμεθα τέλος ὑπὸ πονηρᾶς ἕξεως, καὶ πρὸς τοῦτο τὰς πράξεις τάττομεν, ὥσπερ εἰς ἀγαθόν· καὶ συμβαίνει τὴν γνῶσιν τῶν τοιούτων πρακτῶν μὴ εἶναι φρόνησιν, ἡ γὰρ φρόνησις περὶ τὰ ἀγαθὰ τοῦ ἀνθρώπου· ὥστε ἀνάγκη τὸν φρόνιμον τὸ ἀγαθὸν τίθεσθαι τέλος· καὶ διὰ τοῦτο οὐ δυνατὸν τὴν φρόνησιν συστῆναι ἄνευ τῆς ἄλλης ἠθικῆς ἀρετῆς· καὶ ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν· οὕτω μὲν οὖν φαίνεται τὴν φρόνησιν μὴ εἶναι ἄνευ τῆς ἄλλης ἠθικῆς ἀρετῆς.

** Φανερὸν δὲ μηδὲ τὴν ἀρετὴν εἶναι ἄνευ φρονήσεως· καὶ γὰρ ὡς ἔχει ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα, οὐ ταὐτὸν μέν, ὅμοιον δέ· καὶ γὰρ ἡ μὲν δεινότης φυσική ἐστιν ἐπιτηδειότης τῆς ψυχῆς, ἡ δὲ φρόνησις ἀρετή ἐστι τῆς τοιαύτης ἐπιτηδειότητος· οὕτω καὶ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ πρὸς τὴν φυσικὴν ἀρετὴν ἔχει.

*** Πᾶσι γὰρ δοκεῖ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν ἑκάστη φυσική πως εἶναι· καὶ γὰρ δίκαιοι, καὶ σωφρονικοί, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ τἄλλα ἔχομεν εὐθὺς ἐκ γενετῆς.

**** Ἀλλ' ὅμως ζητοῦμεν ἕτερόν τι· νομίζοντες οὐ ταύτας εἶναι τὰς κυρίως ἀρετάς.

****** Αὗται γὰρ καὶ παισὶ καὶ θηρίοις ὑπάρχουσαι, βλαβεραὶ γίνονται ἐνίοτε, διὰ τὸ ἄνευ νοῦ προσεῖναι· καὶ καθάπερ σώματι ἰσχυρῷ κινουμένῳ συμβαίνει σφάλλεσθαι ἰσχυρῶς, ὅταν ἄνευ ὄψεως κινῆται, οὕτω καὶ τὰς τοιαύτας ἕξεις ἄνευ νοῦ πονηρὰς εἶναι συμβαίνει, μετὰ δὲ νοῦ ἀγαθάς· αἳ καὶ ἀρεταὶ κυρίως καλοῦνται. Καὶ αἱ αὐταὶ ἕξεις νοῦ μὲν ἄνευ οὐκ εἰσὶν ἀρεταὶ κυρίως, μετὰ δὲ νοῦ κυρίως ἀρεταὶ γίνονται· ὥστε καθάπερ ἐπὶ τοῦ δοξαστικοῦ δύο εἰσὶν εἴδη, δεινότης καὶ φρόνησις, οὕτως ἐπὶ τοῦ ἠθικοῦ δύο ἐστί, τὸ μὲν ἀρετὴ φυσική, τὸ δὲ ἡ κυρίως.

nerat: illa autem scientia rerum viro honesto agendarum alterius facultatis est.

De qua quidem facultate jam planius dicendum nobis erit. Est igitur facultas quædam quam sollertiam vocant: hæc autem ejusmodi est, ut ea quæ ad finem propositum spectant agere et consequi queat: quodsi finis honestus est, illa quoque laudabilis, sin malus ac turpis, versutia nominatur: ideoque prudentes tum sollertes esse tum versutos affirmamus: est autem prudentia non ipsa facultas illa, quam sollertiam diximus, sed non sine hac facultate est: hujus quippe facultatis virtus prudentia est. Quare nec sine prudentia virtus moralis perficiatur, neque prudentia ad mentem agendi vi præditam sine reliqua virtute morali accedere possit: ratiocinationes quippe eorum quæ sub actionem cadunt, quas nimirum ratiocinando agimus, principia habent actionum fines: e finibus enim ratiocinamur, utrum bona sint facinora an mala: principia vero ejusmodi, hoc est, ipsos fines sine moralis virtutis habitu non cognoscimus: quippe propter malum habitum malum quoque finem nobis proponimus, atque ad istum tanquam ad bonum actiones nostras referimus: quo fit, ut ejusmodi rerum sub actionem cadentium cognitio non sit prudentia, nempe in hominis bonis versatur prudentia: itaque necesse est bonum sibi finem proponat vir prudens: ideoque prudentia sine reliqua morali virtute constare nequit: neque quisquam prudens esse potest, qui non sit bonus: atque ita quidem apparet, sine reliqua morali virtute non posse esse prudentiam.

Sed et illud manifestum est, ne virtutem quidem prudentia carere: etenim quemadmodum prudentia ad sollertiam se habet, ita ut non eadem res sit cum ea, sed similis potius: quippe sollertia naturalis animi dexteritas habetur, ejusmodi autem dexteritatis virtus est prudentia: sic et virtus moralis ad naturalem se habet.

Omnibus enim singulæ virtutes morales videntur quodammodo naturales esse: namque ad justitiam, temperantiam, fortitudinem cæterasque virtutes apti sumus, quum primum nascimur.

Sed tamen aliud quiddam requirimus, rati non has esse illas, quæ proprie dicantur virtutes.

Hi enim habitus qui in pueris et bestiis animadvertuntur, nonnunquam detrimentum afferunt, quia sine intellectu illis insunt: et ut valido corpori accidit, quoties movetur, ut pedes vehementer offendat, quum sine videndi sensu movetur, ita etiam tales habitus sine intellectu malos esse constat, cum intellectu vero bonos: unde et proprie virtutes vocantur. Itaque iidem habitus sine intellectu proprie virtutes non sunt, cum intellectu autem proprie virtutes fiunt: quamobrem sicut in ea animi parte, quæ ad opinandum valet, duæ sunt species, sollertia ac prudentia, ita in morali duæ sunt, altera virtus naturalis, altera quæ proprie dicitur virtus.

---

* Λεκτέον δ' ἐπιστήσασι σαφέστερον κτλ. — ** Cap. 13. Σκεπτέον δὴ πάλιν κτλ. — *** Πᾶσι γὰρ δοκεῖ κτλ. — **** Ἀλλ' ὅμως κτλ. — ***** Καὶ γὰρ παισὶ καὶ θηρίοις κτλ.

* Καὶ τούτων ἡ κυρίως [g] οὐ γίνεται ἄνευ φρονήσεως.

** Διόπερ φασὶ πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι.

*** Καὶ Σωκράτης τούτῳ τῷ λόγῳ στοιχῶν, πῆ μὲν ὀρθῶς εἶχε [h] πῆ δὲ ἡμάρτανεν· [i] ὅτι μὲν γὰρ φρονήσεις ᾤετο εἶναι τὰς ἀρετὰς ἁπάσας, ἡμάρτανεν· ὅτι δὲ οὐκ ἄνευ φρονήσεως, καλῶς ἔλεγε.

**** Σημεῖον δέ· καὶ γὰρ νῦν πάντες, ὅταν ὁρίζωνται τὴν ἀρετήν, εἰπόντες αὐτὴν ἕξιν, καὶ περὶ τίνα καταγίνεται, προστιθέασι καὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· ὀρθὸς δὲ λόγος ὁ κατὰ τὴν φρόνησιν· φαίνεται ἄρα μὴ δύνασθαι εἶναι ἀρετὴν ἄνευ φρονήσεως.

***** Ἔτι δέ, οὐ μόνον κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἕξις ἡ ἀρετὴ λέγεται, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου· ὁ δὲ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθὸς λόγος, ἡ φρόνησίς ἐστιν.

****** Ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι, πάσας γὰρ ἐπιστήμας ἔλεγεν εἶναι· ἡμεῖς δὲ ἕξεις μετὰ λόγου· τὸ γὰρ κατὰ λόγον διαφέρει τοῦ μετὰ λόγου· κατὰ λόγον γάρ τις ποιεῖ τι, καὶ ἑτέρου κινοῦντος, καὶ τὸ τέλος σκοποῦντος, ὥσπερ ἡ φύσις κατὰ λόγον ποιεῖ· μετὰ λόγου δέ, ὅταν αὐτὸς εἰδὼς πράττῃ, καὶ τὸ τέλος σκοπῶν κατὰ λόγον ποιῇ· διὰ τοῦτο δεῖ προσκεῖσθαι τῷ κατὰ λόγον τὸ μετὰ λόγου· λόγος δέ ἐστιν ἡ φρόνησις καθὼς εἴρηται.

******* Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀγαθὴν εἶναι κυρίως τὴν ἕξιν ἄνευ φρονήσεως, οὐδὲ φρόνησιν ἄνευ ἀρετῆς.

******** Ἐντεῦθεν δὲ λύοιτ' ἂν καὶ εἴ τις ἐκ τοῦ ἐναντίου λόγος εἰσάγοιτο· δοκεῖ γὰρ δυνατὸν εἶναι χωρίζεσθαι τὴν φρόνησιν τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς· οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς οὕτως εὐφυῶς ἔχει πρὸς ἁπάσας, ὥστε πάσας τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς καὶ τὴν φρόνησιν ὁμοῦ λαβεῖν δυνηθῆναι· ὥστε τὴν μὲν λήψεται, τὴν δὲ οὔπω εἰληφὼς ἔσται· δοκεῖ ἄρα χωρίζεσθαι τὰς ἀρετάς.

********* Τοῦτο τοίνυν κατὰ μὲν τὰς φυσικὰς ἀρετὰς ἐνδέχεται, κατὰ δὲ τὰς ἠθικάς, καθ' ἃς ἁπλῶς ἀγαθὸς ὁ ἄνθρωπος λέγεται, οὐκ ἐνδέχεται.

********** Ἅμα γὰρ τῇ φρονήσει μιᾷ οὔσῃ πᾶσαι ὑπάρξουσιν.

*********** Ἡ τοίνυν φρόνησίς ἐστι μὲν καὶ πρακτική, καὶ χρήσιμός ἐστι πρὸς τὰς πράξεις ἁπάσας τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Ἔστι δὲ καὶ καθ' ἑαυτὴν ζητητέα, διὰ τὸ ἀρετὴ εἶναι τοῦ βελτίστου μορίου τῆς ψυχῆς, τοῦ λογικοῦ δηλονότι, καὶ τούτου μόνου χάριν χρεία ἂν ἦν αὐτῆς. Οὐ γὰρ ἄν τις ἁπλῶς γένοιτο ἀγαθὸς κατὰ τὸ βέλτιστον ἑαυτοῦ μέρος φαύλως ἔχων· νῦν δὲ οὐκ ἔνι οὐδεμίαν ἀρετὴν ἄνευ τῆς φρονήσεως συστῆναι· οὐ γάρ ἐστιν ὀρθὴν εἶναι τὴν προαίρεσιν ἄνευ φρονήσεως, ὥσπερ οὐδὲ ἄνευ ἀρετῆς, καθὼς εἴρηται· ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ πρὸς τὸ τέλος κινεῖ τὸ ἀγαθόν, καὶ τούτου ἐφίε-

Earum autem hæc, quæ proprie dicitur virtus, sine prudentia constare non potest.

Quapropter omnes virtutes prudentias esse ajunt.

Et qui hanc rationem secutus est Socrates, partim recte sentiebat, partim errabat : nam quod virtutes omnes prudentias esse putabat, in hoc errabat : quod autem eas prudentia non vacare arbitrabatur, recte dicebat.

Id vero hoc argumento confirmatur, quod nunc omnes, quum virtutem definiunt, postquam eam habitum esse dixerunt, et in quibus versetur docuerunt, addunt etiam rectæ rationi consentaneum : recta autem ratio est ea quæ prudentiæ congruit : apparet igitur, non posse virtutem prudentia carere.

Insuper non solum habitus rectæ rationi consentaneus, sed etiam cum recta ratione conjunctus dicitur virtus : recta vero talibus in rebus ratio prudentia est.

Socrates enim rationes virtutes esse existimabat, quia omnes disciplinas esse præ se ferebat : nos autem habitus cum ratione conjunctos : nempe quod rationi congruit, discrepat ab eo quod cum ratione conjunctum est : etenim rationi convenienter facere quispiam aliquid dicitur, etiam alio impellente finemque considerante, ut natura rationi convenienter facit : cum ratione autem, quando facti auctor sciens agit, finemque considerans rationi convenienter facit : quapropter id quod cum ratione conjunctum est adjungi oportet ei quod rationi congruit : ratio autem, sicut diximus, prudentia est.

Ex his ergo quæ dicta sunt apparet, neque bonum habitum proprie sine prudentia, neque prudentiam sine virtute esse posse.

Hinc etiam diluetur, si quod e contrario allatum fuerit argumentum : etenim a morali virtute videtur distingui posse prudentia : non enim idem ad omnes virtutes ita aptus natura est, ut cum cunctas simul morales virtutes, tum etiam prudentiam consequi possit : quamobrem aliam consequetur, aliam vero nondum adeptus erit : videntur ergo separari posse virtutes. Hoc igitur in naturalibus quidem virtutibus evenire potest, in moralibus vero, ex quibus simpliciter homo bonus nominatur, evenire nequit.

Simul enim cum prudentia licet una tantum sit, cæteræ omnes aderunt.

Prudentia igitur tum ad agendum apta, tum ad omnes reliquarum virtutum actiones utilis est. Quin etiam per se expetenda est, quia præstantissimæ animi partis virtus habetur, rationalis videlicet, atque hanc vel solam ob causam ea opus esset. Nemo enim simpliciter bonus erit, qui ex præstantissima sui parte laboret : nunc vero ne una quidem virtus sine prudentia constare potest : neque enim sine prudentia rectum poterit esse consilium, sicut nec sine virtute, ut dictum est : quippe virtus ad bonum finem impellit, et ad hunc petendum

* Καὶ τούτων κτλ. — ** Διόπερ φασὶ κτλ. — *** Καὶ Σωκράτης κτλ. — **** Σημεῖον δὲ κτλ. — ***** Δεῖ δὲ μικρὸν κτλ. — ****** Σωκράτης μὲν κτλ. — ******* Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν κτλ. — ******** Ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος ταύτῃ κτλ. — ********* Τοῦτο γὰρ κατὰ μὲν κτλ. — ********** Ἅμα γὰρ κτλ. — *********** Δῆλον δέ, κἂν εἰ μὴ κτλ.

σθαι παρασκευάζει· ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τὸ τέλος ποιεῖ πράττειν.

* Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία γέ ἐστι τῆς σοφίας, ὅτι διὰ τὴν φρόνησιν ἡ σοφία. Τῷ γὰρ φρόνιμοι εἶναι ζητοῦμεν τὴν σοφίαν, καὶ ἡ φρόνησις τὸ τέλος ζητεῖ τῆς σοφίας, καὶ τὰ πρὸς τὴν σοφίαν φέροντα ζητεῖ· καὶ οὕτω γὰρ ἔχουσα οὐκ ἔστι τῆς σοφίας βελτίων· ἔστι γὰρ ἡ σοφία ἀρετὴ τοῦ βελτίονος μορίου τῆς ψυχῆς· ἡ μὲν γὰρ φρόνησις ἀρετή ἐστι τοῦ πρακτικοῦ νοῦ, ἡ δὲ σοφία τοῦ θεωρητικοῦ. Εἰ δὲ καὶ περὶ τῆς σοφίας ἡ φρόνησις σκοπεῖ, ἀλλ' οὐ χρῆται αὐτῇ πρὸς τὸ ἑαυτῆς τέλος, ὥσπερ αἱ ἀρχιτεκτονικαὶ ἔχουσι πρὸς τὰς ὑπ' αὐτὰς τέχνας, ἀλλὰ ζητεῖ ὅπως γένηται· καὶ οὐ διὰ τοῦτο κυρία αὐτῆς ἐστιν, ὥσπερ οὐδ' ἡ ἰατρικὴ κυρία ἐστὶ τῆς ὑγιείας· οὐ γὰρ αὐτῇ ἐπιτάττει, ἀλλὰ αὐτῆς ἕνεκα· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον βελτίων ἡ σοφία τῆς φρονήσεως, καθάπερ καὶ ἡ ὑγίεια τῆς ἰατρικῆς, ὅτι αὐτῆς ἕνεκα πράττει. Εἰ δὲ ἐπιτάττει ἡ φρόνησις, ἀλλ' οὐ τῷ σοφῷ, ἀλλὰ τῷ μήπω εἰς ταύτην ἐλθόντι τὴν ἀρετήν· τῷ δὲ ἐλθόντι οὐκέτι· οὐδὲ γὰρ ἡ πολιτική, διότι ἐπιτάττει περὶ πάντων ἐν τῇ πόλει, ἤδη καὶ τῶν θεῶν ἄρχει.

(Scripsi : [a] ἐστὶν] vulgo ἐστιν. [b] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. — [c] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. — [d] αἱρετόν τί ἐστιν] vulgo αἱρετόν τι ἐστίν. — [e] οὐδὲ] cod. οὐ δὲ. — [f] διά γε] cod. διάγε. — [g] ἡ κυρίως] cod. ὁ κυρίως. — [h] πῇ μὲν ὀρθῶς εἶχε] cod. πῆ μὲν ὀρθῶς εἶχε. — [i] πῇ δὲ ἡμάρτανεν] cod. πῆ δὲ ἡμάρτανεν. — [k] ἀγαθὴν] cod. ἀγαθὸν. — [l] γὰρ ἄν τις] cod. γάρ τις. —)

nos instituit : prudentia vero efficit, ut ea quæ ad finem spectant faciamus.

At vero neque præest sapientiæ, quia propter prudentiam est sapientia. Quatenus enim prudentes sumus, sapientiam quærimus, et prudentia tum sapientiæ finem, tum ea quæ ad sapientiam ducunt, quærit : neque propterea tamen sapientia est præstantior : siquidem sapientia præstantioris animi partis virtus habetur : activi enim intellectus virtus est prudentia, contemplativi autem sapientia. Quamvis vero etiam de sapientia interdum prudentia cogitet, non tamen ad finem suum ea utitur, quemadmodum architectonicæ rationes ad artes quæ eis subsunt se habent, sed quomodo comparari possit tantum inquirit : nec propterea præest illi, sicut nec sanitati præest medicina : nec enim illi imperat, sed ejus causa præcipit atque imperat; ideoque sapientia prudentiæ præstat, ut sanitas arti medicinæ, quia illius causa agit. Quodsi imperat prudentia, non sapienti illa quidem, sed homini hanc virtutem nondum adepto imperat : adepto autem non item : sicut nec civilis scientia, quod omnia præcipiat quæ in civitate fiunt, etiam diis imperat.

* Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία κτλ.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

Κεφ. α'.

Περὶ ἐγκρατείας.

* Μετὰ τὰ εἰρημένα περὶ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν καὶ διανοητικῶν ῥητέον περὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετῆς, ἥτις ἡρωϊκή τίς ἐστι καὶ θεία· οὔτε γὰρ ἡ ἐγκράτεια ὁμογενής ἐστι ταῖς εἰρημέναις ἀρεταῖς, οὔτε ἡ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀρετή· διὰ τοῦτο μετὰ τὰ περὶ τῶν ἀρετῶν εἰρημένα περὶ τούτων ἰδίως λέγωμεν, ἄλλην ποιησάμενοι ἀρχήν. Ὅτι δὲ οὐδετέρα αὐτῶν ὁμοταγής ἐστι ταῖς προειρημέναις, δῆλον ἔσται ἀπὸ τῶν περὶ αὐτῶν ῥηθησομένων· τῶν δὴ ψόγου ἀξίων καὶ φευκτῶν τρία ἐστὶν εἴδη, κακία, ἀκρασία, θηριότης.

** Τὰ δὲ ἐναντία τούτοις τῇ μὲν κακίᾳ ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθική, περὶ ἧς διείληπται· τῇ δὲ ἀκρασίᾳ ἡ ἐγκράτεια· τῇ δὲ θηριότητι ἡ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀρετή, ἣ ἡρωϊκὴ καλεῖται, καθ' ἣν ἄνθρωποι γίνεσθαι λέγονται θεῖοί τινες ἐξ ἀνθρώπων.

*** Ὥσπερ καὶ Ὅμηρος εἰσάγει τὸν Πρίαμον περὶ τοῦ παιδὸς Ἕκτορος λέγοντα,

— — — οὐ γὰρ ἐῴκει
Ἀνδρός γε θνητοῦ πάϊς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο,

δι' ἀρετῆς ὑπερβολήν.

**** Αὕτη ἡ ἕξις ἐστὶν ἡ ἀντικειμένη τῇ θηριωδίᾳ. Ὥσπερ γὰρ ἡ θηριωδία οὐκ ἔστι κακία, οἵα ἐστὶν ἡ ἀντικειμένη ταῖς ἀρεταῖς· οὐ γάρ ἐστιν ἀνθρωπίνη κακία, ὅλως δὲ οὐδὲ κακία, οὐ γάρ ἐστι θηρίου κακία ἢ ἀρετή, διὰ τὸ μὴ μετὰ λόγου ποιεῖν ἢ παρὰ τὸν λόγον· οὕτως οὐδὲ ἡ θεία ἀρετὴ καὶ ἡρωϊκὴ ἀρετὴ ἂν εἴη κυρίως· τὸ γὰρ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἀρετὴ λέγεται· τὸ δὲ θεῖόν τί ἐστιν· οὐκ ἔστι δὲ θεοῦ ἀρετή, ἀλλά τι τιμιώτερον ἀρετῆς τὸ θεῖόν ἐστιν ἀγαθόν· καὶ ὥσπερ σπάνιόν ἐστιν ἡ τοιαύτη ἕξις, οὕτω καὶ ἡ ἀντικειμένη θηριωδία σπάνιον. Ἔστι δὲ μάλιστα ἐν τοῖς βαρβάροις. Γίνεται δὲ ἡ τοιαύτη θηριωδία οὐ μόνον διὰ πονηροτάτην ἕξιν, ἀλλὰ καὶ διὰ νόσους καὶ πηρώσεις.

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER VII.

Cap. I.

De continentia.

Post ea quæ de virtutibus tum moralibus tum positis in cogitatione diximus, disputandum nobis erit de continentia eaque quæ supra hominem est, virtute, quæ heroïca et divina vocatur: neque enim cognata reliquis, de quibus egimus, virtutibus aut continentia est, aut ea quæ humanum fastigium excedit virtus: quocirca post ea quæ de virtutibus dicta sunt, alio facto initio, de his seorsum exponamus. Neutram autem earum cum iis quas supra memoravimus cohærere virtutibus, vel ex his ipsis quæ de illis traditurі sumus, erit manifestum: eorum vero quæ reprehendenda et fugienda videntur, tres sunt species, vitiositas, incontinentia, feritas.

His vero contraria habentur, vitiositati quidem virtus, de qua disseruimus, moralis: incontinentiæ continentia: feritati quæ supra hominem est virtus, quam heroicam nominant, qua ex hominibus divini quidam homines fieri dicuntur.

Quemadmodum et Priamum Homerus de Hectore filio loquentem inducit,

namque illum haud esse putares
mortali genitore satum, at genus esse deorum,

propter virtutis excellentiam.

Hic autem est qui immanitati opponitur habitus. Nam quemadmodum immanitas non est vitiositas talis, qualis virtutibus opponitur: neque enim humana vitiositas est, sed omnino ne vitiositas quidem, siquidem nec feræ vitium aut virtus est, quia nec cum ratione nec præter eam agit: ita nec divina virtus nec heroica proprie erit: humanum quippe bonum virtus vocatur: hoc vero divinum quid est: dei autem non est virtus, sed præstantius quid virtute divinum est bonum: et sicut rarum quid est ejusmodi habitus, ita et quæ opponitur, rarum quid est immanitas. Reperitur vero maxime apud barbaros. Nimirum talis immanitas non tantum a pessimo habitu, sed etiam a morbis et mutilationibus proficiscitur.

* Lib. VII. cap. 1. Μετὰ δὲ ταῦτα λεκτέον, κτλ. — ** Τὰ δ' ἐναντία τοῖς μὲν δυσὶ δῆλα, κτλ. — *** Ὥσπερ Ὅμηρος περὶ Ἕκτορος κτλ. — **** Ὥστ' εἰ καθάπερ φασὶν κτλ.

* Περὶ μὲν οὖν τῆς τοιαύτης διαθέσεως ὕστερον ποιησόμεθα λόγον. Περὶ δὲ τῆς κακίας εἴρηται πρότερον, ὅτε [b] περὶ ἀρετῶν ἐλέγομεν τῶν ἠθικῶν. Νῦν δὲ περὶ τῆς ἀκρασίας ἐροῦμεν, καὶ περὶ τῆς μαλακίας καὶ τῆς τρυφῆς, καὶ τῶν ἀντικειμένων, ἐγκρατείας καὶ καρτερίας· οὔτε γὰρ τῇ εἰρημένῃ κακίᾳ καὶ ἀρετῇ αἱ αὐταί εἰσιν, οὔτε πάντα διάφοροι, ὡς ἑτερογενεῖς εἶναι· καθ' ὅσον [c] μὲν γὰρ τὸ ἀγαθὸν αἱρεῖται ὁ ἐγκρατὴς καὶ τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖ, ἀρετῇ προσήκει ἡ ἐγκράτεια· καθ' ὅσον δὲ ἐναντιοῦται [d] αὐτῷ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἐν ἀγῶνί ἐστιν ἀεί, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἕξιν, κατὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀρετή. Ἀκολούθως δὲ οὐδὲ ἡ ἀκρασία κακία ἐστὶ κατὰ τὴν κακίαν τὴν ἀντικειμένην ταῖς ἠθικαῖς ἀρεταῖς· ὁ μὲν γὰρ τὴν ἄλλην κακίαν φαῦλος, ἕξιν ἔχων τῆς φαυλότητος, πράττει τὰ φαῦλα, μὴ ἀντιτείνοντος αὐτῷ τοῦ λογισμοῦ· ὁ δὲ ἀκρατής, τοῦ λογισμοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἕλκοντος, ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κρατεῖται· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ὁμοειδὴς τῇ κακίᾳ ἡ ἀκρασία· ὅτι δὲ παρὰ τὸν λόγον καὶ αὐτή ἐστι, καὶ ἑκούσιον, τοῦτο αὐτῇ κοινωνεῖ.

** Λέγωμεν δὴ περὶ αὐτῶν κατὰ τὸν τρόπον, καθ' ὃν καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἴπομεν· ἐκθησόμεθα γὰρ τοὺς δοκοῦντας περὶ αὐτῶν λόγους, ὧν τοὺς μὴ συμβαίνοντας τῇ ἀληθείᾳ ἐλέγξαντες, τοὺς μάλιστα ἐνδόξους καταλείψαντες βεβαιώσομεν· καὶ οὕτως ἔσται φανερὸς ὁ περὶ αὐτῶν λόγος.

*** Δοκεῖ δὴ πᾶσιν ἡ ἐγκράτεια ἀγαθόν, καὶ ἡ καρτερία τῶν σπουδαίων καὶ τῶν ἐπαινετῶν εἶναι· ἡ δὲ ἀκρασία τοὐναντίον. Φασὶ δὲ περὶ τῆς ἐγκρατείας καὶ ταῦτα· πρῶτον μέν, ὅτι ὁ ἐγκρατὴς ὁ αὐτός ἐστι τῷ ἐμμενετικῷ ἔν τινι λογισμῷ καὶ ἀκινήτῳ, καὶ ἐγκράτεια τὸ ἐμμένειν τῷ λογισμῷ, ἀκρασία δὲ καὶ ἀκρατὴς τοὐναντίον· δεύτερον, ὅτι εἰδὼς ὁ ἐγκρατὴς ὅτι φαῦλαι [e] αἱ ἐπιθυμίαι, ἀφίσταται τούτων καὶ ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ, ὁ δὲ ἀκρατής, εἰδὼς ὅτι φαῦλα πράττει, διὰ τὴν ἡδονὴν οὐ πείθεται τῷ λόγῳ· τρίτον, ὅτι καὶ ὁ σώφρων ἐγκρατής ἐστι καὶ καρτερικός, καὶ ὁ ἀκόλαστος τοὐναντίον· τέταρτον, ὅτι καὶ πᾶς ἐγκρατὴς σώφρων· ἔνιοι δὲ ὁμοίως καὶ τὸν ἀκρατῆ πάντα ἀκόλαστον, καὶ τὸν ἀκόλαστον ἀκρατῆ εἶναί φασιν· ἄλλοι δὲ διαφέρειν ἀλλήλων· πέμπτον, ὅτι ἐνδέχεται φρόνιμον καὶ δεινὸν ὄντα καὶ ἀκρατῆ εἶναι· ἕκτον, ὅτι λέγονται ἀκρατεῖς οἱ πρὸς θυμὸν ἐπιρρεπεῖς, καὶ οἱ σφόδρα τιμῆς καὶ κέρδους ὀρεγόμενοι· ταῦτα μὲν οὖν εἰσι πάντα σχεδὸν τὰ λεγόμενα περὶ ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας· ὧν περὶ ἑκάστου σκεψώμεθα· καὶ πρῶτον περὶ τοῦ πρώτου.

(Scripsi : [a] οὐ γὰρ ἐῴκει] cum cod. Andronici et Marciano Aristotelis; nam apud Homerum Iliad. XXIV, 258-259 et in plerisque Stagiritæ libris legitur οὐδὲ ἐῴκει. — [b] ὅτε] cod. ὅτι. — [c]

περὶ τὸ θρεπτικόν, τῆς φύσεως κινούσης, ἵνα αὐξηθῶσι, καὶ διάκεινται ὥσπερ οἱ οἰνωμένοι· ἐσθίοντες γὰρ ἀεὶ καὶ πίνοντες, καὶ ὑπνώττοντες ἀκμαιοτάτην ἔχουσι τὴν περὶ ταῦτα ἐπιθυμίαν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὴν δίψαν. Διὰ τοῦτο ἡ νεότης ἡδύ ἐστιν, ὅτι μετ' ἐπιθυμίας ἀεὶ τῶν ἀναγκαίων ἅπτεται. Τὸν ἴσον δὴ τρόπον καὶ οἱ μελαγχολικοὶ τὴν φύσιν ἀεὶ ἐν ὀρέξει εἰσὶ σφοδρᾷ, καὶ δέονται ἀεὶ θεραπείας· δάκνεται γὰρ αὐτοῖς ἀεὶ τὸ σῶμα διὰ τὴν κρᾶσιν. Οἱ μὲν οὖν ζητοῦντες τὰς ἡδονὰς οὗτοί εἰσι, καὶ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ζητοῦσι· καθ' ὅλου δὲ πᾶσα ἡδονὴ σωματικὴ ζητεῖται ἵνα ἐκβάλλῃ λύπην σωματικήν· ἐκκρούει γὰρ ἡδονὴ λύπην, οὐ μόνον ἡ ἀντικειμένη αὐτῇ, οἷον ἡ ἐπὶ τῷ θρεπτικῷ ἡδονὴ τὴν ἐπὶ τῷ θρεπτικῷ λύπην, ἀλλὰ καὶ ἑτέρα τις, ἐὰν ᾖ ἰσχυρά. Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ διώκονται, καὶ ἐντεῦθεν ἀκόλαστοι καὶ φαῦλοι γίνονται.

* Αἱ δὲ ἡδοναὶ αἱ θεωρητικαί, ὧν οὐ προηγεῖται λύπη· οὐ γάρ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶν, πρὶν ἡσθῆναι, λυπούμεθα· αἱ δὴ τοιαῦται οὐχ ὑπερβάλλουσι τὸ δέον· οὐδ' ἔστι θεωρῆσαι πλέον ἢ προσῆκεν· ἀλλὰ ἀεὶ ἐπαινεταί [d] εἰσιν· ὅτι τὰ κατ' αὐτὰς ἡδέα φύσει εἰσὶν ἡδέα, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. Λέγω δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἡδέα, τὰ ἰατρεύοντα τὰς σωματικὰς ἐνδείας καὶ λύπας, ὥσπερ τὰ σιτία· ἰατρεύει γὰρ τὴν φύσιν τοῦ πεινῶντος νοσοῦσαν τοῦτο τὸ μέρος, καὶ εἰσάγει τὸ ἐλλεῖπον, ἐπειδὰν κατὰ τὸ ἕτερον μέρος οὐκ ἐνδεὴς ᾖ, οὐδὲ νοσῇ· [e] λέγω δὴ τὸ θρεπτικόν· ἀλλ' ἔχῃ τε [f] αὐτὸ καὶ ὑγιαίνῃ κατ' αὐτό, καὶ ἐνεργῇ, τοῦτ' ἔστιν ὀρέγηται. Κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ τὰ τοιαῦτα ἡδέα ἐστίν, ὅτι διὰ τὴν ἰατρείαν συμβαίνει αὐτοῖς ἡδέσιν εἶναι· φύσει δὲ ἡδέα οὐ τὰ ἀναπληροῦντα τὴν ἔνδειαν τῆς φύσεως, ἀλλὰ τὰ ποιοῦντα πρᾶξιν αὐτῆς· οἷά ἐστι τὰ θεωρητά· τελειοῦσι γὰρ τῆς ψυχῆς τὴν ἐνέργειαν.

** Ὅτι δὲ οὐκ ἐσμὲν ἁπλοῖ, οὐδὲ μόνῃ ζῶμεν τῇ ψυχῇ, διὰ τοῦτο οὐκ ἀεὶ ταὐτὰ ἡδέα ἡμῖν ἐστιν, ἐπεὶ [g] οὐδὲ τὰ κατὰ συμβεβηκὸς ἡδέα ἀεὶ ζητοῦμεν, ἀλλὰ νῦν μὲν ταῦτα, νῦν δὲ ἐκεῖνα. Ὅταν μὲν γὰρ πρὸς τὸ σῶμα ῥέπωμεν, τοῖς σωματικοῖς χαίρομεν, ἐπειδὰν δὲ ὑπὲρ τοῦτο ἴδωμεν, τὰ φύσει ἡδέα ζητοῦμεν· αἱ γὰρ τῆς ψυχῆς ἡδοναὶ ταῖς σωματικαῖς μάχονται, καὶ οἷς ἡ ψυχὴ πράττουσα χαίρει, ταῦτα τῷ σώματι παρὰ φύσιν· ὁπόταν δὲ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρετὴν μελέτης τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα ἀκολουθήσῃ, τηνικαῦτα οἷς ἐνεργοῦσα ἥδεται ἡ ψυχή, οὐχ ἥδεται μὲν τὸ σῶμα καθ' ὅσον [h] οὐκ εἰσὶν αἰσθητά, οὐκ ἀλγεῖ δέ.

*** Διὰ τοῦτο καὶ οἷς ἐστιν ἡ φύσις καθάπαξ ἁπλῆ, ἡ αὐτὴ πρᾶξις ἀεὶ ἡδίστη ἐστίν· ὁ γὰρ θεὸς ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν· καίτοι ἀκίνητός ἐστι, καὶ δοκεῖ διὰ τοῦτο μὴ ἔχειν ἡδονήν. Ἡ γὰρ ἡδονὴ ἐνέργειά ἐστιν· ἡ δὲ ἐνέργεια κινήσεως δοκεῖ μόνον εἶναι,

impellit, ut crescant, et vinosorum instar afficiuntur: edendo enim semper et bibendo ac dormiendo acerrima harum rerum cupiditate ardent, sicut illi siti crucientur. Quamobrem jucunda est adolescentia, propterea quod cum cupiditate semper res necessarias aggreditur. Pariterque homines natura melancholici semper acri cupiditate flagrant, ac perpetua curatione egent: corpus enim eorum assidue vellicatur ac mordetur propter temperationem. Hi ergo sunt qui voluptates consectantur, et hæ sunt causæ cur eas consectentur: omnino autem omnis voluptas corporis ad depellendum corporis dolorem quæritur: dolorem enim depellit voluptas, non modo contraria illi, verbi causa voluptas quam quis e vi altrice capit, dolorem e vi altrice captum, sed etiam alia, si vehemens fuerit. Ob hanc causam corporis voluptates appetuntur, et hinc intemperantes improbique evadunt.

Contemplativæ vero voluptates, quas dolor non præcedit: non enim in his, ut in corporis voluptatibus, ante oblectationem dolemus: tales ergo nunquam modum excedunt: neque enim quisquam plus quam oportet contemplari potest: sed semper laudabiles sunt: quoniam quæ in iis sunt jucunda, natura sunt jucunda, et non per accidens. Voco autem per accidens jucunda, quæ corporis defectui ac dolori medentur, sicut cibi: illi enim esurientis naturæ hac ex parte ægrotanti medentur ac defectum supplent, quum in altera parte neque viribus deficitur, neque ægrotat: intelligo nempe vim altricem: sed et habet eam, et illa vi valet atque agit, hoc est appetit. Nimirum per accidens talia sunt jucunda, quia curatione quam adhibent illis contingit, ut jucunda sint: natura autem jucunda sunt, non quæ defectum naturæ supplent, sed quæ ejus actionem eliciunt atque expromunt: qualia sunt spectativa, quia mentis agitationem perficiunt.

Quia vero neque simplices sumus, neque sola mente vivimus, idcirco non semper eadem nobis sunt jucunda, quandoquidem etiam non semper quæ per accidens jucunda sunt quærimus, sed modo hæc, modo illa. Quum enim magis ad corpus inclinamus, rebus corporeis quoque delectamur, quum vero animus altius se effert, quæ natura jucunda sunt appetimus: animi quippe voluptates cum corporis voluptatibus pugnant; quibusque actionibus delectatur animus, hæ præter corporis naturam sunt: quando vero virtuti ita studemus, ut animum sequatur corpus, tum iis quidem quibus animus delectatur actibus non delectatur corpus, quatenus sensibus non percipiuntur, sed non dolet.

Quamobrem quibus natura omnino simplex est, his eadem etiam actio semper jucundissima est: deus enim una semper et simplici potitur voluptate: atqui suo loco non movetur, ideoque nulla videtur perfrui voluptate. Voluptas enim actus est: solius autem motus videtur

---

* Αἱ δ' ἄνευ λύπης οὐκ ἔχουσιν κτλ. — ** Οὐχ ἀεὶ δ' οὐθὲν ἡδὺ κτλ. — *** Ἐπεὶ εἴ του ἡ φύσις κτλ.

ἀλλ' οὐκ ἔστιν· ἔστι γὰρ καὶ ἀκινησία ἐνέργεια, καὶ ἡ ἡδονὴ μᾶλλον ἐν ἠρεμίᾳ ἐστίν, ἢ ἐν κινήσει.

* Ἡ δὲ μεταβολὴ πάντων γλυκύτατον, κατὰ τὸν ποιητήν, οὐ τῇ ἀρίστῃ καὶ ἀγαθῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ συνθέτῳ, διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς καὶ τὴν πονηρίαν· ὥσπερ γὰρ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος εὐμετάβολος, οὕτω καὶ ἡ πονηρὰ φύσις ἀεὶ δεῖται μεταβολῆς· οὐ γὰρ ἁπλῆ οὐδὲ ἐπιεικής. Περὶ μὲν οὖν ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας, καὶ περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης καὶ τί ἐστιν ἕκαστον αὐτῶν, καὶ πῶς τὰ μὲν ἀγαθά, τὰ δὲ κακά, εἴρηται· λοιπὸν δὲ περὶ φιλίας ἐροῦμεν.

(Scripsi : [a] ἡδοναὶ] cod. ἡδοναι sine accentu. — [b] ζῷον] cod. ζῶον. — [c] ὥσπερ οὐ πρὸς τὸ διαφθεῖραι τὸ σῶμα] cod. ὥσπερ οὐκ ἐοὶ διαφθεῖραι τὸ σῶμα. — [d] ἐπαινεταί εἰσιν] cod. ἐπαίνεταί εἰσιν. — [e] νοσῇ] cod. νοσεῖ. — [f] τε] cod. τὲ. — [g] ἐπεὶ] cod. ἐπει sine accentu — [h] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. —

esse actus, quum non sit : nam et immobilitas aliquis est actus, magisque in quiete quam in motu est voluptas. Mutatio autem rerum omnium jucundissima est, ut ait poeta, non optimae quidem aut bonae naturae, sed compositae, idque propter imbecillitatem ejus et improbitatem : quemadmodum enim homo vitiosus ingenio mobili ac mutabili est : sic etiam mala et vitiosa natura mutationem semper desiderat : non enim simplex neque bona est. De continentia igitur et incontinentia, de voluptate ac dolore tum quid sit eorum unumquidque, tum quomodo eorum alia bona alia mala sint, dictum est : restat, ut de amicitia dicamus.

* Μεταβολὴ δὲ πάντων κτλ.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ
ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ
ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ.

Κεφ. α΄.

Περὶ φιλίας.

* Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας ἀκόλουθόν ἐστι διελθεῖν. Ἔστι γὰρ ἡ φιλία ἀρετή τις, ἢ ἕπεται τῇ ἀρετῇ. Καὶ γὰρ ἡ μεταξὺ δυσκολίας καὶ κολακείας ἀρετή, προσλαβοῦσα τὸ στέργειν, φιλία ἐστίν· ὡς ἐν τῷ ι΄ κεφαλαίῳ τοῦ δ΄ βιβλίου εἴρηται· καὶ ἕπεται δὲ τῇ τελείᾳ ἀρετῇ. Ἡ γὰρ ἀληθὴς φιλία, ὡς αὐτίκα εἰρήσεται, ἐν τοῖς σπουδαίοις μόνοις εὑρίσκεται. Διὰ ταῦτα ἐν τῇ περὶ τῶν ἀρετῶν πραγματείᾳ ἀκόλουθόν ἐστι καὶ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, ἐπεὶ καὶ ἀναγκαιότατόν ἐστιν εἰς τὸν βίον. Ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα· καὶ γὰρ τοῖς πλουτοῦσι, καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ μάλιστα χρεία [a] εἶναι φίλων. Τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐδαιμονίας, μὴ δυναμένοις εὐεργετεῖν; οὐκ εὐεργετοῦσι δὲ μὴ ἔχοντες φίλους· ἡ γὰρ μάλιστα γινομένη εὐεργεσία καὶ ἐπαινουμένη πρὸς τοὺς φίλους ἐστίν· ἢ πῶς ἂν ὁ εὐδαίμων ἐν τῇ εὐδαιμονίᾳ διαμείναι* καὶ σώζοιτο ἄνευ φίλων; ὅσῳ γὰρ μείζων ἡ εὐδαιμονία, τοσούτῳ καὶ ἐπισφαλεστέρα. Οὐ μόνον δὲ εὐδαίμοσι χρεία φίλων, ἀλλὰ καὶ δυστυχέσι καὶ πένησι· μόνην γὰρ οἴονται πάντες καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους. Οὐ μόνον δὲ τύχῃ, ἀλλὰ καὶ ἡλικίᾳ πάσῃ λυσιτελής ἐστιν ἡ φιλία· οἱ γὰρ φίλοι νέους μὲν εἰς τὸν ὀρθὸν ὁδηγοῦσι λόγον, ἵνα μὴ δι' ἀπειρίαν τοῦ ἀγαθοῦ διαμαρτάνωσι, πρεσβυτέρους δὲ θεραπεύουσι, καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἀσθένειαν αὐτοὶ ἀναπληροῦσι· τῶν δὲ ἐν ἀκμῇ ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσι προστιθέασι, καὶ βελτίω ποιοῦσι τὰ ἔργα,

Σύν τε [b] δύ' ἐρχομένω·

καὶ γὰρ μετὰ τῶν φίλων καὶ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι γινόμεθα, καὶ φύσει δὲ πρόσεστιν ἡμῖν ἡ φιλία. Φύσει γὰρ τὸ γεννῶν φιλεῖ τὸ γεννώμενον· καὶ οὐκ ἐν ἀνθρώποις μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐν ὀρνέοις, καὶ ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ζῴων· [c] καὶ οὐκ ἐν γεννῶντι μόνον καὶ γεννωμένῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὁμογενέσι πρὸς ἄλληλα, μάλιστα δὲ πάντων ἐν τοῖς ἀνθρώποις· διὰ τοῦτο τοὺς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν, ὡς ἀνθρώ-

ANDRONICI RHODII
ETHICORUM NICOMACHEORUM
PARAPHRASIS
LIBER OCTAVUS

Cap. I.

De amicitia.

His autem expositis reliquum est, ut de amicitia disseramus. Est enim amicitia aut virtus, aut sequitur virtutem. Ea quippe quæ inter morositatem et adulationem est virtus, adjuncto amore fiet amicitia : quemadmodum octavo libri quarti capite dictum est a nobis, et perfectam sequitur virtutem. Vera enim amicitia, sicut statim dicetur, in honestis tantum viris inest. Quamobrem in nostra de virtutibus disputatione consentaneum est nos etiam de ea exponere, quoniam vel ad vitam agendam res est maxime necessaria. Nam sine amicis nemo vivere velit, etiamsi ceterorum bonorum omnium copia circumfluat : nimirum etiam iis qui divitiis, imperiis et potentia instructi atque ornati sunt, amicis opus esse maxime videtur. Quid enim prodest talis felicitas iis, qui de aliis bene merere non possunt? At in neminem beneficia conferunt qui amicos non habent : quæ enim maxime locum habet et laudabilis est beneficentia, ea in amicos confertur : aut qua ratione homo felix sine amicis in felicitate permaneat et incolumis servetur? quanto enim major felicitas, tanto etiam periculosior est. At non modo felices, sed miseri quoque et pauperes amicis opus habent : omnes enim unicum perfugium amicos esse putant. Neque vero omni tantum fortunæ, sed etiam ætati amicitia conducit : namque amici adolescentulos ad sanitatem perducunt, ne propter boni ignorationem peccent, senes autem colunt, eorumque actionis defectum ex ætatis imbecillitate ortum ipsi supplent : eorum denique qui integerrima ætate florent bonas actiones juvant, et meliora negotia faciunt, ut in proverbio est :

Duobus quippe simul euntibus etiam alter altero plus videt :

cum amicis enim melius singula et excogitare possumus et agere, sed et natura nobis inest amicitia. Natura enim ita comparatum est, ut omnis parens prolem suam diligat : quod non modo in hominibus, sed in avibus quoque et plerisque animalibus locum habet : nec in parente tantum et prole, sed etiam in iis qui propinqua cognatione conjuncti sunt, omnium maxime vero in hominibus : ideoque hominum amantes tanquam huma-

* Lib. VIII. cap. 1. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας κτλ.

πινόν τι ποιοῦντας. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν ταῖς πλάναις, ὡς οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον· οἵ τε [d] γὰρ ἐπὶ χώρας μένοντες σὺν ἡδονῇ τὸν πλανώμενον ὑποδέχονται καὶ θεραπεύουσιν, ὅ τε [e] πλανώμενος, εἰ συντύχοι μόνον ἀνθρώποις, μάλιστα χαίρει. Καὶ τὰς πόλεις ἡ φιλία συνέστησε τὴν ἀρχὴν καὶ ἀεὶ συνέχει· καὶ οἱ καθιστάντες τὰς πόλεις νομοθέται μᾶλλον τῆς φιλίας φροντίζουσιν, ἢ τῆς δικαιοσύνης· καὶ γὰρ διὰ τὴν ὁμόνοιαν ἡ δικαιοσύνη ζητεῖται· ἡ δὲ ὁμόνοια ὅμοιόν τί ἐστι τῇ φιλίᾳ, ἡ δὲ στάσις ὁμοία ἐστὶ τῇ ἔχθρᾳ, ἣν ἀεὶ τῆς πόλεως ἀπελαύνειν σπουδάζουσιν οἱ νομοθέται. Ἄλλως τε, φίλων μὲν ὄντων πρὸς ἀλλήλους τῶν πολιτῶν, οὐ χρεία τῇ πόλει δικαιοσύνης, δικαίων δὲ ὄντων, φιλίας χρεία· βέλτιον γὰρ μετὰ ταύτης ὁμονοήσουσιν, ἢ μετὰ τῆς δικαιοσύνης. Ἔτι δὲ τὸ μάλιστα δίκαιον φιλικὸν εἶναι δοκεῖ· καὶ γὰρ ἐπειδάν τις περὶ τὸν πλησίον πάντα τὰ δίκαια διασώζῃ, κἂν [f] αὐτόν τι δέῃ ζημιωθῆναι, φίλος ἐστίν· ὥστε μᾶλλον ζητεῖται ἡ φιλία ἢ ἡ δικαιοσύνη παρὰ τῶν νομοθετῶν, καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι πρὸς τὸ καλῶς ὁμονοεῖν δύνασθαι. Οὐ μόνον δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ πρὸς ἄλλο φέρει ἀγαθόν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ καλόν ἐστι καὶ ἐπαινετόν· τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν, ἥ τε πολυφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἓν εἶναι· καὶ ἔνιοί φασι μηδὲν διαφέρειν τὸν φίλον τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἄντικρυς εἶναι.

(Scripsi : [a] χρεία] ex Aristotele; cod. χρείαν. — [*] διαμεῖναι] cod. διαμείνῃ — [b] σύν τε] ex Iliad. X. 224; cod. σύντε. — [c] ζῴων] cod. ζώων. — [d] οἵ τε] cod. οἵτε. — [e] ὅ τε] vulgo ὅ, τε. — [f] κἂν] vulgo κᾆν. —)

num quid facientes laudare consuevimus. Cernere licet etiam in peregrinationibus, quam sit omnis homo homini accommodatum quiddam atque amicum : qui enim in terra sua manent libenter peregrinantem excipiunt et colunt, et qui peregrinatur, si occurrat modo hominibus, vehementer lætatur. Sed et civitates initio amicitia constituit et semper conservat : et qui respublicas constituerunt legum latores majorem amicitiæ quam justitiæ rationem habent : concordiæ quippe causa justitia quæritur : concordia autem similis est amicitiæ, sicut seditio ad inimicitiæ similitudinem accedit, quam semper a civitate arcere student legum latores. Adde quod ne opus quidem civitati justitia est, si amici inter se sint cives, contra vero licet sint justi, amicitia tamen opus est : cum hac enim quam cum justitia concordius vivent. Quin etiam quod justissimum est ad amicitias jungendas accommodatissimum videtur : quum quis enim jura omnia observat in alio, neque quidquam prætermittit, ac ne pœnam quidem si mereatur, is tamen amicus erit : quamobrem amicitia magis quam justitia a legum latoribus expetitur, estque ea ad veram concordiam omnino necessaria. Neque tantum necessaria est et ad aliud bonum confert, sed etiam ipsa per se pulchra et laudabilis est : nam amicorum studiosos laudamus, et amicorum multitudo videtur una ex præclaris esse rebus : nonnulli quoque nihil a viro bono differre amicum arbitrantur, sed plane eundem esse.

Κεφ. β'.

Τίς ἡ φιλία, καὶ ὅτι τρία αὐτῆς ἐστιν εἴδη.

[*] Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ φιλία· διαπορεῖται δὲ περὶ αὐτῆς οὐκ ὀλίγα. Πότερον ὁμοιότης ἐστὶν ἡ φιλία, καὶ οἱ ὅμοιοι φίλοι, ἢ ἐναντιότης, καὶ οἱ ἔχοντες ἐναντίοι. Οἱ μὲν γὰρ ὁμοιότητα τιθέασιν αὐτήν, καὶ τοὺς ὁμοίους φίλους· ὅθεν τὸν ὅμοιόν φασιν ὡς τὸν ὅμοιον, καὶ κολοιὸν ποτὶ κολοιόν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οἱ δὲ ἐναντίους φίλους φασὶν εἶναι, καὶ τὸν λόγον εἰς τὸ καθολικώτερον καὶ φυσικώτερον ἀνάγουσιν, Εὐριπίδης μὲν φάσκων,

Ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν,
Ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν [a] πληρούμενον
Ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν·

Ἡράκλειτος [b] δὲ λέγων τὸ ἀντίξουν συμφέρον εἶναι, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι· ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις ἀποφαίνεται περὶ τῆς φιλίας μετὰ πολλῶν ἄλλων καὶ ὁ

Cap. II.

Quæ sit amicitia : item tres ejus species esse.

Talis ergo amicitia est : sunt autem de illa disputantibus haud pauca, de quibus dubitatur. Ac primum quidem, utrum similitudo sit amicitia, similesque sint amici, an contrarietas et contrarii qui amicitiam cum aliquo gerunt. Alii enim eam similitudinem esse statuunt, et similes amicos : ex quo proverbia nata sunt, semper similem ad similem, et graculum ad graculum, et cætera hujus generis : alii vero contrarios amicos esse affirmant, totamque rem magis universe spectatam ad naturales rationes referunt, ut Euripides, quum ait :

Amat quidem imbrem terra, quum siccum solum,
Amat quoque excelsum imbribus cœlum grave,
Agitante Venere in gremia terræ labier :

et Heraclitus quum ait, contrarium utile esse, et ex diversis pulcherrimum concentum exsistere, et ex contentione omnia oriri : his contrariam de amicitia sententiam cum aliis multis Empedocles dicit, affirmans simile ejus

[*] Διαμφισβητεῖται δὲ περὶ αὐτῆς κτλ.

Ἐμπεδοκλῆς, c λέγων τὸ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι. Τὸ μὲν οὖν ἀνάγειν τὸν λόγον εἰς καθολικούς τινας καὶ φυσικοὺς λόγους, καὶ ζητεῖν ἁπλῶς πῶς τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐφίεται, καὶ τὰ ὅμοια τῶν ὁμοίων, οὐκ ἔστιν οἰκεῖον τῆς παρούσης σκέψεως.

quod simile aliis est desiderio teneri. Altius igitur repetere rem atque ad universalia præcepta et physicas rationes referre, item simpliciter quærere, quomodo tum contraria appetant contraria, tum similia concupiscant similia, a præsenti quæstione alienum est.

* Ἐπισκεψώμεθα δὲ ὅσα μόνης ἔχεται τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὅσα εἰς ἤθη φέρει καὶ πάθη· ταῦτα γὰρ ὕλη ἐστὶ τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ. Ζητητέον τοίνυν πότερον ἐν πᾶσι γίνεταί ἢ ἐν μὲν τοῖς ἀγαθοῖς γίνεται, ἐν δὲ τοῖς μοχθηροῖς οὐχ οἷόν τε γενέσθαι· καὶ πότερον πολλὰ εἴδη φιλίας, ἢ ἕν· οὐ γάρ, διότι ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἡ φιλία, διὰ τοῦτο ἓν εἶδος αὐτῆς ἐστιν· ἐπιδέχεται γὰρ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ τὰ ἕτερα τῷ εἴδει· ἡ d γὰρ οὐσία καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἕτερα ὄντα τῷ εἴδει τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπιδέχονται· οὐ γὰρ ὁμοίως εἰσὶν ὄντα· ὥστε οἱ διὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον οἰόμενοι ἓν εἶδος φιλίας εἶναι, οὐχ ἱκανῷ πεπιστεύκασι σημείῳ. Περὶ τούτων δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται.

Videamus autem illa quæ humanæ tantum naturæ conveniunt, et ea quidem humana, quæ ad mores et affectus pertinent : hæc enim tanquam materia præsenti commentationi subjecta est. Quamobrem quærendum est, utrum inter omnes, an inter bonos tantum amicitia sit, inter malos vero ne esse quidem possit : item sintne multæ amicitiæ species, an una duntaxat : non enim, quia amplificationem et deminutionem recipit amicitia, idcirco una ejus species est : siquidem recipiunt amplificationem et deminutionem etiam res specie differentes : substantia quippe et accidens, quæ specie diversa sunt, tamen id quod magis et minus est recipiunt : neque enim quum sint, eodem tamen modo sunt : itaque qui propterea quod amplificationem et deminutionem amicitia recipiat unam tantum ejus speciem esse putant, non satis firmo nituntur argumento. Quæ igitur vulgo quæruntur, hæc sunt : eaque plana fient, si prius quid sit amabile et omnem de eo sermonem perspexerimus : neque enim omnia amamus, sed quæ amari solent, nempe ea quæ amabilia sunt : amabilia autem habentur hæc, bonum, jucundum, utile : horum vero bonum et jucundum per se amatur, utile autem vel boni vel voluptatis causa amatur.

** Τὰ μὲν οὖν ζητούμενα ταῦτα· φανερὰ δ' ἂν γένοιντο, εἰ φανερὸς γένοιτο ὁ περὶ τοῦ φιλητοῦ λόγος· οὐ γὰρ πάντα φιλοῦμεν, ἀλλ' ὅσα πέφυκε φιλεῖσθαι, ἅ ἐστι τὰ φιλητά· φιλητὰ δέ ἐστι ταῦτα, τὸ ἀγαθόν, τὸ ἡδύ, τὸ χρήσιμον· τὸ μὲν οὖν ἀγαθόν, καὶ τὸ ἡδύ, δι' ἑαυτὸ φιλεῖται, τὸ δὲ χρήσιμον φιλεῖται ἢ διὰ τὸ ἀγαθόν, ἢ διὰ τὴν ἡδονήν.

*** Χρήσιμον γάρ ἐστι, δι' οὗ γίνεται ἢ ἀγαθόν, ἢ ἡδονή· ὥστε τὸ μὲν ἀγαθὸν καὶ ἡδονή, ὡς τέλη εἰσὶ φιλητά· τὸ δὲ χρήσιμον ὡς πρὸς τὸ τέλος ταττόμενον.

Utile enim est, quo aut aliquod bonum aut voluptas comparatur : itaque bonum et voluptas tanquam fines sunt amabilia : at utile tanquam id quod ad finem refertur.

**** Σκεψώμεθα δὲ πῶς τὸ ἀγαθὸν φιλητόν ἐστι· πότερον τὸ ἁπλῶς ἀγαθόν, ἢ τὸ φιλοῦντι ἀγαθόν· ἐνίοτε γὰρ διαφέρει ταῦτα ἀλλήλων, καὶ ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἁπλῶς καὶ κυρίως ἀγαθόν, ἄλλο δέ τισι δοκεῖ ἀγαθόν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἡδὺ διαφέρει, τὸ ἁπλῶς ἡδύ, καὶ τό τισιν ἡδύ· πότερα γοῦν φιλητά ἐστιν; ἢ δῆλον ὅτι τὰ δοκοῦντα ἡδέα καὶ ἀγαθὰ φιλητά ἐστιν; ὁμοίως δὲ καὶ χρήσιμα φιλητά ἐστι, ἃ πρὸς τὰ δοκοῦντα ἡδέα καὶ ἀγαθὰ φέρει· καὶ οὐ πάντα τὰ δοκοῦντα ἡδέα καὶ ἀγαθά, ἀλλ' ἃ δοκεῖ αὐτοῖς ἡδέα εἶναι καὶ ἀγαθὰ καὶ χρήσιμα, ταῦτα φιλητά.

Videamus autem quomodo bonum sit amabile : utrum quod simpliciter, an quod amanti est bonum : nonnunquam enim hæc inter se differunt, estque aliud quod simpliciter et proprie bonum dicimus, aliud quod nonnullis tale videtur : eodemque modo differt et jucundum, quia aliud est simpliciter jucundum, aliud quod quibusdam est jucundum : utra igitur sunt amabilia? an manifestum est, ea quæ jucunda et bona videntur, esse amabilia? similiter et utilia illa, quæ ad ea quæ jucunda videntur et bona, perducunt, amabilia judicantur : non tamen omnia, quæ jucunda et bona videntur, sed quæ illis jucunda et bona et utilia videntur esse, hæc sunt amabilia.

***** Ὥστε ἁπλῶς μὲν φιλητὸν τὸ ἀγαθόν ἐστι· τισὶ δὲ φιλητὸν τό τισιν ἀγαθόν· φαινόμενον δὲ φιλητόν, τὸ δοκοῦν τισιν ἀγαθὸν εἶναι· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἡδύ, καὶ τὸ χρήσιμον.

Quamobrem absolute quidem amabile est bonum : quibusdam vero amabile, quod quibusdam est bonum : denique specie amabile, quod quibusdam bonum videtur esse : similiter jucundum quoque et utile.

****** Τριῶν δὲ ὄντων τῶν φιλητῶν, δι' ἃ ἡ φίλησις γίνεται, οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς φιλουμένοις ἤδη καὶ φιλία γίνεται· φιλοῦμεν γὰρ καὶ τὰ ἄψυχα διά τι τούτων τῶν τριῶν φιλητῶν· ἀλλ' οὐ φιλία τὸ τοιοῦτον· φιλία μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν τις φιλῶν ἀντιφιλῆται, καὶ βούληται τῷ φιλουμένῳ τὰ ἀγαθά, καὶ αὐτῷ βουλομένῳ

Quum autem tria sint amabilia, quorum causa amatio exoritur, non in omnibus tamen quæ amamus etiam amicitia aut amor nascitur : nam et inanima diligimus propter unum ex his tribus amabilibus : nec tamen tale quid amicitia vocatur : est enim amicitia, quum amans redamatur, atque amato omnia bona optat, qui et ipse

* Ὅσα δ' ἐστὶν ἀνθρωπικὰ κτλ. — ** Cap. 2. Τάχα δ' ἂν γένοιτο φανερὸν κτλ. — *** Δόξειε δ' ἂν χρήσιμον. — **** Πότερον οὖν τἀγαθὸν φιλοῦσι κτλ. — ***** Φιλεῖ δὲ ἕκαστος κτλ. — ****** Τριῶν δ' ὄντων δι' ἃ φιλοῦσιν κτλ.

τῷ φιλοῦντι τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ φιλῶν, φέρε εἰπεῖν, οἶνον, οὔτε παρ' αὐτοῦ ἀντιφιλεῖται, οὔτε τῷ οἴνῳ βούλεται τὰ ἀγαθά· γελοῖον γάρ· ἀλλ' εἴπερ σώζεσθαι βούλεται αὐτόν, οὐχ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ οἴνου, ἀλλὰ δι' ἑαυτόν, ἵνα αὐτὸς ἔχῃ· τῷ δὲ φίλῳ βουλόμεθα τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ ἕνεκα· διὰ τοῦτο ἡ πρὸς τὰ ἄψυχα φίλησις οὐκ ἔστι φιλία.

* Ἔτι δὲ οὐδὲ εἴ τις ἄνθρωπον φιλοίη καὶ βούλοιτο αὐτῷ τὰ ἀγαθά, τὸ τοιοῦτον ἀνάγκη φιλίαν εἶναι· δεῖ γὰρ καὶ ἀντιφιλεῖσθαι ὁμοίως· εἰ δὲ μή, οὐ φίλος ἐστίν, ἀλλ' εὔνους τις λέγεται.

** Συμβαίνει δέ τινας λανθάνοντας ἀλλήλους φιλεῖν ὑπολαβόντας ἀγαθούς τινας, καὶ χρησίμους εἶναι, καὶ ἐπιεικεῖς, καὶ βούλεσθαι ἀλλήλοις τὰ ἀγαθά· τούτους δὴ κυρίως μὲν φίλους οὐκ ἄν τις εἴποι, ὅτι οὐκ ἴσασι φιλούμενοι, οὐδὲ ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους· εὔνους δὲ ἀλλήλοις εἴποι τις ἄν· οὔτε τοίνυν ἡ τῶν ἀψύχων φίλησις φιλία ἐστίν, οὔτε ἡ τῶν ἀνθρώπων, ὅταν τινὸς ἐλλείπῃ τῶν εἰρημένων. Ἀλλὰ φιλία ἐστίν, ὅταν ἀλλήλοις εὐνοῶσιν, ἢ διὰ τὸ ἀγαθόν, ἢ διὰ τὸ ἡδύ, ἢ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ βούλωνται ἀλλήλοις τὰ ἀγαθά, καὶ οὐ λανθάνωσιν ἀλλήλους φιλοῦντες.

*** Ὅτι [e] μὲν οὖν ἐστι φιλία εἴρηται· φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι καὶ τρία εἴδη φιλίας· ἐπεὶ γὰρ τρία ἐστὶ τὰ δι' ἃ γίνεται ἡ φιλία, τὸ ἡδύ, τὸ ἀγαθόν, τὸ χρήσιμον, καὶ διαφέρουσι ταῦτα ἀλλήλων τῷ εἴδει, ἰσαρίθμως τοῖς φιλητοῖς καὶ ἡ φιλία. Καθ' ἕκαστον γὰρ τῶν φιλητῶν δυνατὸν φιλίαν γενέσθαι, ἤτοι φίλησιν μὴ λανθάνουσαν, καὶ ἀντιφίλησιν.

**** Ἔτι δὲ καὶ βούλησιν ἀλλήλοις τῶν ἀγαθῶν· καθ' ὅσον [f] γάρ τι φιλοῦμεν, βουλόμεθα ἐκείνῳ τὸ ἀγαθόν. Τρία ἄρα εἴδη φιλίας, κατὰ τὸ ἀγαθόν, κατὰ τὸ ἡδύ, καὶ κατὰ τὸ χρήσιμον.

vicissim omnia bona amanti optat : qui vero, exempli gratia, vinum amat, neque vicissim ab eo amatur, neque quidquam boni optat vino : quippe id ridiculum est : nam si conservari vult vinum, non vini causa id vult, sed sua, ut nimirum ipse fruatur : amico autem bona ipsius causa optamus : ideoque amor quo inanima prosequimur, non est amicitia.

Præterea neque si quis hominem amet, eique bona omnia exoptet, continuo id amicitiam esse necesse est : nam eodem modo eum redamari oportet : quod nisi fiat, non amicus, sed benevolus vocatur.

Fit quoque interdum, ut quidam occulte inter se ament, quum bonos se mutuo et utiles et honestos probosque viros esse judicant, sibique invicem propterea bona omnia exoptent : quos tamen proprie amicos non dixeris, quia amari se non intelligunt et mutuam hanc ignorant benevolentiam : quos propterea melius benevolos aliquis vocet : quocirca neque inanimorum amor amicitia est, neque amor erga homines, quando aliquid eorum quæ jam diximus ei deest. Verum amicitia vocatur, quando mutua se benevolentia complectuntur, aut propter bonum, aut ob jucundum, aut propter utile aliquid, et sibi invicem bona omnia exoptant, scientes mutuum ipsorum esse amorem.

Quid ergo sit amicitia, jam diximus : tres autem esse amicitiæ species e præcedentibus quoque apparet : quum enim tria sint, propter quæ amicitia contrahitur, jucundum, bonum et utile, atque hæc singula specie inter se differant, totidem simul, quot sunt amabilia, diversæ amicitiæ species sunt. Pro singulis enim amabilibus amicitia, aut amatio non occulta et mutuus amor esse potest.

Sed et mutua benevolentia invicem sibi bona exoptantium in his omnibus locum habet : quatenus enim aliquid diligimus, bonum ei optamus. Sunt igitur tres amicitiæ species a bono, jucundo et utili ortæ.

(Scripsi : [a] οὐρανόν] cod. οὔρανον. Cæterum horum versuum initium citatur etiam Magn. Mor. II, 11 et Eudem. VII, 1. Integros servarunt Athenæus XIII p. 599 et omisso auctoris nomine Stobæus Ecl. Phys. I p. 268. Conf. fragm. fab. inc. apud Wagnerum p. 826 et Phil. Græc. Fragm. vol. II p. LXII Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ' ὅτ' ἂν ξηρὸν πέδον Ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ· Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανός, πληρούμενος ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν, Ἀφροδίτης πόσις. Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταυτὸν δύο, Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα· κἀκτρέφουσ' ἅμα, Ὅθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος. — [b] Ἡράκλειτος] Cf. Plato Conviv. p. 187 τὸ ἓν γάρ φησι διαφερόμενον αὐτὸ αὐτῷ ξυμφέρεσθαι. Sextus Empiricus Pyrh. Hypot. I c. 29 § 210 p. 53 ed. Fabric. τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ ὑπάρχειν. Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 318. — [c] Ἐμπεδοκλῆς] Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 10

* Τοὺς δὲ βουλομένους κτλ. — ** Ἢ προσθετέον τὸ μὴ λανθάνουσαν κτλ. — *** Cap. 3. Διαφέρει δὲ ταῦτα ἀλλήλων κτλ. — **** Οἱ δὲ φιλοῦντες κτλ.

Empedocl. Carm. vs. 338-339 ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσεν, ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ. — [d] ᾗ] cod. ἢ. — [e] ὅ, τι] cod. ὅτι. — [f] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. —

Κεφ. γ'.

Περὶ τῆς διὰ τὸ χρήσιμον φιλίας, καὶ τῆς διὰ τὴν ἡδονήν· ὅτι ἀτελεῖς εἰσιν αἱ τοιαῦται φιλίαι.

* Ζητητέον δὲ περὶ ἑκάστου εἴδους. Οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες ἀλλήλους οὐκ αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἀλλήλους φιλοῦσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀγαθόν, ἢ τὸ ἡδύ, πρὸς ὃ χρήσιμοί εἰσι, καὶ φιλοῦσιν ἕως ἂν ἔρχηταί τι αὐτοῖς παρ' ἀλλήλων ἀγαθόν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δι' ἡδονὴν ἀλλήλους φιλοῦντες, οὐ καθ' ἑαυτοὺς φιλοῦσιν· οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅτι ἡδεῖς εἰσι διὰ τοῦτο φιλοῦσιν, ἀλλ' ὅτι αὐτοῖς ἡδεῖς εἰσιν, εἰ γὰρ ἄλλοις ἡδεῖς ἦσαν, οὐκ ἂν ἐφίλουν· οἵ τε [a] δὴ διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες, καὶ οἱ διὰ τὸ ἡδύ, οὐχ ἁπλῶς διὰ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ ἡδὺ στέργουσι, καὶ οὐ διότι ὁ φιλούμενος αὐτὸς τοιοῦτός ἐστι διὰ τοῦτο φιλοῦσιν, ἀλλ' ὅτι αὐτοῖς ἡδύς ἐστι καὶ χρήσιμος. Ὥστε δῆλον, ὅτι αἱ φιλίαι αὗται κατὰ συμβεβηκός εἰσιν· οὐ διὰ τοῦτο γὰρ φιλεῖται ὁ φιλούμενος, ὅτι τοιόσδε τίς ἐστιν αὐτός, ἀλλὰ διότι πορίζει ὁ μὲν ἀγαθόν, ὁ δὲ ἡδονήν. Καὶ εὐδιάλυτοι δέ εἰσιν αἱ τοιαῦται φιλίαι· οἱ γὰρ ἡδεῖς καὶ χρήσιμοι οὐκ ἀεί εἰσιν ἡδεῖς καὶ χρήσιμοι· ἄλλοτε γὰρ ἄλλοις ἡδόμεθα, καὶ ἄλλοτε ἄλλο ἐστὶ [b] τὸ χρήσιμον.

** Μὴ παραμένοντος οὖν τοῦ αἰτίου τῆς φιλίας καὶ αὐτὴ οὐ δύναται παραμένειν, ἀλλὰ διαλύεται, ὡς οὖσα πρὸς ἐκεῖνα, καὶ ταῦτα ἔχουσα τέλη. Ἡ δὲ τοιαύτη φιλία ἡ εὐμετάβολος μάλιστα δοκεῖ γίνεσθαι ἐν τοῖς πρεσβύταις· οὐ γὰρ τὸ ἡδὺ οἱ τηλικοῦτοι διώκουσιν, οὔτε σφόδρα, οὔτε συνεχῶς· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐλλείπουσι τῆς καθ' ἡδονὴν φιλίας, τὸ ὠφέλιμον δὲ ἀεὶ μόνον ζητοῦντες, κατὰ τὸ χρήσιμόν εἰσι φίλοι. Καὶ οὐχ οἱ πρεσβῦται [c] μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν νέων ὅσοι οὐ τὴν ἡδονήν, ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον ζητοῦσιν· οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐδὲ πάνυ συζῶσι μετ' ἀλλήλων· ἐνίοτε γὰρ οὐδὲ ἥδονται ἀλλήλοις· τηνικαῦτα γὰρ ἥδονται ἀλλήλοις, ὅτε ὠφέλιμοι γίνονται, ἢ ἐλπίδας παρέχουσιν ὠφελείας, τὸν δὲ ἄλλον χρόνον οὐκέτι· [d] οὐκ ὄντες δὲ ἀλλήλοις ἡδεῖς οὐδὲ δύνανται συνοικεῖν. Τοιαύτην δέ φασιν εἶναι καὶ τὴν ξενικὴν φιλίαν· καὶ αὕτη γὰρ διὰ τὸ χρήσιμον συνέστηκεν.

*** Ἡ δὲ φιλία τῶν νέων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δι' ἡδονήν ἐστι. Κατὰ πάθος γὰρ οὗτοι ζῶσι, καὶ μάλιστα διώκουσι τὸ ἡδύ, καὶ οὐ τὴν μέλλουσαν ὠφέλειαν, ἀλλὰ τὴν παροῦσαν ἡδονήν· αἰσθήσει γὰρ μάλιστα ζῶντες τῷ παρόντι χαίρουσι, καὶ ὃ τὴν αἴσθησιν θέλγει. Τῆς ἡλικίας δὲ μεταπιπτούσης καὶ τὰ ἡδέα γί-

Cap. III.

De ea, quæ aut utilitatis, aut voluptatis causa instituitur, amicitia ; easque amicitias imperfectas esse.

Sed de unaquaque specie quærendum est. Qui ergo utilitatis causa se mutuo diligunt, non ipsorum causa inter se amant, sed propter bonum aut jucundum, ad quam rem illi prodesse videntur, amantque donec alter ab altero aliquid boni acceperit : eodemque modo qui voluptatis causa inter se amant, non per se amant : neque enim quod simpliciter jucundi sint, idcirco eos amant, sed quia ipsis jucundi sunt ; si enim aliis jucundi essent, eos non amarent : ergo et illi qui utilitatis et qui voluptatis causa amant, non simpliciter ob bonum et jucundum diligunt, nec quod homo qui amatur ipse talis sit, propterea amant, sed quia ipsis jucundus atque utilis est. Unde apparet, tantum per accidens has amicitias esse : neque enim qui amatur, ideo amatur, quod talis sit ipse, sed quia aliquid præbet, ille utilitatem, hic voluptatem. Sed et facile tales amicitiæ dirimuntur : namque homines jucundi et utiles non semper sunt jucundi et utiles : alias enim aliis delectamur et alias aliud utile est.

Quum amicitiæ igitur causa non permaneat, ipsa quoque amicitia permanere nequit, sed dissolvitur, utpote quæ eo spectet eumque finem habeat. Talis autem amicitia quæ facile mutatur in senibus potissimum inesse videtur : namque homines ætate provecti id quod jucundum est neque vehementer neque crebro sequuntur : ideoque minus idonei sunt ad contrahendam eam quæ voluptatis causa instituitur amicitiam ; quia enim id tantum quod e re sua est, quærunt, idcirco quoque propter emolumentum suum amici sunt. At non solum senes, sed etiam juvenes illi qui non voluptatem, sed utilitatem spectant : tales enim omnino ne commercium quidem cum aliis habent : interdum enim ne mutuo quidem sibi grati sunt : nimirum tum demum grati sunt, quum utiles quoque esse possunt, aut aliquam saltem utilitatis spem præbent, alias vero non item : quum vero sibi mutuo non sint jucundi, ne vivere quidem una possunt. Talem autem etiam hospitalem amicitiam esse ajunt : nam et hæc commodi alicujus causa contrahitur.

At vero juvenum amicitia voluptatis causa plerumque contrahitur. Nam affectibus isti in vita obtemperant : maximeque id quod jucundum est, nec futuram utilitatem, sed præsentem voluptatem sequuntur : nimirum quum sensu potissimum vivant, semper præsentibus gaudent, et id quod delectat sensum, amplectuntur. Sed inflexu ætatis

* Οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ χρήσιμον κτλ. — ** Τὸ δὲ χρήσιμον οὐ διαμένει κτλ. — *** Ἡ δὲ τῶν νέων φιλία κτλ.

νεται ἕτερα· διὸ ταχέως γίνονται φίλοι καὶ παύονται· μεταπίπτοντος γὰρ τοῦ ἡδέος καὶ ἡ φιλία μεταπίπτει· μεταπίπτει δὲ τὸ τοιοῦτον ἡδὺ ταχέως, ὥστε καὶ ἡ φιλία. Καὶ ἐρωτικοὶ δὲ οἱ νέοι κατὰ πάθος καὶ ἡδονὴν ζῶντες· τὸ γὰρ πλεῖστον τῆς ἐρωτικῆς κατὰ πάθος καὶ ἡδονήν· διὸ φιλοῦσι, καὶ ταχέως παύονται φιλοῦντες, πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας μεταπίπτοντες, ὅτι οὐ λογισμῷ καὶ κρίσει τινὶ φιλοῦσιν, ἀλλὰ πάθει φερόμενοι. Συνημερεύειν δὲ καὶ συζῆν οὗτοι βούλονται ἀλλήλοις· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς φιλίας αὐτοῖς γίνεται, καὶ ἡ ἡδονὴ τὴν συνοίκησιν ἀπαιτεῖ. Ἡ μὲν οὖν καθ' ἡδονὴν καὶ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλία τοιαύτη ἐστίν, ἀτελής, καὶ οὐ καθ' αὑτό, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός.

(Scripsi : [a] οἵ τε] cod. οἶτε. — [b] ἄλλο ἐστὶ] cod. ἄλλό ἐστι. — [c] πρεσβῦται] vulgo πρεσβύται. [d] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. —)

etiam jucunda mutantur : quamobrem celeriter et fiunt amici et esse desinunt : mutato enim illo quod iis jucundum est, amicitia quoque eorum mutatur : talis autem voluptas cito immutatur, ideoque et amicitia. Quin etiam ad amorem proclives sunt juvenes, utpote qui affectibus et voluptati in vita serviant : maxima enim rei amatoriæ pars ex affectu et voluptate constat : amant igitur, citoque amandi finem faciunt, ita ut sæpe uno eodemque die voluntatem mutent, quia non ratione aliqua amant et judicio, sed prout animi impetu abripiuntur. Hi autem totos dies una traducere vitæque societate conjungi volunt : hinc enim amicitiæ ipsis ducitur exordium, sed voluptas contubernium etiam postulat. Quæ igitur voluptatis aut utilitatis causa instituitur amicitia talis est, hoc est, imperfecta, neque per se, sed per accidens tantum.

Κεφ. δ'.

Περὶ τῆς διὰ τὸ ἀγαθὸν φιλίας, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ τελεία φιλία.

* Ἡ δὲ διὰ τὸ ἀγαθὸν φιλία ἡ τῶν ἀγαθῶν καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων [a] τελεία ἐστὶ καὶ καθ' αὑτό. Βούλονται γὰρ ἀλλήλοις οὗτοι τὰ ἀγαθά, ὅτι αὐτοὶ ἀγαθοί εἰσιν, οὐ δι' ἄλλο, ἀλλὰ καθ' ἑαυτούς· οἱ δὲ βουλόμενοι τὰ ἀγαθὰ τοῖς φίλοις οὐχ ἑαυτῶν ἕνεκα, ἀλλὰ τῶν φίλων, οὗτοί εἰσιν οἱ μάλιστα φίλοι· δι' αὐτοὺς γὰρ τοὺς φίλους φιλοῦσι, καὶ βούλονται αὐτοῖς τὰ ἀγαθά, καὶ οὐ δι' ἄλλο καὶ κατὰ συμβεβηκός· ἡ τοιαύτη δὲ φιλία καὶ βεβαία ἐστὶ καὶ μόνιμος· διαμένει γὰρ ἕως ἂν ἀγαθοὶ ὦσιν οἱ φίλοι καὶ σπουδαῖοι, καὶ ἀγαθοῖς χαίρωσιν· ἡ γὰρ ἀρετὴ μόνιμόν ἐστι· καὶ ἔστιν ἑκάτερος αὐτῶν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἁπλῶς ἀγαθός, καὶ τῷ φίλῳ ἀγαθός· οἱ γὰρ ἀγαθοὶ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀγαθοί εἰσι καὶ ἀλλήλοις. Ὁμοίως δὲ καὶ ὠφέλιμοί εἰσι καὶ ἡδεῖς· οἱ γὰρ καθ' ἑαυτοὺς καὶ ἁπλῶς ἀγαθοὶ καὶ ἀλλήλοις ἡδεῖς εἰσιν. Ἕκαστος γὰρ χαίρει ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι, καὶ διὰ τοῦτο ἥδεται καὶ ταῖς τῶν ἄλλων, ὅταν ὅμοιαι ὦσι ταῖς αὐτοῦ πράξεσιν, ἢ αἱ αὐταί· αἱ δὲ τῶν σπουδαίων καὶ ἀγαθῶν πράξεις αἱ αὐταὶ καὶ ὅμοιαί εἰσιν· ὥστε φανερόν, ὅτι οἱ σπουδαῖοι ἡδεῖς εἰσι καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις. Διὰ τοῦτο ἡ τοιαύτη φιλία μόνιμός ἐστιν. Ἃ γὰρ ἰδίᾳ αἱ ἄλλαι ἔχουσι φιλίαι, καὶ ὧν ἐστι χρεία τοῖς φίλοις, ταῦτα πάντα μόνη αὕτη ἡ φιλία συνείληφεν ἐν ἑαυτῇ· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἔχει, καὶ τὸ ἡδύ, καὶ τὸ χρήσιμον· τῷ γὰρ ἀγαθῷ καὶ τὸ ἡδὺ ἕπεται καὶ τὸ ὠφέλιμον· καὶ ἔστι τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν οὐ καθ' ἑαυτὸ μόνον ἀγαθόν, ἀλλὰ καὶ τῷ φιλοῦντι· καὶ ἡδὺ καὶ ὠφέλιμον ὁμοίως, οὐ καθ' ἑαυτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ φιλοῦντι· καὶ ἡ ὁμοιότης δὲ ποιεῖ

Cap. IV.

De ea quæ boni causa contrahitur amicitia, eamque esse perfectam.

Quæ vero boni causa contrahitur, si bonorum est virorum et virtute similium, per se est et perfecta amicitia. Hi enim sibi mutuo bona optant, quia ipsi sunt boni, et boni quidem per se, non ob aliud : qui vero bona amicis, non sua sed ipsorum causa optant, hi maxime sunt amici : amicorum enim causa amicos diligunt iisque bona precantur, non ob aliud et per accidens : talis autem et firma et stabilis est amicitia : quippe manet, dum boni probique sunt amici, et dum bonis hominibus delectantur : stabilis enim virtus : estque uterque eorum et per se simpliciter absoluteque bonus, et amico talis : nimirum boni et per se boni sunt et invicem boni. Eodemque modo utiles quoque sunt et jucundi : qui enim simpliciter et per se boni sunt, etiam sibi mutuo jucundi sunt. Nempe suæ cuique actiones placent, ideoque etiam aliorum actionibus delectatur, quum aut similes sunt actionibus suis aut eædem : bonorum vero proborumque virorum eædem aut similes sunt actiones : unde apparet, probos viros et sibi et inter se jucundos esse. Quamobrem stabilis hujusmodi amicitia est. Quæ enim peculiariter reliquæ amicitiæ habent, quibusque indigent amici, hæc omnia sola hæc amicitia in se continet : nam et bonum et jucundum habet et utile : bono quippe et jucundum adjunctum esse patet et utile : estque hujusmodi bonum non per se tantum bonum, sed etiam ei qui amat : similiterque et jucundum et utile non per se tantum, sed etiam ei qui amat : sed et voluptatem similitudo talibus amicis affert ; et hæc amicitia plurimum tum voluptatis tum utilitatis habet. A cujus similitudine reliquæ

* Cap. 3. Τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία κτλ.

τοῖς τοιούτοις φίλοις τὴν ἡδονήν· καὶ αὕτη μάλιστα ἡ φιλία τὴν ἡδονὴν ἔχει καὶ τὸ ὠφέλιμον. Καὶ καθ' ὁμοιότητα ταύτης αἱ ἄλλαι φιλίαι ὀνομάζονται· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀρίστη φιλία· καὶ τὰ ταύτην ποιοῦντα ταῦτά ἐστι τὰ μάλιστα καὶ κυρίως φιλητά. Σπανίας δὲ εἰκὸς τοιαύτας φιλίας εἶναι· ὀλίγοι γὰρ οἱ οὕτως ἀγαθοί. Οὐ μόνον δὲ ἀρετῆς δεῖται ἡ τοιαύτη φιλία καὶ τρόπων ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ χρόνου καὶ συνηθείας· κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι [b] ἀλλήλους, πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι [c]· οὐδὲ δυνατὸν ἀποδέξασθαι καὶ φιλῆσαι ἀλλήλους, πρὶν ἑκάτερος ἑκατέρῳ φανῇ φιλητός, καὶ αὐτὸς φιλεῖν πιστευθῇ. Οἱ δὲ ταχέως τὰ φιλικὰ ποιοῦντες πρὸς ἀλλήλους βούλονται μὲν φίλοι εἶναι, οὐκ εἰσὶ δέ, εἰ μὴ τῷ μακρῷ χρόνῳ καὶ τῇ συνηθείᾳ φιλητοὶ γένοιντο ἀλλήλοις, καὶ πιστεύσαιεν φιλούμενοι. Βούλησις μὲν οὖν φιλίας τάχιστα γίνεται, φιλία δὲ οὔ· αὕτη μὲν οὖν ἡ φιλία τελεία ἐστὶ καὶ κατὰ τὸν χρόνον, καὶ κατὰ τὰ ἄλλα, καθὼς εἴρηται· καὶ κατὰ πάντα τὰ φιλητὰ γίνεται. Καὶ ὁμοίως ἐστὶν ἑκατέρῳ παρ' ἑκατέρου, ὅπερ δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν· καὶ γὰρ ὅμοιοί εἰσιν ἑκάτεροι ὄντες σπουδαῖοι, καὶ ὁμοίως εἰσὶν ἡδεῖς ἀλλήλοις καὶ φιλητοί.

(Scripsi : [a] ὁμοίων] ex Aristotele; Andronici codd. ὁμοίως. — [b] εἰδῆσαι] cum codd. ut apud Aristotelem, Theophrastum Charact. procem. paucosque alios. [c] συναναλῶσαι] ex Aristotele; codd. συναλῶσαι. —)

quoque amicitiæ denominantur · hæc videlicet præstantissima amicitia est : et quæ eam conciliant, maxime proprieque amabilia sunt. Probabile autem est tales amicitias esse raras ; siquidem pauci ita boni sunt. Neque vero solum virtute bonisque moribus, sed tempore etiam et consuetudine ejusmodi amicitia indiget : fieri enim non potest, ut quis alterum, quod proverbii loco dici solet, recte noverit, priusquam illos quos vocant salis modios simul ederint : sicut nec fieri potest, ut alter amplectatur alterum, aut amet, nisi uterque alteri dignus amore videatur, et ipse amore incensus existimetur. Qui vero cito amicorum inter se officiis funguntur, volunt quidem amici esse, sed tamen non sunt, nisi forte longo tempore et consuetudine digni videantur qui inter se ament, et amari se credant. Amicitiæ igitur conciliandæ voluntas celeriter illa quidem suscipitur, sed non statim amicitia nascitur : hæc ergo et tempore et reliquis rebus perfecta et cumulata, ut diximus, amicitia est, eaque omnibus amabilium formis constat. Eodemque modo alter ab altero accipit, quod amicis contingere debet : similes enim sunt ambo, quum uterque sit bonus, atque æque jucundus alter alteri et amabilis est.

Κεφ. ε'.

Ὅτι αἱ ἀτελεῖς φιλίαι καθ' ὁμοιότητα τῆς τελείας φιλίας λέγονται.

* Ἡ δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν φιλία, καὶ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον ὁμοίωμα ταύτης ἔχουσι τῆς φιλίας. Τὸ γὰρ κυρίως ἡδὺ καὶ χρήσιμον τὸ ἀγαθόν ἐστι· [a] καὶ ἡδεῖς καὶ χρήσιμοι μάλιστα ἀλλήλοις οἱ ἀγαθοί. Καὶ ἐν τούτοις δὲ τοῖς καθ' ὁμοιότητα λεγομένοις αἱ φιλίαι παραμένουσιν, ὅταν τὸ αὐτὸ ἀλλήλοις παρέχωσιν· οἷον, εἰ χρήσιμός ἐστιν ἑκάτερος ἑκατέρῳ, ἢ ἡδύς, καὶ ὁ μὲν χρήσιμός ἐστιν, ὁ δὲ ἡδύς. Οὐ μόνον δὲ δεῖ τὸ αὐτὸ παρέχειν ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, εἴ γε μέλλουσιν ἐν τῇ φιλίᾳ παραμένειν· οἷον, εἰ παρέχουσιν ἀλλήλοις ἡδονήν, ἀπὸ τῶν αὐτῶν παρέξουσι τρόπων· ὥσπερ οἱ εὐτράπελοι τῇ εὐτραπελίᾳ χαριζόμενοι ἀλλήλοις, καὶ οὐχ ὥσπερ ἐραστὴς καὶ ἐρώμενος· οὗτοι γὰρ ἡδονὴν μὲν παρέχουσιν ἀλλήλοις, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' ὁ μὲν ἐραστὴς ἥδεται τῇ ὄψει τοῦ ἐρωμένου, ὁ δὲ θεραπευόμενος ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ· ληγούσης δὲ τῆς ὥρας ἐνίοτε καὶ ἡ φιλία λήγει· ἡ γὰρ ἡδονὴ δι' ἣν ἡ φιλία παύεται· οὔτε γὰρ ἐραστὴς ἥδεται τῇ ὄψει τοῦ ἐρωμένου, οὔτε ὁ ἐρώμενος θεραπεύεται·

Cap. V.

Imperfectas amicitias e perfectæ amicitiæ similitudine nominari.

Quæ autem voluptatis vel utilitatis causa contrahitur amicitia, hujus amicitiæ formam et similitudinem habet. Proprie enim jucundum et utile est bonum : maximeque et jucundi sibi mutuo et utiles sunt boni. Et in his quidem, qui e similitudine amici nominantur, amicitiæ permanent, quum alter alterius beneficia similibus beneficiis pensat : verbi causa, si utilis alter alteri est, aut jucundus, vel alter utilis est, alter jucundus. Neque vero solum eandem operam alter alteri dare debet, sed etiam ex una et eadem re, siquidem manere in amicitia volunt : exempli gratia, si alter alteri voluptatem afferat, iisdem moribus afferent : sicut festivi qui festivitate sibi mutuo gratificantur, non ut amator et is quem amat : namque hi voluptatem quidem mutuo comparant, sed non eodem modo, siquidem amator gaudet aspectu ejus quem amat, homo carus contra amatoris officiis delectatur : forma porro evanescente interdum evanescit quoque amicitia : voluptas quippe propter quam amicitia est, cessat : nec enim aut facie ejus quem amat delectatur amplius ama-

* Cap. 4. Ἡ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ κτλ.

πολλοὶ δὲ τῶν τοιούτων καὶ διαμένουσιν ἐν τῇ φιλίᾳ, ἐὰν ἐκ τῆς συνηθείας τὰ ἀλλήλων ἤθη στέρξωσιν, ὅμοια ἔχοντες. Οἱ δὲ μὴ τὸ αὐτὸ παρέχοντες ἀλλήλοις, ἀλλ' ὁ μὲν ἡδονὴν ὁ δὲ τὸ χρήσιμον, οὔτε διαμένουσιν ἐν τῇ φιλίᾳ, καὶ ὅτε φιλοῦσιν ἀλλήλους, ἧττον φιλοῦσιν· ὅλως δὲ οἱ διὰ τὸ χρήσιμον ὄντες φίλοι, παυομένου τοῦ συμφέροντος, καὶ αὐτοὶ παύονται φιλοῦντες, καὶ διαλύονται· οὐ γὰρ ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, ἀλλὰ τοῦ λυσιτελοῦς· ταύτας μὲν οὖν τὰς φιλίας, τήν τε διὰ τὴν ἡδονήν, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ φαύλους ἐνδέχεται ἔχειν, καὶ φαῦλον φίλον εἶναι, καὶ ἐπιεικῆ· φιλεῖ γὰρ καὶ φαῦλος φαῦλον διὰ ταῦτα, καὶ φαῦλος ἐπιεικῆ, καὶ ἐπιεικὴς φαῦλον, καὶ μέσος τις ἑκάτερον αὐτῶν· ἔστι γὰρ καὶ τῷ ἐπιεικεῖ τοῦ φαύλου χρεία πολλάκις. Δυνατὸν γὰρ ναύαρχόν τινα ἀγαθόν, ἢ στρατηγὸν ἄριστον, μὴ πάνυ τοὺς τρόπους ἀγαθὸν εἶναι, ὧν χρείαν ἔχειν τὸν σπουδαῖον οὐδὲν κωλύει. Καὶ ἥδεσθαι δὲ σπουδαῖον φαύλοις οὐκ ἔστιν ἀδύνατον. Εἰσὶ γὰρ οἳ τοὺς μὲν τρόπους ἀπᾴδουσι, διαλεγόμενοι δὲ καὶ φιλοσοφοῦντες καὶ τῷ δεινοί τινες εἶναι τῆς ἀληθείας καταστοχαζόμενοι καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, τοῖς σπουδαίοις ἡδεῖς γίνονται· οἱ μὲν οὖν οὕτω φιλούμενοι οὐ δι' ἑαυτοὺς φιλοῦνται, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν ἡδονήν, ἢ διὰ τὸ χρήσιμον. Μόνοι δὲ οἱ ἀγαθοὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν αὐτοὶ δι' ἑαυτοὺς φιλοῦνται, καὶ ἡ τοιαύτη φιλία ἀδιάλυτός ἐστιν, ὅτι πολλῷ δοκιμάζεται χρόνῳ, καὶ συνηθείᾳ τελείᾳ. Περὶ δὲ τῶν οὕτω δοκιμασθέντων οὐ ῥᾴδιον τὰ χείρω πιστεῦσαι τὸν δοκιμάσαντα. Ἐν ταύτῃ δέ ἐστι τῇ φιλίᾳ καὶ τὸ πιστεύειν ἀλλήλοις, καὶ θαῤῥεῖν περὶ τῶν μεγίστων, καὶ τὸ μηδέποτ' ἂν ἀδικῆσαι, καὶ ὅσα ἄλλα ζητεῖται παρὰ τῶν ὡς ἀληθῶς φιλεῖν ἑλομένων· ἐν δὲ ταῖς ἑτέραις οὐδὲν κωλύει καὶ διαβάλλεσθαι πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἀδικεῖν ἀλλήλους μὴ τὴν ἰσότητα σώζοντας, καὶ τἄλλα πάσχειν. Ὅθεν οὐδὲ φίλοι εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι κυρίως, ἀλλ' ἐπεὶ εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι καὶ τοὺς τοιούτους φίλους ὀνομάζειν· ἢ διὰ τὴν χρείαν, ὥσπερ αἱ πόλεις τοὺς συμμάχους ὀνομάζουσι φίλους, ἢ δι' ἡδονήν, ὥσπερ οἱ ἐν συνηθείᾳ παῖδες ἀλλήλους· διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς φίλους μὲν αὐτοὺς ὀνομάζομεν, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, ὥσπερ τοὺς ἀγαθούς· οὐ γὰρ ὁμοειδεῖς οἰόμεθα εἶναι, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα φίλους ὀνομάζομεν. Καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ εἴδη φαμὲν εἶναι φιλίας. Καὶ ἔστι φιλία πρώτως μὲν καὶ κυρίως ἡ τῶν ἀγαθῶν, ᾗ ἀγαθοί· καθ' ὁμοιότητα δὲ αἱ λοιπαί· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἡδύ, καθὸ ἀγαθόν τί ἐστιν, ὡς ἡδὺ συνάπτει τοὺς φιληδόνους· ἀγαθὸν γάρ τί ἐστι τοῖς φιληδέσι τὸ ἡδύ· καὶ ἀγαθῷ ἔοικεν, ὅτι αὐτοῖς ἀγαθὸν δοκεῖ· καὶ τὸ χρήσιμον ἀγαθὸν δοκεῖ τῷ χρωμένῳ· διὰ τοῦτο καθ' ὁμοιότητα τῆς ἀληθοῦς φιλίας αἱ τοιαῦται φιλίαι λέγονται. Μικτὴ δὲ φιλία ἀπὸ χρησίμου καὶ ἡδέος οὐ πάνυ γίνεται, ὥστε τῶν φίλων τὸν μὲν διὰ τὸ ἡδὺ φιλεῖν, τὸν δὲ διὰ τὸ χρήσιμον· τὸ γὰρ συνάπτον τοὺς φίλους κατὰ συμβεβηκός ἐστιν ἐν αὐτοῖς· συνάπτει δὲ τοὺς

tor, aut is qui amatur amplius colitur: multi autem talium hominum in amicitia permanent, si servata consuetudine mores dilexerint, quum sint inter se moribus similes. Qui vero non idem sibi reddunt mutuo, sed alter voluptatem, alter utilitatem, non permanent in amicitia, et quum amant inter se, minus amant: omnes denique qui utilitatis causa sunt amici, cessante utilitate illa, amare quoque desinunt ac dirimuntur: non enim se mutuo amabant, sed emolumentum: ideoque ejus quæ tum voluptatis tum utilitatis causa contrahitur amicitiæ participes quoque esse possunt improbi, potestque et improbus simul ea re conjungi et probus: quia et improbus improbum, et improbus probum, et probus improbum interdum propterea amat, et qui medius inter hos sit, utrumque eorum: nam et probus sæpe aliqua in re eget improbo. Potest enim aliquis bonus esse navium præfectus, aut optimus exercitus dux, licet non admodum bene moratus sit, quorum tamen ope egere virum bonum nihil vetat. Quin etiam ut improbis hominibus delectetur vir probus, fieri aliquando potest. Sunt enim quidam quamvis moribus longe diversis, qui in disserendo et philosophando accurataque veri atque ipsius boni investigatione grati jucundique viris bonis evadant: qui ergo ita amantur, non per se, sed voluptatis aut utilitatis causa amantur. Soli vero boni a bonis ipsi per se amantur, atque hujusmodi amicitia indissolubilis est, quia longo tempore et perfecta consuetudine exploratur. Sed de hominibus ita probatis et spectatis non est facile ei qui probavit et spectavit deteriora credere. Hujus porro amicitiæ illud proprium est, ut et sibi mutuo credant amici, et de maximis rebus iisque communibus securi bonoque animo sint, caveantque sedulo, ne alteri ab altero injuria inferatur, reliquaque quæ in verorum amicorum amicitia requiruntur: quum in cæteris amicitiæ formis nihil obstet, quominus calumniæ interveniant et injuria tum alterum alter sublata æquitate afficiat, tum reliqua hujusmodi patiatur. Quare neque proprie amici sunt tales, sed quia homines etiam illos amicos vocare solent: vel propter indigentiam, sicut civitates belli socios amicos appellant, vel voluptatis causa, sicut pueri conversantes se invicem ita vocare solent: ideo et nos eos amicos dicimus, non eo autem modo quo bonos: neque enim ejusdem formæ esse putamus, sed e similitudine amicos nominamus. Quamobrem multas amicitiæ species esse dicimus. Estque amicitia primum et proprie bonorum, qua boni sunt: ad ejus similitudinem vero cæteræ: etenim et jucundum, quatenus bonum quid est, tanquam jucundum conjungit homines voluptarios: jucundum enim bona quædam res est iis qui rebus jucundis ducuntur: ideoque bono simile est, quia bonum illis videtur: ita et utile bonum utenti videtur: quocirca e veræ amicitiæ similitudine tales amicitiæ nominantur. Mixta vero ex utili et jucundo amicitia non ferme invenitur, ita ut alter amicorum jucundum, alter utile in

φίλους τὸ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν καὶ τὰ αὐτὰ φιλεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Σωκράτης φιλεῖ τὸν Πλάτωνα, ὅτι τὸν Σωκράτην ἄμφω φιλοῦσι, καὶ τοῖς Σωκράτους ἀγαθοῖς ἄμφω χαίρουσιν· ἢ ὅτι τὴν ἡδονὴν ἄμφω φιλοῦσιν, ἢ τὸ χρήσιμον ἄμφω. Ἐπὶ δὲ τῆς μικτῆς φιλίας οὐ τῷ αὐτῷ χαίρουσιν· ὁ μὲν γὰρ ἡδεῖ, ὁ δὲ τῷ χρησίμῳ· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὸ αὐτὸ φιλοῦσι· συγχαίρει γὰρ ἑκάτερος ἑκατέρῳ, καὶ συνεύχεται τὰ ἀγαθά· οὐ δι' αὐτὸν δέ, ἀλλὰ διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδύ. Διὰ τοῦτο δὴ οὐ πάνυ ἡ τοιαύτη φιλία γίνεται, ὅτι τὸ κοινὸν κατὰ συμβεβηκός ἐστιν ἕν· τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἓν οὐ πάνυ συνάπτει.

(Scripsi : [a] ἐστι] cod. ἐστιν. —)

amicitia spectet : nimirum id quod amicos conjungit, per accidens est in illis : quum hoc potissimum eos conjungat, quod iisdem delectentur et eadem ament. Idcirco enim Socrates amat Platonem, quia ambo amant Socratem, Socratisque bonis ambo delectantur : vel quia voluptatem amant, aut ambo id quod est utile. In mixta autem amicitia non eadem re delectantur, siquidem alter jucunditate, alter utilitate ducitur : per accidens vero eandem rem diligunt : quippe uterque cum altero gaudet et bona illi optat, non illius tamen causa, sed ob emolumentum aut delectationis causa. Quocirca non facile talis instituitur amicitia, quia commune utriusque per accidens unum est : unum autem per accidens non ferme contingit.

Κεφ. ς'.

Ὅτι συζῆν καὶ συνεῖναι παρέχει τοῖς φίλοις τὸ ἐνεργείᾳ φίλοις εἶναι.

* Εἰς ταῦτα δὲ τὰ εἴδη τῆς φιλίας διῃρημένης, οἱ μὲν φαῦλοι ἔσονται φίλοι δι' ἡδονὴν ἢ τὸ χρήσιμον, ταύτῃ ὅμοιοι ὄντες· οἱ δὲ ἀγαθοὶ δι' ἑαυτοὺς ἔσονται φίλοι· ἢ γὰρ ἄμφω ἀγαθοί, διὰ τοῦτο φιλοῦσιν ἀλλήλους· ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἁπλῶς φίλοι, καὶ κυρίως, καὶ καθ' αὑτό· οὗτοι δὲ κατὰ συμβεβηκός, καὶ τῷ ὁμοιοῦσθαι τούτοις τὸ ὄνομα τῆς φιλίας ἔχουσιν.

** Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν οἱ μὲν καθ' ἕξιν, οἱ δὲ κατ' ἐνέργειαν ἀγαθοὶ λέγονται· οἱ μὲν γὰρ ἕξιν ἔχουσι δικαιοσύνης, οὐκ ἐνεργοῦσι δὲ κατ' αὐτήν, ὑπὸ τῶν ἔξωθεν κωλυόμενοι, οἱ δὲ ἐνεργοῦσι καὶ τὰ δίκαια, κατὰ τὴν ἕξιν ἣν ἔλαβον τῆς δικαιοσύνης· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας συμβαίνει. Οἱ μὲν γὰρ συζῶντες ἀλλήλοις χαίρουσι τοῖς ἀλλήλων ἀγαθοῖς, καὶ πορίζουσιν ἑκάτερος ἑκατέρῳ τὰ δυνατὰ ἀγαθά· οἱ δὲ καθεύδοντες ἢ κεχωρισμένοι τοῖς τόποις οὐκ ἐνεργοῦσι μὲν πρὸς ἀλλήλους τὰ φιλικά· οὕτω δὲ ἔχουσιν ὥστε ἐνεργεῖν φιλικῶς.

*** Οἱ γὰρ τόποι οὐ διαλύουσι τὴν φιλίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν. Ἐὰν δὲ χρόνῳ πολλῷ ἡ ἀπουσία γένηται τῶν φίλων, δοκεῖ καὶ τῆς φιλίας γίνεσθαι λήθην· ὅθεν εἴρηται·

Πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν.

**** Οἱ δὲ πρεσβῦται [a] καὶ στρυφνοὶ φαίνονται ὡς οὐ δύνανται φιλικοὶ εἶναι. Βραχὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς· ᾧ δὲ οὐκ ἔστιν ἡδονή, οὐδὲ συνεῖναι καὶ συνημερεύειν δυνατόν· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἕλοιτο συνδιάγειν τῷ λυπηρῷ ἢ τῷ μὴ ἡδεῖ· φαίνεται γὰρ ὅτι ἡ φύσις φεύγει μὲν τὸ λυπηρόν, διώκει δὲ τὸ ἡδὺ ἀεί· ᾧ δὲ οὐ δυνατὸν συνεῖναι, τούτῳ οὐκ ἔνι φίλον γενέσθαι· ἡ γὰρ συνήθεια καὶ τὸ συνδιάγειν τὰς φιλίας ποιεῖ.

Cap. VI.

Convictum et consuetudinem amicos ad jungendam actu amicitiam impellere.

Quum igitur in has species amicitia dividatur, improbi delectationis causa aut ob emolumentum amici erunt, qua in parte similes videntur : viri boni autem per se erunt amici : quatenus enim ambo sunt boni, inter se amant : illi ergo simpliciter et proprie et per se sunt amici : hi vero per accidens, et quatenus illorum similitudinem gerunt, nomen amicitiæ habent.

Quemadmodum autem in virtutibus alii quidem habitu, alii vero actu boni dicuntur : alii enim habitum tantum justitiæ gerunt, non agunt vero re ipsa ei congruenter, quia rebus externis impediuntur, alii vero re ipsa agunt etiam quæ justa sunt, justitiæ habitum quem sunt consecuti factis exprimentes : sic etiam in amicitia evenit. Qui enim una vivunt, eorum alter alterius bonis gaudet, præbetque alter alteri quæ præberi possunt bona : qui vero aut dormiunt aut locorum intervallo disjuncti sunt, amicitiæ muneribus non funguntur quidem illi, sed ita tamen sunt animati, ut fungi possint.

Non enim locorum intervalla amicitias simpliciter dirimunt, sed muneris functionem. Quodsi diuturna amicorum fuerit absentia, videtur etiam amicitiæ obrepere oblivio : unde dici solet :

Neglectum alloquium multos disjunxit amicos.

Senes autem et austeri non videntur ad amicitiam idonei esse. Nam parum voluptatis in illis est : vivere autem aut versari cum eo, in quo voluptas locum non habet, nemo potest : nemo enim cum eo qui molestus ac tristis aut qui non jucundus est convictum habere volet : videtur quippe natura fugere dolorem et jucunditatem semper sequi : cum quo vero nemo potest habere commercium, huic amicus esse non poterit : consuetudo videlicet et convictus amicitias comparat.

---

* Cap. 5 Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν κτλ. — ** Οἱ γὰρ τόποι κτλ. — *** Ἐὰν δὲ χρόνιος κτλ. — **** Οὐ φαίνονται δ' οὐδ' οἱ πρεσβῦται κτλ.

* Οἱ γὰρ ἀποδεχόμενοι ἀλλήλους, μὴ συζῶντες δέ, εὖνοί εἰσιν ἀλλήλοις μᾶλλον ἢ φίλοι.

** Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων ὡς τὸ συζῆν. Οὔτε γὰρ οἱ διὰ τὸ χρήσιμον δύνανται μὴ συνοικεῖν· ἐνδεεῖς γὰρ ὄντες ἀλλήλων δέονται ἀλλήλοις χρῆσθαι, ὃ οὐ δυνατὸν ἄνευ τοῦ συνοικεῖν· οὔτε οἱ διὰ τὴν ἡδονὴν πολλῷ μᾶλλον· οὔτε οἱ κυρίως φίλοι, οἵτινές εἰσιν οἱ μακάριοι· ἀλλήλων μὲν γὰρ οὐκ εἰσὶν ἐνδεεῖς, ἡδεῖς δέ εἰσιν ἀλλήλοις. Καὶ διὰ τοῦτο μὴ συνδιάγειν ἐθέλειν, ἀμήχανον· οὐ γὰρ δὴ μονώτας τινὰς τοὺς μακαρίους εἶναι προσήκει, ἀλλὰ ἀνάγκη μετ' ἀλλήλων εἶναι τοῖς αὐτοῖς χαίροντας. Τοῦτο δὲ τὸ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν καὶ τὴν ἑταιρικὴν φιλίαν ποιεῖ τὴν τῶν νέων, ὅταν περὶ τὸ αὐτὸ σπουδάζωσι.

*** Μάλιστα μὲν οὖν ἐστι φιλία ἡ τῶν ἀγαθῶν, καθάπερ πολλάκις εἴρηται. Δοκεῖ γὰρ φιλητὸν μὲν καὶ αἱρετὸν τὸ ἁπλῶς καὶ κυρίως ἀγαθόν, ἢ ἡδύ· ἑκάστῳ δὲ φιλητὸν καὶ αἱρετὸν τὸ αὐτῷ ἀγαθόν· ὁ δὲ ἀγαθὸς τὸν ἀγαθὸν φιλεῖ δι' ἄμφω ταῦτα· τὸ γὰρ ἀγαθὸν αὐτοῦ καὶ ἁπλῶς καὶ κυρίως ἀγαθόν ἐστι, καὶ τῷ φίλῳ ἀγαθόν ἐστιν· ὥστε ὁ ἀγαθὸς φιλητός ἐστι, καὶ κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους· καὶ διὰ τοῦτο συζῆν ἀλλήλοις τοὺς σπουδαίους πᾶσα ἀνάγκη βούλεσθαι· χαίροντας ἀλλήλοις, καὶ ὡς ὁμοίοις, καὶ ὡς ἀγαθοῖς ἁπλῶς, καὶ ὡς ἀλλήλοις ἀγαθοῖς.

(Scripsi : [a] πρεσδῦται] vulgo πρεσδύται. —)

Nimirum qui inter se probati acceptique sunt, nec tamen communi vitæ consuetudine devinciuntur, benevoli magis sibi quam amici sunt.

Nihil enim est amicorum tam proprium quam vitæ societate conjungi. Nam nec illi qui utilitatis causa amici dicuntur esse non una vivere possunt : quum enim alter altero egeat, alter quoque altero uti necesse habet, quod sine consuetudinis conjunctione fieri nequit : multoque minus quos voluptas conjungit : sed nec qui proprie amici sunt, ipsi nimirum felices : licet enim alter altero non egeat, alter tamen alteri est jucundus. Quare fieri nequit, ut una vivere nolint : solitariam enim vitam hos degere non convenit, quos felices dicimus, sed omnino necesse est una vivere eos qui iisdem rebus delectantur. Hoc autem, ut iisdem rebus adolescentes gaudeant, eorum etiam sodalitatem constituit, quum eadem studiose petunt.

Maxime ergo amicitia, quemadmodum sæpius diximus, est bonorum. Videtur enim amabile et expetendum esse quod absolute et proprie bonum aut jucundum est : rursusque singuli amabile judicant et expetendum, quod ipsis est bonum : vir bonus autem virum bonum ob horum utrumque diligit : bonum quippe ipsius et simpliciter proprieque, et amico est bonum : unde sequitur bonum virum utraque de causa esse amabilem : ideoque bonos viros vitæ societate conjungi velle omnino necesse est : quum alii aliis delectentur, tum ut similibus, tum ut simpliciter bonis, tum ut sibi invicem bonis.

Κεφ. ζ'.

Περὶ τῆς τε φιλίας καὶ τῆς φιλήσεως.

**** Ἐπεὶ δὲ ἀρετή ἐστιν ἡ φιλία, ἐν πάσῃ δὲ ἀρετῇ πάθος τι θεωρεῖται καὶ ἕξις, ζητητέον τί ἐστιν ἐν τῇ φιλίᾳ πάθος, καὶ τί ἕξις. Ἔοικε τοίνυν ἡ μὲν φίλησις πάθει, ἡ δὲ φιλία ἕξει· πάθος μὲν γάρ ἐστιν, ὃ καὶ μὴ προαιρουμένοις συμβαίνει, ἕξις δέ, ὃ μετὰ προαιρέσεως γίνεται, καὶ καθ' ἣν μετὰ προαιρέσεως ἐνεργοῦμεν· ἡ μὲν οὖν φίλησις καὶ ἡ πρὸς τὰ ἄψυχά ἐστιν ἀγάπη, καὶ ὅλως ὅθεν οὐκ ἔστιν ἀντιφιλεῖσθαι· τὸ δὲ τοιοῦτον πάθος· οὐ γὰρ κρίναντες καὶ λογισάμενοι ἀγαπῶμεν οὐδὲ προαιρούμενοι, ἀλλ' ἐκεῖθεν κινούμενοι μόνον, ὅπερ ἐστὶ καθαρῶς πάθος· ἡ δὲ φιλία ἡ πρὸς τοὺς φιλοῦντας ἀγάπη ἐστί, ὃ πάθος ἐστὶ μετὰ προαιρέσεως· κρίνομεν γὰρ ὡς δεῖ φιλεῖν τὸν φιλοῦντα, καὶ κινούμεθα οὐ μόνον ἔξωθεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τοῦ λογισμοῦ· ἡ δὲ μετὰ λογισμοῦ καὶ προαιρέσεως κίνησις, ἀφ' ἕξεως· ἔστιν ἄρα ἡ μὲν φίλησις πάθος, ἡ δὲ φιλία ἕξις.

***** Ἔτι οἱ φίλοι βούλονται τοῖς φιλουμένοις τὰ ἀγαθά, αὐτῶν ἕνεκα, οὐ κατὰ πάθος, ἀλλὰ καθ' ἕξιν· οὐ γὰρ ἀλόγως ἀλλὰ λογιζόμενοι τὴν αἰτίαν· τὸ δὲ βούλεσθαι τοῖς φιλουμένοις τὰ ἀγαθὰ ἐκείνων ἕνεκα ἐν τῷ λόγῳ

Cap. VII.

De amicitia et amatione.

Quum autem virtus sit amicitia, in omni autem virtute aliquis affectus cernatur et habitus, quærendum quid in amicitia affectus sit et quid habitus. Similis ergo amatio affectui est, amicitia vero habitui : affectus quippe est id, quod inconsultis etiam nobis accidit, habitus autem, quod cum consilio conjunctum est, et quo considerate agimus : amatio ergo etiam inanimorum amor est, omninoque eorum a quibus redamari nequeamus : tale quid autem affectus est : nec enim nostro judicio et cogitate talia amamus aut consulto, sed instinctu illius tantum, quod simpliciter est affectus : amicitia vero est amor quo amicos prosequimur, qui affectus est cum consilio conjunctus : quippe judicamus amicum diligendum esse, neque solum extrinsecus, sed etiam sponte nostraque ratione movemur : ille autem qui cum ratione et consilio conjunctus est motus, ab habitu proficiscitur : unde sequitur amationem affectum, amicitiam vero esse habitum.

Præterea amici iis quos amant bona omnia exoptant, idque illorum causa, non perturbatione aliqua incitati, sed ex habitu : non enim temere, sed ita ut prius causam perpendant : exoptare autem amicis bona ipsorum

* Οἱ δ' ἀποδεχόμενοι κτλ. — ** Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων κτλ. — *** Μάλιστα μὲν οὖν ἐστι φιλία κτλ. — **** Ἔοικε δ' ἡ μὲν φίλησις πάθει κτλ. — ***** Καὶ φιλοῦντες τὸν φίλον κτλ.

ἐστὶ τῆς φιλίας· ἡ ἄρα φιλία ἕξις ἐστίν. Ἔτι φιλεῖ τις τὸν ἀγαθὸν φίλον, ὅτι αὐτῷ ἀγαθός ἐστιν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος γενόμενος, ἀγαθὸς γίνεται τῷ φίλῳ· ἑκάτερος οὖν φιλεῖ ἑκάτερον, ὡς ἀγαθὸν οἰκεῖον, καὶ βούλεται τὰ ἀγαθά, καὶ ἡδύς ἐστιν ὁμοίως.

* Καὶ ὅλως τὸ ἴσον ἀνταποδίδωσι· λέγεται γὰρ φιλότης ἡ ἰσότης· ταῦτα δὲ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως· ἡ δὲ προαίρεσις ἀφ' ἕξεως· ἡ ἄρα φιλία ἕξις ἐστίν· ἡ δὲ φίλησις ἄνευ προαιρέσεως οὖσα, καθαρῶς ἐστι πάθος.

causa res est, quæ ipsa amicitiæ notione continetur : habitus ergo est amicitia Porro diligit aliquis bonum amicum, quia ipsi bonus est : quum enim vir bonus amicus fit, bonus quoque fit amico : uterque igitur alterum tanquam proprium bonum amat, simulque bona illi optat, et eodem modo jucundus est.

Denique par pari refert : nam amicitia vulgo æqualitas vocatur : hæc autem non sine consilio fiunt : consilium vero ab habitu proficiscitur : amicitia ergo habitus est : at amatio, quum sine consilio fit, merus est affectus.

Κεφ. η'.

Ὅτι πολλοῖς εἶναι τελείως φίλον οὐκ ἐνδέχεται, καὶ ποῖαι τῶν ἐν ἐξουσίαις φιλίαι.

** Πάντα μὲν οὖν τὰ φιλικὰ καὶ ἃ προσήκει φίλοις ἐν τῇ φιλίᾳ συμβαίνει τῶν ἀγαθῶν μόνῃ· ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς καὶ πρεσβυτικοῖς ἧττον γίνεται ἡ φιλία, ὅσῳ δυσκολώτεροί εἰσι, καὶ ἧττον ταῖς ὁμιλίαις χαίρουσιν· ἡ γὰρ ὁμιλία καὶ τὸ συνεῖναι δοκοῦσιν εἶναι φιλίας ποιητικά.

Διὰ τοῦτο νέοι μὲν ταχέως γίνονται φίλοι, πρεσβῦται [a] δὲ οὐκ· οὐ γὰρ δυνατὸν φίλον γενέσθαι τινὰ ᾧ οὐ χαίρει οὐδὲ ἥδεται συνών· τοῦτο δὲ ἐν τοῖς πρεσβύταις οὐ πάνυ συμβαίνει· ὀλίγον γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ οὐδὲ οἱ στρυφνοὶ πάνυ γίνονται φίλοι, ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι εὖνοι μέν εἰσιν ἀλλήλοις· βούλονται γὰρ ἀλλήλοις τὰ ἀγαθὰ διὰ τὴν χρείαν, καὶ λαμβάνουσι παρ' ἀλλήλων, ὧν ἑκάτερος ἑκατέρου δεῖται· φίλοι δὲ οὐ πάνυ εἰσί, διὰ τὸ μὴ συνημερεύειν μηδὲ χαίρειν ἀλλήλοις· ἃ δὴ μάλιστα εἶναι δοκεῖ φιλικὰ καὶ ποιητικὰ φιλίας.

*** Πολλοῖς δὲ φίλον εἶναι τὸν σπουδαῖον κατὰ τὴν τελείαν φιλίαν οὐκ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἐρᾶν πολλῶν ἅμα δυνατόν. Ὑπερβολὴ γάρ τίς ἐστι φιλίας ἡ τελεία φιλία. Τὸ δὲ τοιοῦτον πρὸς ἕνα πέφυκε γίνεσθαι. Τὸ γὰρ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν σφόδρα, οὐ ῥᾴδιον ἐν πολλοῖς εἶναι· ἔτι δὲ οὐδὲ ἀγαθούς, καὶ σπουδαίους πολλοὺς εἶναι ῥᾴδιον. Ἄλλως τε τῇ τοιαύτῃ φιλίᾳ καὶ μακροῦ δεῖ χρόνου, καὶ συνηθείας, καὶ πείρας ἀκριβοῦς ἀλλήλων. Τοῦτο δὲ χαλεπόν. Κατὰ δὲ τὰς ἄλλας φιλίας πολλοὺς ἐνδέχεται φιλεῖν· καὶ γὰρ διὰ τὸ χρήσιμον πολλοῖς ἀρέσκειν ἐνδέχεται τινά, καὶ διὰ τὴν ἡδονὴν πολλοὺς ἐφέλκεται· πολλοὶ γὰρ οἱ τούτοις χαίροντες, καὶ διὰ ταῦτα φιλοῦντες, καὶ οὐδὲ πολλοῦ χρόνου δέονται πρὸς τὸ πεῖραν λαβεῖν ἀκριβῆ τῶν φίλων, ἀλλ' αὐτίκα διὰ τὴν χρείαν ἢ τὴν ἡδονὴν ὁμολογοῦσι φιλεῖν. Ἡ μὲν οὖν τελεία φιλία ἐστὶν ἡ διὰ τὸ ἀγαθόν· αἱ δὲ καθ' ὁμοιότητα ἡ τοῦ χρησίμου καὶ τοῦ ἡδέος.

**** Τῶν δὲ καθ' ὁμοιότητα ἡ τοῦ ἡδέος μᾶλλον ὁμοία ἐστὶ τῇ ἀληθινῇ φιλίᾳ, ὅταν τὰ αὐτὰ παρ' ἀλλήλων

Cap. VIII.

Fieri non posse, ut quis perfecta multorum amicitia utatur, et quales eorum qui auctoritate florent amicitiæ sint.

Omnia igitur quæ ad amicitiam spectant et amicos decent, in sola bonorum amicitia locum habent : inter austeros autem et senes eo minus amicitia conciliatur, quo sunt difficiliores minusque hominum congressu et sermone delectantur : nam sermo et convictus ad conglutinandam amicitiam valere videntur. Itaque cito fiunt juvenes amici, senes non item : neque enim quisquam ei, quo vel non delectatur, vel cum quo non libenter conversatur, esse amicus potest : quod in senibus non facile evenit : parum enim voluptatis inest in illis. Quamobrem ne austeri quidem facile fiunt amici, sed benevoli tales potius inter se sunt : bona enim sibi mutuo optant, quibus egent, sed et alter ab altero accipit quæ desiderat : sed non admodum sunt amici, quia neque una totos dies commorantur, neque alter alterius moribus delectatur, quæ maxime amicitiæ convenire eamque facere videntur.

Sed perfecta cum multis amicitia nemini, qui vir bonus sit, intercedere potest, sicut fieri nequit, ut quis multarum amore uno tempore flagret. Nam nimia amicitiæ forma perfecta amicitia videtur. Hoc autem cum uno duntaxat suscipi patitur rerum natura. Iisdem enim vehementer delectari, vix est multorum : sicut nec bonos et probos multos reperire facile est. Adde quod in tali amicitia tum longum tempus et consuetudo, tum diligens amicorum inter se exploratio requiritur. Hoc autem difficile est. In reliquis vero amicitiis multos amare possumus : etenim et utilitatis causa multis placere potest aliquis, et voluptate multos allicit : multi enim sunt qui his delectantur ac propterea amant, neque longo tempore ad amicos explorandos egent, sed statim utilitatis aut voluptatis causa se amare fatentur. Quæ ergo boni causa instituitur amicitia, est perfecta : ad hujus autem similitudinem accedit ea quæ utilitatis et voluptatis causa contrahitur.

Earum vero quæ a similitudine denominantur amicitia voluptatis causa contracta magis ad veram amici-

* Καὶ τὸ ἴσον ἀνταποδίδωσι κτλ. — ** Cap. 6. Ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς καὶ πρεσβυτικοῖς κτλ. — *** Πολλοῖς δ' εἶναι φίλον κατὰ τὴν τελείαν κτλ. — **** Τούτων δὲ μᾶλλον ἔοικε φιλία κτλ.

τοῖς φίλοις γίνηται· καὶ χαίρωσιν [b] ἀλλήλοις, ἢ τοῖς αὐτοῖς. Οἷαι τῶν νέων εἰσὶν αἱ φιλίαι. Καὶ γὰρ ἐν τῇ τοῦ ἡδέος φιλίᾳ μᾶλλόν ἐστι τὸ ἐλευθέριον, ἢ ἐν τῇ τοῦ χρησίμου. Ἡ γὰρ τοῦ χρησίμου ἀγοραίων τινῶν ἐστι καὶ ἀνελευθέρων. Ἔτι ἡ ἀληθὴς φιλία καὶ τοῦ ἡδέος δεῖται, τοῦ χρησίμου δὲ οὐδαμῶς. Οἱ γὰρ μακάριοι χρησίμων μὲν οὐ δέονται, ἡδέων δέ· συζῆν μὲν γὰρ βούλονταί τισι, λυπηροῖς δὲ οὐ δύνανται συνεῖναι. Τὸ γὰρ λυπηρὸν ὀλίγον φέρουσι χρόνον. Συνεχῶς δὲ οὐδεὶς ἂν ὑπομεῖναι λυπούμενος, οὐδ' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν δυνήσεται φέρειν οὐδείς, εἰ λυπηρὸν αὐτῷ εἴη. Διὰ τοῦτο τοὺς φίλους οἱ σπουδαῖοι ἡδεῖς ζητοῦσιν εἶναι, ἀγαθοὺς ὄντας καὶ αὐτοῖς ἀγαθούς· οὕτω γὰρ αὐτοῖς ὑπάρξει ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν· ἡ ἄρα καθ' ἡδονὴν φιλία μᾶλλον ἔοικε τῇ τελείᾳ φιλίᾳ, ἢ ἡ κατὰ τὸ χρήσιμον.

tiam accedit, quum eadem sibi mutuo præstant amici, et alter altero delectatur aut uterque eisdem. Quales juvenum amicitiæ sunt. Etenim in ea quæ voluptatis causa instituitur amicitia, magis quam in ea quæ ex utilitate oritur, liberalitas apparet. Namque illa quæ propter utile comparatur, circumforaneorum et illiberalium hominum est. Præterea etiam vera amicitia jucundum desiderat, utile nequaquam. Quippe beati utilibus non egent, sed jucundis : quando enim vivere cum aliquibus volunt, cum tristibus et molestis versari non possunt. Nam molestiam parumper ferunt. Perpetuo vero qui perferat molestiam nemo reperitur, sed ne ipsum quidem bonum ferre quisquam poterit, si ei molestum sit. Quocirca viri boni jucundos amicos esse volunt, ut quum boni sint, sibi quoque tales sint : ita enim illis erit quidquid non deesse amicis oportet . ergo amicitia voluptatis causa contracta magis ad perfectæ similitudinem accedit, quam illa quæ ob emolumentum instituitur.

* Οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις οὐ τοῖς αὐτοῖς χρῶνται φίλοις ὡς χρησίμοις καὶ ὡς ἡδέσιν. Ἄλλοι γάρ εἰσιν αὐτοῖς χρήσιμοι, καὶ ἕτεροι ἡδεῖς. Ἄμφω δ' οἱ αὐτοὶ οὐ πάνυ. Τὸ δ' αἴτιον, ὅτι τὸ χρήσιμον, καὶ τὸ ἡδὺ ἐν τῇ τελείᾳ φιλίᾳ ἐστίν, ἥ ἐστι τῶν σπουδαίων. Οἱ δὲ οὐ τοιούτους ζητοῦσιν. Οὔτε γὰρ τοὺς δι' ἀρετὴν ἡδεῖς ζητοῦσιν, οὔτε τοὺς χρησίμους εἰς τὰ καλά. Ἀλλὰ τοῖς μὲν εὐτραπέλοις χρῶνται διὰ τὴν ἡδονήν, τοῖς δὲ δεινοῖς ὡς χρησίμοις, δυναμένοις πρᾶξαι τὸ ἐπιταχθέν· ταῦτα δὲ οὐ πάνυ συνέρχονται ἐν τῷ αὐτῷ. Ἡδὺς γὰρ καὶ χρήσιμος ἅμα, καθὼς εἴρηται, ὁ σπουδαῖός ἐστιν, ὃς οὐ γίνεται φίλος ὑπερέχοντι, ἂν μὴ κατ' ἀρετὴν ὑπερέχηται, καὶ ὑπὸ τὸν σπουδαῖον ἑαυτὸν τάττῃ, [c] καὶ κρείττονα ἑαυτοῦ ἡγῆται. [d] Οὕτω γὰρ ἐξισάσει ὁ σπουδαῖος τῷ κατ' ἐξουσίαν ὑπερέχοντι, ἀνάλογον ὑπερέχων καὶ ὑπερεχόμενος· ἐξισάζων δὲ ἔσται φίλος· ἂν δὲ μὴ οὕτως ἐξισάζῃ, οὐκ ἔσται· ἐπεὶ δὲ οἱ ἐν ἐξουσίαις οὐ πάνυ τοιοῦτοι γίνονται, διὰ τοῦτο οὐδὲ φίλοι αὐτοῖς οἱ σπουδαῖοι..

(Scripsi : πρεσβῦται δὲ οὐχ] cod. πρεσβύται δὲ οὐχ. — [b] χαίρωσιν] cod. χαίρουσιν. — [c] τάττῃ] cod. τάττη. — ἡγῆται] cod. ἡγεῖται. —)

Qui vero sunt auctoritate aliqua et potestate præditi, non iisdem amicis tanquam utilibus et jucundis utuntur. Alii enim illis utiles sunt, alii jucundi. Iidem autem non ferme utiles simul et jucundi habentur. Cujus rei causa est, quod utile et jucundum in perfecta amicitia inest, quæ est bonorum. Illi vero tales non quærunt. Neque enim homines virtutis beneficio jucundos quærunt, neque eos qui ad res honestas sunt utiles. Cæterum facetis quidem voluptatis causa utuntur, sollertibus vero ob emolumentum, utpote qui imperata impigre exsequi soleant : hæc autem non ferme in eodem simul reperiuntur. Jucundus enim simul et utilis, sicut diximus, est vir bonus, qui homini dignitate ac potentia præstanti non facile fit amicus, nisi ille etiam virtute superatur, ideoque tanquam bono viro se submittit, quatenus eum suo fastigio meliorem judicat. Ita enim æquabit eum qui dignitate præcellit vir bonus, si pro portione et superet et superetur : nam quum æquaverit, amicus erit, sin autem eo modo non æquaverit, non erit : quia vero homines auctoritate aliqua et potentia præditi non ferme tales sunt, idcirco ne amici quidem illis sunt viri boni.

Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς ἡδείας καὶ χρησίμου φιλίας, ὅτι κατά τι φιλίαι, κατά τι οὐ φιλίαι εἰσί· καὶ περὶ τῆς καθ' ὑπεροχὴν φιλίας

** Πᾶσαι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι φιλίαι ἐν ἰσότητί εἰσι. Τὰ γὰρ αὐτὰ τοῖς φίλοις ἐξ ἀλλήλων γίνεται, καὶ τὰ αὐτὰ βούλονται ἀλλήλοις, ἢ καὶ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἀντικαταλλάττονται, ἴσον ἴσου, οἷον ἡδονὴν ἀντὶ ὠφελείας· αἵτινες ὅτι ἧττόν εἰσι τῶν ἄλλων φιλίαι καὶ ὀλιγοχρονιώτεραι, εἴρηται. Τῶν δὲ φιλιῶν αἱ διὰ τὸ χρήσιμον καὶ ἡδύ, κατά τι μὲν δοκοῦσιν εἶναι φιλίαι, κατά τι δὲ οὔ· καθ' ὃ μὲν γὰρ ἐοίκασι τῇ τελείᾳ φιλίᾳ,

Cap. IX.

De jucunda et utili amicitia, eas videlicet ex parte esse amicitias, ex parte non esse : item de amicitia, quæ in excellentia cernitur.

Omnes igitur, quas commemoravimus, amicitiæ species in æqualitate consistunt. Eadem enim sibi mutuo præstant amici, eademque exoptant, aut alterum cum altero commutant, æquum cum æquo, verbi gratia voluptatem cum utilitate : quas quidem species et minus esse amicitias quam cæteras et minus diuturnas, jam diximus. Inter eas autem amicitias quæ ob emolumentum et quæ voluptatis causa instituuntur, ex parte

* Οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις κτλ. — ** Ὅτι δὲ καὶ ἧττόν εἰσιν κτλ.

φιλίαι εἰσί, καθ' ὃ δὲ ἀνόμοιοί εἰσι πρὸς αὐτήν, οὐκ εἰσὶ φιλίαι. Ἐοίκασι μὲν γάρ, ὅτι ἡ τελεία καὶ τὸ ἀγαθὸν ἔχει, καὶ τὸ χρήσιμον· οὐκ ἐοίκασι δέ, ὅτι ἡ μὲν ἀδιάβλητος καὶ μόνιμός ἐστιν, αἱ δὲ ταχέως μεταπίπτουσι, καὶ ἄλλοις διαφέρουσι πολλοῖς. Αὗται μὲν οὖν πᾶσαι καθ' ὁμοιότητα καὶ ἰσότητά εἰσιν.

* Ἕτερον δὲ φιλίας εἶδος τὸ καθ' ὑπεροχήν· οἷον πατρὶ πρὸς υἱόν, καὶ ὅλως πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον, ἀνδρί τε πρὸς γυναῖκα, καὶ παντὶ ἄρχοντι πρὸς ἀρχόμενον.

** Διαφέρουσι δὲ αὗται ἀλλήλων. Οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γονεῦσί τε πρὸς τέκνα, καὶ ἄρχουσι πρὸς ἀρχομένους· ἀλλ' οὐδὲ πατρὶ πρὸς υἱόν, καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα, οὐδ' ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα. Ὥστε οὐχ αἱ φιλίαι μόνον διαφέρουσιν ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ αἱ φιλήσεις πρὸς τὰς ἀντιφιλήσεις. Ἑτέρα γὰρ ἑκατέρου τούτων τῶν φίλων ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ ἔργον, καὶ ἕτερα δι' ἃ φιλοῦσι καὶ δι' ἃ φιλοῦνται. Διὰ τοῦτο καὶ αἱ φιλήσεις καὶ αἱ φιλίαι ἕτεραι. Ἐν μὲν οὖν ταῖς προειρημέναις φιλίαις τὸ μόνιμον ἐποίει τὸ τὰ αὐτὰ ἑκατέρῳ τῶν φίλων παρ' ἑκατέρου γίνεσθαι· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ ὁ πατὴρ τὸν υἱόν, καὶ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα ἀπαιτήσει.

*** Οὐ γὰρ δεῖ τὴν ἰσότητα τοὺς τοιούτους κατὰ ταῦτα φυλάττειν, ἀλλ' ὅταν ἐκεῖνα ἑκάτερος παρ' ἑκατέρου λαμβάνῃ ἃ δεῖ τὸν μὲν δοῦναι τὸν δὲ λαβεῖν, μόνιμος ἡ τῶν τοιούτων καὶ ἐπιεικὴς ἔσται φιλία.

**** Καὶ τὴν φίλησιν δὲ ἀνάλογον δεῖ γίνεσθαι ἐν ταῖς καθ' ὑπεροχὴν φιλίαις· τὸν γὰρ ἀμείνω δεῖ μᾶλλον φιλεῖσθαι ἢ φιλεῖν, καὶ τὸν ὠφελιμώτερον, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὁμοίως· δεῖ γάρ τινα γίνεσθαι καὶ ἐν τούτοις ἰσότητα· τοῦτο γὰρ τὴν φιλίαν συνέχει.

***** Γίνεται δέ πως ἰσότης, ὅταν κατ' ἀξίαν ἡ φίλησις γίνηται[a] καὶ τὸ δίκαιον δὲ ἐν τῇ ἰσότητι σώζηται. [b] Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἔχει τὸ ἴσον ἔν τε τοῖς δικαίοις, καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ· ἐν μὲν γὰρ τοῖς δικαίοις πρώτως μὲν ἴσον ζητεῖται, τὸ κατ' ἀξίαν, καὶ ἀνάλογον τοῖς δεχομένοις· δευτέρως δὲ ζητεῖται τὸ κατὰ τὴν ποσότητα ἴσον· ἐὰν γὰρ κατ' ἀξίαν καὶ ἀνάλογον γίνηται ἡ διανομή, δικαία ἐστί, κἂν [c] σφόδρα τῷ ποσῷ διαφέρῃ, οὐδὲν κωλύει τὸν τοῦ δικαίου σώζεσθαι λόγον, εἰ δὲ κατὰ τὸ ποσὸν ἴση εἴη καὶ μὴ ἀνάλογον, οὐ δύναται εἶναι δικαία· ἐπὶ δὲ τῆς φιλίας ἀνάπαλιν· τὸ γὰρ ἴσον ἐν ταύτῃ ζητεῖται, πρῶτον μὲν κατὰ τὴν ποσότητα, δευτέρως δὲ κατὰ τὸ ἀνάλογον.

****** Ἐὰν γὰρ πολὺ διαφέρωσι[d] καὶ τὸ μεταξὺ διάστημα οὐκ ὀλίγον ᾖ, σφόδρα δὲ ἅτερος θατέρου ὑπερέχῃ ἀρετῇ, ἢ εὐπορίᾳ, ἤ τινι ἄλλῳ, οὐκ εἰσὶ φίλοι· οὔτε γὰρ δύνανται, οὔτε βούλονται. Φανερώτερον δὲ γίνεται ἐφ' ἡμῶν καὶ τοῦ θεοῦ· ὅτι γὰρ πλεῖστον ἡμῶν πᾶσι

amicitiæ videntur esse, ex parte non item : quatenus enim ad perfectæ amicitiæ similitudinem accedunt, amicitiæ sunt, quatenus vero ab ea discrepant, non sunt amicitiæ. Nempe similes sunt, propterea quod perfecta amicitia et bonum continet et utile : rursus dissimiles sunt, quia illa quidem culpa vacat et stabilis est, hæ vero cito mutantur, aliisque multis rebus differunt. Hæ ergo species omnes in similitudine et æqualitate consistunt.

Est vero et alia amicitiæ species, quæ in excellentia cernitur : velut quæ patri intercedit cum filio, omninoque seni cum juvene, viro cum uxore, omni denique rectori cum eo qui regitur.

Sed et hæ inter se differunt. Neque enim eadem parentibus cum liberis, et rectoribus cum iis qui reguntur : sed nec patri cum filio, aut filio cum patre, nec marito cum uxore, aut uxori cum marito amicitia est. Ut non tantum ipsæ inter se amicitiæ, sed etiam amatio et mutuus amor differant. Alia enim horum utrique amicorum est virtus et officium, nec non diversæ propter quas vel ament vel amentur causæ. Quare et amationes quoque et amicitiæ sunt diversæ. Eæ autem, quas supra dicebamus, amicitiæ propterea tantum stabilitatem habent, quod eadem amicorum alter ab altero accipit : hic vero non item : neque enim eadem pater a filio, quæ filius a patre petet.

Neque enim oportet tales eo modo in his servare æqualitatem, sed quum illa ab altero accipit alter, quæ hunc dare, illum accipere decet, tum demum firma et concors eorum amicitia futura est.

Proportione autem in amicitiis quæ in excellentia positæ sunt, amatio debet exstare : magis amari enim quam amare debet is qui potior est, et qui plus utilitatis affert, itemque cæteri singuli : nam et in his aliqua debet esse æqualitas : hoc enim amicitiam sustinet.

Exstat autem aliquo modo æqualitas, quum pro dignitate fit amatio, atque in æqualitate justum servatur. Nec tamen eodem modo in rebus justis atque in amicitia se habet æqualitas : namque in rebus justis primo loco requiritur æqualitas ea quæ pro cujusque dignitate est, et proportione ei respondet qui accipit : secundo loco requiritur æqualitas quantitati consentanea : quippe si pro dignitate et proportione distributio fiat, justa est, et licet multum quantitate differat, nihil tamen obstat, quominus justi ratio constet, sin autem quantitate, non proportione sit æqua, justa esse non potest : in amicitia vero contra : siquidem æqualitas in ea primum quantitate, deinde etiam proportione quæritur.

Si enim multum inter se differant, neque paulum distent, sed longe alterum alter virtute, aut opibus, aut alia quacunque re superet, non sunt amici : nempe nec possunt esse, nec volunt. Quod quidem in nobis magis apparet atque in deo : quia enim longe nos omni-

* Cap. 7. Ἕτερον δέ ἐστι φιλίας εἶδος κτλ. — ** Διαφέρουσι δ' αὗται καὶ ἀλλήλων κτλ. — *** Ὅταν γονεῦσι μὲν τέκνα ἀπονέμῃ κτλ. — **** Ἀνάλογον δ' ἐν ἁπάσαις κτλ. — ***** Ὅταν γὰρ κατ' ἀξίαν ἡ φίλησις γίγνηται κτλ. — ****** Δῆλον δ' ἐὰν πολὺ διάστημα γίγνηται κτλ.

τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχει, διὰ τοῦτο ἡ φιλία ἐνταῦθα χώραν [e] οὐκ ἔχει· δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βασιλέων· οὐ γὰρ οὐδὲ τούτοις ἀξιοῦσιν εἶναι φίλοι οἱ πολὺ καταδεέστεροι· οὐδὲ τοῖς ἀρίστοις ἢ σοφωτάτοις οἱ μηδενὸς ἄξιοι. Οἱ μὲν οὖν σφόδρα διαφέροντες οὐ δύνανται εἶναι φίλοι· ἐν δὲ μετρίᾳ ὑπεροχῇ δυνατόν.

* Ἐν πόσῃ δὲ ὡρισμένως εἰπεῖν, καὶ ἀκριβῆ δοῦναι λόγον οὐκ ἔνι· καὶ γὰρ πολλῶν ἀφαιρουμένων παρὰ θατέρου τῷ φίλων, ὥστε θάτερον ὑπερέχειν, συμβαίνει μὲν τὴν φιλίαν ἔτι μένειν, συμβαίνει δὲ λύεσθαι, ὅταν πολὺ γένηται μεταξὺ τὸ διάστημα, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν καὶ τοῦ θεοῦ.

** Διὰ τοῦτο καὶ ἀπορεῖται, μήποτε [f] οὐ βούλονται οἱ φίλοι τοῖς φίλοις τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν· εἰ γὰρ βούλονται, συνεύξονται αὐτοῖς καὶ θεοῖς γενέσθαι· τοῦτο δὲ λύσει τὴν φιλίαν· ὥστε εἰ βούλονται αὐτοῖς τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, βούλονται μὴ εἶναι αὐτοῖς φίλους· τοῦτο δὲ ἐναντίον ἐστὶ τῷ λόγῳ τῆς φιλίας, ἔτι δέ, οὐδὲ αὐτοῖς ἔσονται ἀγαθοί, μὴ ὄντες φίλοι· οὐκ ἄρα συνεύξονται αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα ἀγαθά. Ῥητέον δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι ὁ φίλος τῷ φίλῳ συνεύχεται τὰ ἀγαθά, ἐκείνου ἕνεκα· εἰ δὲ ἐκείνου ἕνεκα, δεῖ τὸν φίλον μένειν, καὶ αὐτῷ συμβῆναι τὰ ἀγαθά· μένοι δ' ἄν, εἰ ἄνθρωπος εἴη, καὶ μὴ θεὸς γένοιτο ἐξ ἀνθρώπου· ἀνθρώπῳ δὲ ὄντι βουλήσεται ὁ φίλος τὰ μέγιστα γενέσθαι ἀγαθά, ἴσως δὲ οὐ πάντα, καθάπερ οἱ πλείους τῶν φίλων ἔχουσιν· αὐτῷ γὰρ μάλιστα ἕκαστος βούλεται τὰ ἀγαθά.

(Scripsi : [a] γίνηται] cod. γίνεται. — [b] σώζηται] cod. σώζεται. — [c] κἂν σφόδρα τῷ ποσῷ διαφέρῃ] cod. κἂν σφόδρα τῷ ποσῷ διαφέρει. — [d] διαφέρωσι] cod. διαφέρωσιν. — [e] χώραν] cod. χῶρον. — [f] μήποτε] cod. μή ποτε. —)

bus bonis antecellit, idcirco locum ibi amicitia non habet : perspicuum idem etiam in regibus est : nam neque ad horum amicitiam aspirare conantur ii qui multo sunt inferiores, neque præstantissimorum aut sapientissimorum virorum amicitiam expetunt nullius pretii homines. Qui ergo multum inter se differunt, amici esse non possunt : in mediocri tamen excellentia amicitiæ locus est. In quanta vero excellentia amicitiæ locus sit, id definite dicere et accuratam rationem reddere nemo potest : nam si multa alteri amicorum eripiantur, ita ut excellat alter, constat nihilominus adhuc amicitiam manere, dissolvi autem quum nimis magnum spatium interjectum est, velut inter nos et deum.

Quapropter etiam quæri solet, exoptentne amici amicis maxima bona ; nam si ex animo bene eis volunt, etiam ut dii fiant optabunt : hoc autem amicitiam dissolvet : itaque si maxima illis bona exoptant, nolunt eos amplius sibi esse amicos : hoc vero cum amicitiæ ratione pugnat, sed ne boni quidem illis jam erunt, si non sunt amici : quare talia bona iis non optabunt. Ad quod respondendum est, suo quemque amico optare bona, illius causa : quodsi illius causa, manere oportet amicum, ut bona illi evenire possint : manebit autem, si homo sit, neque deus fiat ex homine : homini vero maxima quidem bona amicus contingere volet, sed fortasse non omnia, quemadmodum plerique amici : sibi enim maxime vult quisque bona evenire.

Κεφ. ι'.

Περὶ τῆς ἐν τῷ φιλεῖν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι οὔσης φιλίας.

*** Οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσι διὰ φιλοτιμίαν βούλεσθαι μᾶλλον φιλεῖσθαι, ἢ φιλεῖν· διὸ φιλοκόλακες οἱ πολλοί, καὶ ἥδονται κόλαξι συνόντες, ὅτι ὑπερέχουσιν αὐτῶν, δοκούντων εἶναι φίλων· τὸ δὲ ὑπερέχειν τῶν φίλων τοῖς φιλοτίμοις ἡδύ· καὶ γὰρ οἱ κόλακες προσποιοῦνται πάντα τῶν συνόντων ἡττᾶσθαι, καὶ διὰ τοῦτο φιλεῖν μᾶλλον, ἢ φιλεῖσθαι· τὸ δὲ φιλεῖσθαι ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τοῦ τιμᾶσθαι, οὗ δὴ οἱ πολλοὶ ἐφίενται.

**** Τὸ δὲ τιμᾶσθαι οὐ δι' ἑαυτὸ ζητοῦσιν οἱ ζητοῦντες, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· δι' ἄλλο γὰρ δοκεῖ αὐτοῖς ἀγαθὸν ἡ τιμή· τοῖς μὲν πολλοῖς ὑπὸ τῶν ὑπερεχόντων τιμωμένοις, διὰ τὴν ἐλπίδα· οἴονται γὰρ τυχεῖν

Cap. X

Magis in eo, ut amet quis, quam ut ametur, versari amicitiam.

Vulgus autem honoris studio ductum malle videtur amari quam amare : ideoque plerique assentatores amant ac libenter cum iis versantur, quia superiores illis sunt, quum tamen amici videantur : superiorem vero esse amicis, ambitiosis gratum est : namque assentatores se in omni genere familiaribus cedere simulant, et idcirco amare magis, quam amari : amari autem et honore ornari, cujus rei plerique cupidi sunt, finitima esse videntur.

Verum honore ornari non per se cupiunt homines qui eam rem expetunt, sed per accidens tantum : propter aliud enim bonum illis videtur esse honor : et vulgo quidem quum a superioribus honore afficitur, propter

* Ἀκριβὴς μὲν οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις κτλ. — ** Ὅθεν καὶ ἀπορεῖται κτλ. — *** Cap. 8. Οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσι κτλ. — **** Οὐ δι' αὐτὸ δὲ ἐοίκασιν κτλ.

ἂν ὧν δέονται παρὰ τῶν τιμώντων, καὶ ὡς σημείῳ τῆς εὐπαθείας χαίρουσι τῇ τιμῇ· οἱ δὲ ἐπιεικέστεροι καὶ ὑπὸ τῶν ἐπιεικῶν ὀρεγόμενοι τιμᾶσθαι διὰ τοῦτο διώκουσι τὴν τιμήν, ὅτι ἐφίενται βεβαίως περὶ ἑαυτῶν τὰ ἄριστα ὑπολαμβάνειν· βεβαιοῦσι δὲ τὰς περὶ ἑαυτῶν ἀγαθὰς δόξας τῇ ψήφῳ τῶν τιμώντων· χαίρουσι δὴ τῇ τιμιότητι ἐντεῦθεν· πιστεύουσι [a] δὲ ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι· τὸ μὲν οὖν τιμᾶσθαι δι' ἄλλο ζητεῖται, τὸ δὲ φιλεῖσθαι, δι' ἑαυτό. Καὶ γὰρ ἡδὺ καὶ φιλητόν ἐστι καθ' ἑαυτό· διὸ δόξειεν ἂν κρεῖττον εἶναι τοῦ τιμᾶσθαι, καὶ ἡ φιλία δὲ καθ' ἑαυτὴν αἱρετὴ εἶναι· ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ φιλεῖσθαι καὶ τῷ φιλεῖν συνίσταται, εἰ ἑκάτερον καθ' ἑαυτό [b] ἐστιν αἱρετόν, φανερόν, ὅτι καὶ ἡ φιλία καθ' ἑαυτὴν αἱρετή ἐστιν· ἔστι δὴ οὐ μόνον τὸ φιλεῖσθαι δι' ἑαυτὸ αἱρετόν, ἀλλὰ καὶ τὸ φιλεῖν, καὶ πολλῷ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ βέλτιον.

* Ὅθεν καὶ ἡ φιλία ἐν τῷ φιλεῖν ἐστι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι· σημεῖον δέ, αἱ μητέρες τῷ φιλεῖν χαίρουσαι, καὶ παρὰ τῶν τέκνων φιλεῖσθαι οὐ ζητοῦσαι. Ἔνιαι γὰρ ὑποποιοῦσιν ἄλλαις τὰ ἑαυτῶν, ἢ καὶ ἄλλως διδόασιν ἐπὶ τῷ παρ' αὐτῶν τρέφεσθαι, καὶ ἀγνοούμεναι οὐ φιλοῦνται· αὗται δὲ φιλοῦσι μὲν εἰδυῖαι, ἀντιφιλεῖσθαι δ' οὐ ζητοῦσιν, ἐὰν ἀμφότερα μὴ ἐνδέχηται, ἀλλ' ἱκανὸν αὐταῖς ἔοικεν εἶναι, ἐὰν ὁρῶσιν εὖ πάσχοντας τοὺς παῖδας· μᾶλλον δὲ τῆς φιλίας οὔσης ἐν τῷ φιλεῖν ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι, καὶ τῶν φιλοφίλων ἐπαινουμένων, φίλων ἀρετὴ τὸ φιλεῖν ἔοικεν εἶναι.

** Ὥστε ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κατ' ἀξίαν, οὗτοι μόνιμοι φίλοι, καὶ ἡ τῶν τοιούτων φιλία βεβαία ἐστίν. Οὕτω δὲ γένοιντο ἂν καὶ οἱ ἄνισοι φίλοι, εἰ ἀξίως ἀλλήλους φιλοῦσιν· ἴσοι γὰρ ἂν ἀλλήλοις οὕτω γένοιντο· ἡ δὲ ἰσότης φιλότης.

(Scripsi : [a] ἐντεῦθεν· πιστεύουσι] cod. ἐντεῦθεν· πιστεύουσιν. — [b] ἑαυτό] cod. ἑαυτόν. —)

spem : quibus enim se egere sciunt, ea se ab iis a quibus honorantur, consecuturos esse putant, ideoque tanquam futuri beneficii signo, honore illo delectantur : meliores vero et qui simul a melioribus honorari student, ideo honori inserviunt, quod libenter optima quæque de se quam firmissime sibi persuadere gestiunt : quas enim de se habent opiniones bonas, eorum a quibus honorantur suffragio confirmant : atque hinc præstantia sua delectantur : bonos enim se esse confidunt : honore ergo affici ob aliud, amari vero per se concupiscunt. Jucundum quippe per se est et amabile : quocirca etiam tum melius quam honore ornari, tum per se expetenda esse amicitia videatur : quum enim in eo versetur, ut ametur aliquis et amet, si utrumque per se expetendum est, apparet amicitiam etiam per se expetendam esse : est igitur non solum amari, sed etiam amare res per se expetenda, et quidem multo magis, quanto aliis rebus præstat.

Quamobrem amicitia quoque magis in eo versatur, ut quis amet, quam ut ametur : indicant hoc matres, quæ eo ipso quod amant magnopere lætantur, sed tamen ut a liberis redamentur nihil laborant. Quædam enim aliis suos ad tempus supponunt, aut præterea nutriendos dant liberos, a quibus quum ignorentur, amari non possunt : ipsæ tamen quæ norunt eos amant, non curantes ut redamentur, si utrumque fieri non possit, sed satis habere sibi videntur, si fortunatos videant : quum ergo magis in eo, ut amet aliquis quam ut ametur, versetur amicitia, et amicorum studiosi laudentur, virtus amicorum videtur esse amare

Itaque in quibus hoc est pro dignitate, ii constantes habentur amici, taliumque amicitia firma est. Verum ita inæquales quoque, si pro dignitate alter alterum colat, amici fieri queant : ita enim æquales inter se fiant : æqualitas autem amicitia est.

Κεφ. ια'.

Περὶ βεβαιότητος φιλίας. καὶ πόθεν τό τε φιλεῖν καὶ τὸ φιλεῖσθαι.

Αὕτη δὴ ἡ ὁμοιότης ἐν μὲν τοῖς σπουδαίοις μάλιστα καὶ κυρίως εὑρίσκεται· ἐν δὲ τοῖς φαύλοις ἀμυδρῶς· ἐν δὲ τοῖς διὰ τὸ χρήσιμον καὶ ἡδύ, μᾶλλον. Οἱ μὲν γὰρ σπουδαῖοι καὶ ἑαυτοῖς ὅμοιοί εἰσιν· οὐ γὰρ εὐμετάβολοί εἰσιν, οὐδὲ ἄλλοτε ἄλλοις χαίρουσιν, ἀλλὰ τοῖς σπουδαίοις ἔργοις· μόνιμος γὰρ ἡ ἀρετὴ ὅτι ἕξις ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀλλήλοις ἀεὶ ὅμοιοί εἰσι, καὶ διαμένουσιν ἐν τῇ φιλίᾳ· καὶ οὔτε δέονται φαύλων, οὔθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, καὶ διακωλύουσι· τῶν ἀγαθῶν γὰρ μήτ' αὐτοὺς ἁμαρτάνειν, μήτε τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν ὑπηρετεῖν· οἱ δὲ μοχθηροὶ καὶ τοῦτο μοχθηροί εἰσιν, ὅτι οὐκ ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς

Cap. XI.

De stabilitate amicitiæ, atque unde amare et amari.

Hæc sane similitudo inter bonos viros maxime ac proprie invenitur : inter malos autem homines vix apparet : in iis vero qui utilitatis aut delectationis causa amant, magis. Probi enim inter se quoque similes sunt : neque enim inconstantes sunt, aut alias aliis rebus, sed bonis tantum facinoribus delectantur : nimirum stabilis virtus est, quia est habitus, ideoque semper inter se sunt similes, atque in amicitia manent : sed neque quod turpe est postulant, neque in talibus ministros se præbent, sed quodammodo hujusmodi res impediunt : est enim bonorum neque delinquere, neque permittere amicis, ut talium administri sint : improbi vero etiam ex

* Δοκεῖ δὲ ἐν τῷ φιλεῖν κτλ. — ** Ὥστε ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κτλ.

χαίρουσιν· ὅθεν οὔτε ἑαυτοῖς ὅμοιοί εἰσιν ἀεί, οὔτε τοῖς φίλοις· καὶ διὰ τοῦτο ὀλίγον χρόνον μένουσιν ἐν τῇ φιλίᾳ, χαίροντες τῇ ἀλλήλων μοχθηρίᾳ. Οἱ χρήσιμοι δὲ καὶ ἡδεῖς μᾶλλόν εἰσιν ἐν τῇ ὁμοιότητι· μονιμωτέρα γὰρ ἡ τοῦ χρησίμου καὶ τοῦ ἡδέος ζήτησις, καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιοί εἰσιν ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις, τῷ τὸ χρήσιμον ἀμφοτέρους ζητεῖν, ἢ τὸ ἡδύ, ἕως ἂν πορίζωσιν ἡδονὰς ἢ ὠφελείας ἀλλήλοις. Αἱ μὲν οὖν ἐξ ὁμοιότητος φιλίαι τοιαῦται.

* Δοκεῖ δὲ καὶ ἐξ ἐναντιότητος συστῆναι φιλία, ἥτις καὶ διὰ τὸ χρήσιμόν ἐστιν. Οἷον, εἴ τις πένης πλουσίῳ γίνοιτο φίλος, καὶ ἀμαθὴς εἰδότι· οὗ γὰρ τυγχάνει τις ἐνδεής, τούτου ἐφιέμενος, ἀντιδωρεῖται ἄλλο ὃ αὐτὸς δύναται δοῦναι. Εἰς ταύτην δὲ τὴν φιλίαν ἀνάγοιτο ἂν καὶ ὁ ἐραστὴς καὶ ἐρώμενος, καὶ ἡ τοῦ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ φιλία· διὰ τοῦτο καὶ γελοῖοι δοκοῦσιν οἱ ἐρασταὶ πολλάκις, ἀξιοῦντες ὁμοίως ὑπὸ τῶν ἐρωμένων ἀντιφιλεῖσθαι, αἰσχροὶ ὄντες, ὄντων καλῶν· εἰ μὲν γὰρ ὁμοίως εἰσὶ φιλητοί, τὰ εἰκότα ἀξιοῦσι, καὶ δίκαιοί εἰσιν ὁμοίως φιλεῖσθαι· εἰ δὲ μή, γελοῖοι. Διὰ ταῦτα δοκεῖ καὶ ἐξ ἐναντίων συνεστάναι φιλίαν [a], ὅτι οἱ αἰσχροὶ τῶν καλῶν ἐρῶσι, καὶ οἱ πένητες τῶν πλουσίων [b], καὶ οἱ ἀμαθεῖς τῶν ἐπιστημόνων. Καὶ ἐν τῇ φύσει τὰ ξηρὰ τῶν ὑγρῶν ἐφίενται· γίνεται δὲ ἡ τοιαύτη φιλία τῶν ἐναντίων οὐ καθ' αὑτό, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Οὐ γάρ, καθὸ φιλοῦσιν ἄλληλα, ἐναντία ἐστίν, ἀλλὰ συμβέβηκεν αὐτοῖς ἐναντίοις εἶναι. Καὶ γὰρ ὁ πένης ἐρᾷ τοῦ πλουσίου, ὅτι ὠφέλιμός ἐστιν αὐτῷ καὶ χρήσιμος· χρήσιμος δὲ καὶ ὠφέλιμος τῷ χρωμένῳ οὐκ ἔστιν ἐναντίος καθ' αὑτό· ἢ γὰρ ἂν πᾶς χρήσιμος τῷ χρωμένῳ ἦν ἂν ἐναντίος. Οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ ὁ στρατιώτης τῷ στρατηγῷ ἐναντίος, οὐδὲ ὁ διδάσκαλος τῷ μαθητῇ. Καὶ ὁ ἐραστὴς δὲ τὸν ἐρώμενον φιλεῖ, ὅτι ἡδύς ἐστιν αὐτῷ· ἡδὺς δὲ ἡδομένῳ οὐκ ἔστιν ἐναντίος, ἀλλὰ συμβαίνει αὐτοῖς ἐναντίους εἶναι. Φύσει δὲ τὸ ξηρὸν ἐφίεται οὐ τοῦ ἐναντίου ὑγροῦ, ἀλλὰ τοῦ μέσου· ἡ γὰρ ὄρεξις τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν· ἀγαθὸν δὲ τὸ μέσον. Ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω· καὶ γὰρ οὐ πάνυ οἰκεῖά εἰσι τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ.

(Scripsi : [a] δοκεῖ καὶ ἐξ ἐναντίων συνεστάναι φιλίαν] cum cod.; sic enim et Xenophon Anab. I, 5, 19 ἐδόκει ὑποχωρῆσαι τὸν ποταμόν. — [b] οἱ πένητες τῶν πλουσίων] codd. οἱ πλούσιοι τῶν πενήτων.—)

eo sunt improbi, quod non iisdem semper delectantur : quocirca neque sibi semper neque amicis sunt similes : et idcirco per breve tempus in amicitia manent, quia alterius improbitate alter delectatur. Utiles vero et jucundi magis in illa similitudine persistunt : quia rerum utilium et jucundarum stabilior est consectatio, ideoque sibi et inter se similes sunt, propterea quod utilia aut jucunda uterque quærit, donec alter alteri utilitatem afferat aut voluptatem. Et eæ quidem quæ a similitudine oriuntur amicitiæ, sunt tales.

Videtur autem ex contrario ea amicitia constare, quæ utilitatis causa contrahitur. Verbi gratia si pauper diviti, aut imperitus perito fit amicus : nam qua quisque re forte fortuna eget, eam ab altero expetens, alio genere quod ipse dare potest illum remuneratur. Ad quam amicitiæ speciem tum amator quoque et is qui amatur, tum formosi et deformis amicitia referri possit : atque hanc ob causam ridiculi sæpenumero amatores videntur, quando ab iis quos amant hominibus formosis se redamari volunt similiter, quum sint deformes : si enim æque sunt amabiles, non indigna petunt, merentque, ut eodem modo amentur : sin minus, sunt ridiculi. Quamobrem ex contrariis etiam constare hæc amicitia videtur, quia deformes formosos, pauperes opulentos, indocti denique homines scientia præditos amant. Quin etiam in rerum natura humida appetuntur a siccis : talis autem contrariorum amicitia non per se fit, sed per accidens. Neque enim, quatenus se mutuo diligunt, sunt contraria, sed accidit iis ut sint contraria. Etenim pauper amat divitem, quia et prodest ipsi et utilis est dives : qui vero utilis est et prodest, utenti non est per se contrarius : profecto enim omnis homo utilis cuilibet utenti foret contrarius. At neque miles duci, neque magister discipulo est contrarius. Sic et amator delicias suas amat, quia homo jucundus ipsi est : jucundus autem ei qui ipso delectatur non est contrarius, licet accidat illis ut sint contrarii. Natura vero siccum non contrarium petit humidum, sed medium : boni enim illa appetitio est : bonum autem est medium. Atque hæc quidem omittantur, præsertim quum ad præsentem tractatum non magnopere pertineant.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ τῆς πολιτικῆς φιλίας.

** Ἔοικε δέ, καθὼς εἴρηται πρότερον, ὅτι περὶ τὰ αὐτά ἐστιν ἥ τε φιλία καὶ τὸ δίκαιον. Καὶ γὰρ τὸ δίκαιον ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων κοινωνίαις ζητεῖται, ἐν ταύταις δὲ καὶ ἡ φιλία γίνεται. Καὶ

Cap. XII.

De amicitia civili.

Videntur autem, quemadmodum supra dictum est, in iisdem tum amicitia tum jus versari. Quippe jus in communi hominum societate requiritur, in qua etiam amicitiæ locus est. Etenim qui una navigant et militant omni-

* Ἐξ ἐναντίων δὲ μάλιστα κτλ. — ** Cap. 9. Ἔοικε δέ, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, κτλ.

γὰρ καὶ σύμπλοι, καὶ στρατιῶται, καὶ ὅλως οἱ πράξεών τινων καὶ ἐπιτηδευμάτων κοινωνοῦντες ἀλλήλοις καὶ τὰ δίκαια φυλάττειν πρὸς ἀλλήλους ζητοῦσι, καὶ φίλοι εἰσὶν ἀλλήλοις, καὶ καθ' ὅσον δὲ κοινωνοῦσι, κατὰ τοσοῦτον καὶ φιλοῦσιν ἀλλήλους, καὶ τὰ δίκαια πρὸς ἀλλήλους ποιοῦσιν. Ὅθεν καὶ ἡ παροιμία φησί, κοινὰ τὰ τῶν φίλων, ὀρθῶς· ἐν κοινωνίᾳ γὰρ ἡ φιλία. Διαφέρουσι δὲ αἱ κοινωνίαι. Ἀδελφοῖς μὲν γὰρ καὶ ἑταίροις πάντα κοινά, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐ πάντα, ἀλλ' ἔνια ὡρισμένα· καὶ τούτων τοῖς μὲν πλείω, τοῖς δὲ ἐλάττω. Ἀναλόγως δὲ ταῖς κοινωνίαις καὶ αἱ φιλίαι ἔχουσιν· αἱ μὲν γὰρ μᾶλλον, αἱ δὲ ἧττον γίνονται, ταῖς κοινωνίαις ἀκολουθοῦσαι. Ὁμοίως καὶ τὰ δίκαια ταῖς φιλίαις ἀναλογοῦσιν· οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ δίκαια ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ πατρὶ πρὸς υἱόν, ἢ πολίταις, ἢ ἑταίροις πρὸς ἀλλήλους, ἀλλ' ἕτερα· καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον γίνεται ταῖς φιλίαις ἀκολουθοῦντα. Οὐ γὰρ ὁμοίως ἄδικον χρήματα ἀποστερῆσαι [a] ἑταῖρον καὶ πολίτην, καὶ μὴ βοηθῆσαι δεομένῳ, ἀδελφῷ καὶ ὀθνείῳ, καὶ πατάξαι πατέρα, καὶ ὁντινοῦν ἄλλον· αὔξεσθαι γὰρ πέφυκεν ἅμα τῇ φιλίᾳ καὶ τὸ δίκαιον, ὡς ἐν τοῖς αὐτοῖς ὄντα, καὶ ἐπ' ἴσον διήκοντα· καὶ τὸν φίλτερον δεινότερον ἀδικεῖν, καὶ τὸν μᾶλλον κοινωνοῦντα καὶ φιλοῦντα, ἢ πρὸς ὃν ἧττων ἡ κοινωνία καὶ ἡ φιλία γίνεται.

* Πᾶσαι δὲ κοινωνίαι, ἐν αἷς ἐστιν ἡ φιλία καὶ τὸ δίκαιον, μέρη εἰσὶ τῆς πολιτικῆς· ἡ γὰρ πολιτικὴ κοινωνία [b] ἐστὶ τοῦ συμφέροντος ἕνεκα· δι' ὃ καὶ συνέστη τὴν ἀρχὴν ἡ πολιτεία, καὶ μένει. Πᾶσα δὲ κοινωνία τοῦ συμφέροντός ἐστιν ἕνεκα· ἡ μὲν τοῦδε τοῦ συμφέροντος, ἡ δὲ ἐκείνου· διὰ γὰρ τῶν κοινωνιῶν τὰ συμφέροντα πορίζομεν ἑαυτοῖς, καὶ διὰ ταῦτα ἀλλήλοις κοινωνοῦμεν, ἵνα πορισώμεθά τι τῶν εἰς τὸν βίον. Τούτου δὴ τοῦ κοινῇ συμφέροντος καὶ οἱ νομοθέται στοχάζονται, καὶ δίκαιόν φασιν εἶναι τὸ κοινῇ συμφέρον. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι, καὶ αἱ ὅλαι, καὶ τὰ μέρη αὐτῶν, τοῦ συμφέροντος ἐφίενται· οἷον πλωτῆρες μὲν τοῦ κατὰ τὸν πλοῦν [τοῦ] συμφέροντος, οἷον χρημάτων ἢ ἄλλου τινός· συστρατιῶται δὲ τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον συμφέροντος ὀρέγονται, οἷον χρημάτων, ἢ νίκης, ἢ πόλεως· ὁμοίως δὲ καὶ φυλέται καὶ δημόται. Τινὲς δὲ τῶν κοινωνιῶν τοῦ ἡδέος ἐφίενται, καὶ δι' ἡδονὴν δοκοῦσι γίνεσθαι, ὥσπερ ἡ τῶν θιασωτῶν κοινωνία, καὶ ἡ τῶν ἐρανιστῶν. Ἡ μὲν γὰρ θυσίας ἕνεκα γίνεται, ἡ δὲ συνουσίας, ἃ καὶ ἄμφω τοῦ ἡδέος ἐστὶ μᾶλλον. Καὶ αὗται δὲ μέρη εἰσὶ τῆς πολιτικῆς· τάττονται γὰρ καὶ αὗται πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον ὑπὸ τῆς πολιτικῆς. Καὶ γὰρ οὐ μόνον, ὃ νῦν ἐστι συμφέρον, ζητεῖ, ἀλλὰ καί, ὃ νῦν μὲν οὐ συμφέρει, συνοίσει δέ, καὶ τοῦτο διώκει· οὐ γὰρ τοῦ παρόντος μόνον συμφέροντος ἐφίεται, ἀλλὰ τοῦ μέχρι βίου· διὰ τοῦτο θυσίας τε εἰσήγαγε, καὶ συνόδους, καὶ συνουσίας

noque homines actionum et studiorum communione inter se juncti simul jus mutuum servare conantur, et inter se sunt amici, quantoque homines communionis vinculo copulantur, tanto etiam amore se mutuo amplectuntur sibique mutuo jus reddunt. Hinc recte se habet, quod proverbii loco dici solet, communia amicorum esse omnia : nam in communi societate posita est amicitia. Ipsæ autem societates inter se differunt. Fratribus enim sodalibusque communia sunt omnia, aliis vero non omnia, sed certa quædam aliisque horum plura, aliis pauciora. Proportione vero societatibus amicitiæ respondent : aliæ enim magis, aliæ minus societatibus convenienter amicitiæ sunt. Similiter et jura amicitiis proportione respondent : neque enim eadem jura fratribus inter se sunt, quæ patri cum filio, aut civibus inter se et sodalibus, sed alia : siquidem majora et minora amicitiis congruenter sunt. Neque enim æque injustum est sodalem fraudare pecunia ac civem, et fratri petenti non succurrere ac peregrino, et patrem verberare ac quemlibet alium : solet quippe una cum amicitia etiam jus amplificari natura, perinde quasi in iisdem rebus consistant et æque late pateant : quocirca etiam hominem nobis amiciorem magisque societate et amicitiæ vinculo junctum et copulatum injuria afficere gravius est, quam eum quocum minor nobis familiaritas et usus intercedit.

Omnes autem societates, in quibus amicitia et jus locum habent, partes sunt civilis societatis : nam civilis societas emolumenti alicujus causa conciliata est : quam ob rem ab initio omnis respublica et constituta est et manet. Omnis autem societas emolumenti causa iniri solet : alia quidem hujus, alia vero illius : quæ enim conducere nobis putamus, hujusmodi societate nobis acquirimus, ideoque causam nostram cum alio communicamus, ut aliquid eorum quæ ad victum cultumque pertinent comparemus. Hoc autem publicum commodum etiam legum latores habent propositum spectantque, et quod reipublicæ utile est jus esse dicunt. Cæteræ igitur societates tum integræ, tum earum partes utile expetunt : verbi causa nautæ id quod ex navigatione quæritur, ut pecuniam aut aliud quid : commilitones vero id quod bello paratur concupiscunt, nimirum vel pecuniam conficere, vel victoria potiri, vel urbem aliquam expugnare gestiunt : itemque tribules et populares. Nonnullæ vero societates id quod jucundum est consectantur et propter voluptatem conflari videntur, ut comissatorum et communi sumtu cœnantium. Illa enim sacrificii, hæc conventus et convictus causa statuitur, quæ res ambæ magis ad jucunditatem spectant. Atque hæ quidem partes sunt civilis societatis : quapropter et publici commodi causa a civili prudentia instituuntur. Neque enim id tantum, quod nunc conducit, persequitur, sed etiam illud, quod ut nunc non prodest, ita in posterum pro-

* Αἱ δὲ κοινωνίαι πᾶσι μορίοις ἐοίκασι κτλ.

μεθ' ἡδονῆς, καὶ πόνων ἀναπαύσεις. Μετὰ γὰρ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς αἵ τε σύνοδοι ἐγίνοντο, καὶ αἱ θυσίαι, ἀπαρχαί τινες οὖσαι· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς· διὰ δὴ τούτων τῶν κοινωνιῶν τό τε θεῖον ἵλεων αὐτοῖς ἐγίνετο, ὃ συνοίσειν ἐδόκει, καὶ αὐτοὶ ἀναπαυόμενοι, νεαροὶ τῶν ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος πόνων ἥπτοντο. Διὰ τοῦτο φαίνεται, ὅτι πᾶσα κοινωνία, καὶ ἡ ἡδέος ἕνεκα γινομένη, καὶ ἡ τοῦ συμφέροντος, τὸ συμφέρον ἔσχατον ἔχει τέλος, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσαι μέρη εἰσὶ τῆς πολιτικῆς. Ταύταις δὲ ταῖς κοινωνίαις καὶ αἱ φιλίαι ἀκολουθήσουσι, καὶ ὥσπερ αἱ κοινωνίαι, οὕτω καὶ αἱ φιλίαι διαιρεθήσονται, καὶ τοιαῦται ἔσονται αἱ φιλίαι, οἷαι αἱ κοινωνίαι.

(Scripsi . [a] ἀποστερῆσαι] cod. ἀποστηρῆσαι. — [b] κοινωνία ἐστὶ] cod. κοινωνία ἐστι. — [c] τό τε] cod. τό, τε. —)

Κεφ. ιγ΄.

Περὶ τῶν τριῶν τῆς πολιτείας εἰδῶν.

* Ῥητέον δέ ἐστι περὶ τῆς πολιτικῆς. Ταύτης δὴ τρία εἰσὶν εἴδη· βασιλεία, ἀριστοκρατία καὶ τιμοκρατία, ἣν καὶ πολιτείαν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι καλεῖν, ἥτις ἐστὶν ἀπὸ τῶν τιμημάτων· διδόντες γὰρ χρήματα τὸ ἄρχειν λαμβάνουσι· διὰ τοῦτο τιμοκρατικὴν οἰκεῖόν ἐστι καλεῖν. Τούτων δὲ τῶν πολιτειῶν βελτίστη μὲν ἡ βασιλεία, χειρίστη δὲ ἡ τιμοκρατία. Αὗται μὲν οὖν αἱ πολιτεῖαι. Αἱ δὲ παρεκβάσεις καὶ οἷον φθοραὶ τῶν πολιτειῶν, τῆς μὲν βασιλείας ἡ τυραννίς· ἄμφω γὰρ μοναρχίαι, διαφέρουσι δὲ πλεῖστον· ὁ μὲν γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων· οὐ γάρ ἐστι βασιλεὺς ὁ μὴ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀρκῶν, καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων· ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ δεηθήσεται τὰ τῶν ἀρχομένων εἰς ἑαυτὸν ἕλκειν. Διὰ τοῦτο τὰ μὲν ὠφέλιμα αὐτῷ οὐ προσκοπεῖ πολιτευόμενος καὶ τὰ κοινὰ πράττων, μόνα δὲ τὰ τῶν ἀρχομένων· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἀλλ' οἴκοθεν πορίεῖ τὰ συμφέροντα ἑαυτῷ. Ὁ δὲ μὴ οὕτως ἔχων κληρωτὸς μᾶλλον ἄν τις εἴη, ἢ βασιλεύς. Ἔστι τοίνυν ἡ τυραννὶς ἐναντία τῇ [a] βασιλείᾳ· ὁ γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθὸν διώκει, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἢ ὁ κληρωτός· καὶ φανερωτέρα ἡ διαφορὰ ἡ πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι καὶ χείρων. Διὰ τοῦτο καὶ ἐναντίον ἐστὶ τῇ βασιλείᾳ ἡ τυραννίς, ὅτι τὸ μὲν βέλτιστον, τὸ δὲ κάκιστον· τὸ γὰρ κάκιστον ἐναντίον τῷ βελτίστῳ. Μεταβαίνει τοίνυν ἡ πολιτεία ἐκ βασιλείας εἰς τυραννίδα· φαυλότης γάρ ἐστι μοναρχίας ἡ τυραννίς, καὶ ὁ μοχθηρὸς βασιλεὺς τύραννος γίνεται. Τῆς μὲν οὖν βασιλείας παρέκβασις ἡ τυραννίς, τῆς δὲ ἀριστοκρατίας ἡ ὀλιγαρχία· ὅταν οἱ ταύτην πολιτευόμενοι τὴν πολιτείαν νέμωσι τὰ τῆς πόλεως ἑαυτοῖς παρὰ τὴν ἀξίαν·

desse poterit, consectatur : quia non præsentem solum utilitatem, sed totius vitæ commodum expetit : quamobrem et sacrificia et conventus et convictus jucunditatem et laborum remissiones introduxit. Nam post frugum fructuumque perceptionem olim cœtus et conventus habebantur, et sacrificia quæ primitiarum instar erant fiebant : his enim temporibus maxime ab opere cessabant : quia hujusmodi congressibus tum deorum numen propitium iis reddebatur, quod e re sua fore existimabant, tum ipsi paulisper animum relaxantes mox recollectis viribus utiles sibi labores suscipiebant. Hinc apparet, omnem societatem qua jucunditatis qua utilitatis causa conflatam ad commodum tanquam ultimum finem referri, ideoque omnes societates civilis societatis esse membra. Has ergo societates etiam amicitiæ sequentur, atque idcirco sicut illæ, ita et hæ dividentur, talesque erunt amicitiæ, quales sunt et societates.

Cap. XIII.

De tribus reipublicæ formis.

Jam de civili societate dicendum est. Hujus autem tres sunt formæ : regnum, optimatium dominatus et potestas censualis, quam plerique solent vocare rempublicam, quæ censu comparatur, qui enim pecunias dederint, imperium accipiunt : quare potestatem censualem eam vocari convenit. Harum autem civitatis formarum optima est regnum, deterrima potestas censualis. Atque hæ quidem civitatis formæ sunt. Digressiones vero harum sive declinationes et quasi pestes atque interitus regni quidem tyrannis : ambæ enim unius dominatus sunt, licet plurimum inter se differant : tyrannus videlicet suam, rex eorum quibus imperat utilitatem spectat : neque enim rex est qui non ipse sibi sufficiat, et bonis omnibus excellat : quippe talis non habebit necesse, civium bona in suum commodum convertere. Quocirca hujusmodi publicorum negotiorum curator et reipublicæ rector non sua, sed sola eorum quibus præest commoda intuetur : neque enim e communi ærario, sed e fisco sua commoda comparabit. Qui vero talis non erit, is sorte potius creatus esse quam rex videbitur. Est igitur tyrannis regno contraria : nam tyrannus id quod sibi expedit sequitur, multoque magis quam qui sorte creatus est : quin etiam manifestior hujus et regis differentia habetur, quod illo est deterior. Ideoque regno contraria est tyrannis, quod alterum optimum negotium, altera deterrimum est : pessimum enim optimo est contrarium. Degenerat porro respublica e regno in tyrannidem : siquidem singularis imperii pravitas est tyrannis, et malus rex tyrannus evadit. Regni igitur digressio tyrannis, optimatium autem civitatis paucorum potentia est : quando reipublicæ hujus rectores res civitatis ali-

* Cap. 10. πολιτείας δέ ἐστιν εἴδη τρία κτλ.

καὶ πάντα ἢ τὰ πλεῖστα· οἳ καὶ τὰς ἀρχὰς τῆς πόλεως τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ διδόασι διοικεῖν, ἵνα συνήθεις αὐτοῖς γενόμενοι δι' αὐτῶν καρποῦσθαι δύνωνται τὰ κοινά. Ὅθεν συμβαίνει ὀλίγους τινὰς ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἶναι, καὶ μοχθηροὺς ἀντὶ τῶν ἐπιεικεστάτων. Τῆς δὲ τιμοκρατίας παρέκβασις ἡ δημοκρατία· σύνοροι γάρ εἰσιν αὗται· πλήθους γὰρ βούλεται καὶ ἡ τιμοκρατία εἶναι, καὶ ἴσοι [b] πάντες οἱ ἐν τῷ τιμήματι. Ἥκιστα δὲ μοχθηρία ἐστὶν ἡ δημοκρατία· μικρὸν γὰρ ὑπερβαίνει τὸ τῆς [c] τιμοκρατίας εἶδος· κοινωνεῖ γὰρ αὐτῇ μᾶλλον ἢ διαφέρει· τῷ τιμήματι μὲν γὰρ διαφέρει, κοινωνεῖ δὲ κατά τε τὴν ἰσότητα, ἴσοι γὰρ πάντες οἱ ἐν τῷ τιμήματι, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος.

(Scripsi : [a] τῇ] cod. τη. [b] ἴσοι] cod. ἶσοι. — [c] τῆς τιμοκρατίας] cod. τῆς τιμοκρατείας. —)

ter atque oportet sibi vindicant : et vel omnia bona vel plurima : qui etiam iisdem semper munera urbis deferunt, ut familiaritate cum iis contracta illorum beneficio fructum e republica percipere possint. Quo fit, ut pauci negotia publica curent, iique improbi pro viris optimis atque æquissimis. Censualis vero potestatis digressio respublica popularis est : sunt enim hæ inter se finitimæ : nam etiam plebis videtur esse censualis potestas omnesque qui censi sunt inter se sunt pares et æquales. Sed minime omnium vitiosa respublica popularis est : quippe quæ censualis potestatis formæ non multo præstet : nam magis concordat cum ea quam discrepat : nempe censu differt, æqualitatem autem cum ea communem habet, pares enim sunt omnes qui censentur, etiam in plebe.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τῶν ὁμοιωμάτων τούτων τῶν εἰδῶν.

* Τὰ μὲν οὖν εἴδη τῆς πολιτικῆς εἰς ταῦτα μεταβάλλουσι μάλιστα· τὸ ἐλάχιστον γὰρ ἑκάστη τῶν εἰρημένων πολιτειῶν εἰς τὴν ἀντικειμένην αὐτῇ μεταβάλλει, καὶ εἰς ταύτην ῥᾷστα μεταβαίνει. Εἰσὶ [a] δὲ καὶ ἐν τῇ οἰκονομικῇ ὁμοιώματα αὐτῶν, καὶ οἷον παραδείγματα· ἐν γὰρ ταῖς οἰκίαις καὶ βασιλείας εἰκόνα ἴδοι τις ἂν καὶ ἀριστοκρατίας, καὶ τῶν ἄλλων. Ἡ μὲν γὰρ πατρὸς πρὸς υἱοὺς κοινωνία βασιλείας ἔχει σχῆμα· τῶν τέκνων γὰρ τῷ πατρὶ μέλει· ἐντεῦθεν δὲ καὶ Ὅμηρος τὸν Δία πατέρα προσαγορεύει. Πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι, ἣν οἱ Πέρσαι ὑπερβαίνοντες τυραννίδα ποιοῦσι, τῶν γὰρ υἱῶν ὡς δούλων ἄρχουσι. Τυραννὶς δὲ ἡ τῶν δούλων ἀρχή· τὸ γὰρ τοῦ δεσπότου συμφέρον ζητεῖται ἀεὶ παρὰ τῶν δούλων· ἔστι δὴ τοιαύτη τῶν τέκνων ἀρχὴ ἡμαρτημένη· ἡ δὲ βασιλείᾳ ἐοικυῖα τοῦ δέοντος ἔχεται· δεῖ γάρ, ἐπεὶ υἱὸς διαφέρει δούλου, καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν διαφόρους εἶναι. Ἡ μὲν οὖν πατρὸς πρὸς υἱοὺς κοινωνία τῇ βασιλείᾳ ἔοικεν· ἀριστοκρατία δὲ ἡ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν γυναῖκα. Κατ' ἀξίαν γάρ, καὶ ὡς βελτίων, ὁ ἀνὴρ ἄρχει· καὶ ἔσται δὴ ἀριστοκρατία, ὅταν ἃ μὲν προσήκει ἀνδρί, ἑαυτῷ ἀποδιδῷ ὁ ἀνήρ, ἃ δὲ γυναιξὶν ἁρμόζει, τῇ γυναικὶ παραχωρῇ. Ὑπερβήσεται δὲ τὴν ἀριστοκρατίαν ἡ τοιαύτη κοινωνία, καὶ εἰς ὀλιγαρχίαν μεταβαλεῖ, ὅταν ὁ ἀνὴρ ἁπάντων κυριεύῃ· παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ αὐτὸ ποιεῖ, καὶ οὐχ ᾗ ἀμείνων. Ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες, ὅταν ἐπίκληροι ὦσι, καὶ διὰ τοῦτο πλούτῳ καὶ δυνάμει τῶν ἀνδρῶν ὑπερέχωσιν· οὐ γὰρ γίνεται ἡ τοιαύτη ἀρχὴ δι' ἀρετήν, ἀλλὰ καθάπερ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις, διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ ἐν οἰκίᾳ ἀριστοκρατία καὶ

Cap. XIV.

De harum formarum similitudinibus.

Civilis igitur societatis formæ in has potissimum mutantur : nimirum enim singulæ earum quas diximus formarum in contrariam sibi solent transire, facillimeque in eam mutantur. Sunt tamen et in privatæ vitæ ratione earum imagines et quasi exempla : quippe in familiis simul regni et optimatium dominatus, simul cæterarum formarum imagines animadvertas. Patris enim cum filiis societas regni speciem quamdam præ se fert : nam liberi patri curæ sunt : hinc et Homerus Jovem patrem vocat. Patria enim potestas videtur regnum esse, cujus modum excedentes Persæ tyrannidem efficiunt, liberis enim imperant ut servis. Nimirum tyrannis est imperium in servos : quippe domini commoda semper a servis spectantur : tale igitur in liberos imperium vitiosum est : at illud, quod ad regni similitudinem accedit, decorum servat : quum enim differat filius a servo, diversa quoque imperia in eos esse oportet. Est igitur patris cum filiis societas regno similis : at optimatium dominatus viri cum uxore societas habetur. Pro dignitate enim et tanquam præstantior vir imperat : eritque sane optimatium dominatus, quando quæ viro conveniunt, sibi vindicat, quæ autem mulieres decent, uxori permittit. Verum hujusmodi societas optimatium dominatum excedet, atque in paucorum potentiam mutabitur, quando vir in omnibus dominatur : præter dignitatem enim suam, non quatenus est melior hoc facit. Interdum vero imperant mulieres, quum bonorum paternorum sunt heredes, ideoque divitiis et potentia viros antecedunt; neque enim tale imperium propter virtutem nanciscuntur, sed ut in paucorum potentia propter divitias et opes. Talis ergo optimatium domina-

* Ὁμοιώματα δ' αὐτῶν καὶ οἷον παραδείγματα κτλ.

ὀλιγαρχία. Τιμοκρατία δὲ ἡ τῶν ἀδελφῶν κοινωνία· ἴσοι γάρ, πλὴν ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσι· διόπερ, ἂν πολὺ ταῖς ἡλικίαις διαφέρωσιν, [c] οὐκέτι ἀδελφικὴ γίνεται ἡ φιλία, ἀλλὰ πατρικῇ τινι ἔοικε πρὸς παῖδας. Δημοκρατία δὲ μάλιστα μὲν ἐν ταῖς ἀδεσπότοις τῶν οἰκήσεων γίνεται· ἐνταῦθα γὰρ πάντες ἐξ ἴσου· γίνεται δὲ καὶ ἐν αἷς ὁ ἄρχων ἀσθενής, καὶ διὰ τοῦτο ἕκαστος ἑαυτοῦ ἐξουσιάζει.

(Scripsi : [a] εἰσὶ] cod. εἰσι. — [b] ἐοικυῖα] cod. ἐοικυία. — [c] διαφέρωσιν] cod. διαφέρουσιν. —)

Κεφ. ιε'.

Περὶ τῆς καθ' ἑκάστην τῶν πολιτειῶν φιλίας.

* Αὗται μὲν οὖν αἵ τε ἐν πολιτικῇ καὶ ἐν οἰκονομικῇ κοινωνίαι· πάσαις δὲ ταύταις ταῖς κοινωνίαις φαίνεται ἡ φιλία ἀκολουθοῦσα, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον καὶ τὸ δίκαιον.

** Τῇ μὲν οὖν βασιλικῇ κοινωνίᾳ ὑπεροχικὴ φιλία, εἰ ὁ βασιλεὺς ὑπερέχει ταῖς εὐεργεσίαις, καὶ εὖ ποιεῖ τοὺς βασιλευομένους, καὶ ἐπιμελεῖται αὐτῶν, ἀγαθὸς ὤν, ἵν' εὖ πράττωσιν, ὥσπερ νομεὺς προβάτων· ὅθεν καὶ Ὅμηρος τὸν Ἀγαμέμνονα ποιμένα προσαγορεύει λαῶν. Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πατρικὴ φιλία· ὑπεροχικὴ γάρ ἐστι καὶ αὐτή. Διαφέρει δὲ τῷ μεγέθει τῶν εὐεργετημάτων· μείζω γὰρ ὁ πατὴρ εὐεργετεῖ. Αἴτιος γὰρ τῷ παιδὶ τοῦ εἶναι, ὃ μέγιστον ἁπάντων δοκεῖ· καὶ ἔτι τροφῆς καὶ παιδείας. Καὶ τοῖς προγόνοις δὲ ταῦτα ἀπονέμεται· φύσει γὰρ ἀρχικόν, ὅ τε [a] πατὴρ τῶν υἱῶν, καὶ ὁ πρόγονος τῶν ἐγγόνων, καὶ βασιλεὺς βασιλευομένων. Εἰσὶ δὴ πᾶσαι αἱ τοιαῦται φιλίαι ἐν ὑπεροχῇ· [b] διὸ καὶ τιμῶνται οἱ γονεῖς, καὶ τὸ δίκαιον δὲ ἀκολούθως τῇ φιλίᾳ οὐ τὸ αὐτό, ἀλλ' ἐν ὑπεροχῇ. Τοῦ γὰρ πρὸς πατέρα δικαίου ὑπερέχει τὸ πρὸς υἱόν· [c] τὸ γὰρ κατ' ἀξίαν ἀποδοῦναι δεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ φιλία συνίσταται.

*** Οὐ τῇ βασιλικῇ δὲ μόνον κοινωνίᾳ ἡ ὑπεροχικὴ φιλία ἀκολουθεῖ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀριστοκρατικῇ. Πρὸς γὰρ τὸν ἀμείνω μείζων γίνεται ἡ φίλησις· τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα φιλία. Ἡ γὰρ τοιαύτη κοινωνία ἀριστοκρατία ἐστὶν ἐν οἰκίᾳ· κατὰ τὴν ἀρετὴν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄρχει, καὶ τῷ ἀμείνονι δεῖ πλέον ἀπονέμειν φιλήσεως. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ δίκαιον κἀνταῦθα [d] ἐν ὑπεροχῇ.

**** Τῇ δὲ τιμοκρατικῇ κοινωνίᾳ, οἵα ἐστὶ καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν, ἡ ἑταιρικὴ φιλία ἀκολουθεῖ, ἥτις ἐν ἰσότητί ἐστιν. Οἱ γὰρ ἑταῖροι ἴσοι [e] καὶ ἡλικιῶται· οἱ δὲ τοιοῦτοι ὁμομαθεῖς καὶ ὁμοήθεις [f] ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, οἷοί εἰσι καὶ οἱ ἐν τιμοκρατικῇ· ἴσοι [g] γὰρ οἱ πολῖται βούλονται καὶ ἐπιεικεῖς εἶναι· καὶ ἄρχουσιν ἕκαστος ἐξ ἴσου,

tus et paucorum potentia in familiis est. Verum potestas censualis fratrum societas existimatur : pares enim sunt, nisi quatenus ætatibus inter se differunt : quamobrem, si multum inter se distent ætatibus, non amplius fraterna est amicitia, sed ad similitudinem paternæ cum liberis amicitiæ accedit. Popularis autem respublica maxime cum in familiis hero carentibus comparet : ibi enim omnes æquales inter se sunt : tum in quibus imbecillus est is qui imperat, ideoque sui quisque juris et potestatis habetur.

Cap. XV.

De ea quæ in singulis rebus publicis est amicitia.

Hæ ergo et civiles societates sunt et domesticæ : quas omnes sequi amicitia videtur, eo usque progrediens, quo et jus procedit.

Ac regiæ quidem societati inest amicitia excellens, siquidem rex beneficiis excellit, ac bene de iis quibus imperat meretur, et quum ipse bonus sit eorum curam agit, ut fortunati sint, tanquam ovium pastor ; unde et Homerus Agamemnonem pastorem populorum appellat. Talis autem et paterna est amicitia, quoniam et hæc excellens nominanda. Adde quod beneficiorum magnitudine præstat : majora enim sunt quæ pater nobis dat beneficia. Est enim filio causa, ut sit, quod quidem omnium maximum videtur, præterea ut alatur et erudiatur. Quæ eadem etiam avis et majoribus tribuuntur : natura quippe apti ad imperandum sunt pater filiis, avus nepotibus, rex denique iis qui ejus imperio parent. Sunt ergo omnes tales amicitiæ in excellentia positæ ; quapropter etiam parentes honore afficiuntur, atque his convenienter jus non idem cum amicitia est, sed in excellentia consistit. Quod enim patri est in filium longe majus eo est, quod in patrem est filio : id videlicet pro dignitate reddi debet. In quo etiam amicitia consistit.

Cæterum non regiæ tantum societati excellens amicitia congruit, sed etiam optimatium societati. Erga præstantiorem scilicet major affectio requiritur : talis autem viri et uxoris amicitia est. Nimirum talis societas in familia optimatium dominatus est : ob virtutem enim vir præest, et præstantiori plus affectionis debetur. Similiter autem hic quoque in excellentia jus consistit.

Societatem vero censu potentem, qualis est fratrum, sodalicia sequitur amicitia, quæ in æqualitate cernitur. Nam sodales et æquales sunt et ætate pares : hujusmodi homines autem plerumque iisdem studiis dediti similibusque moribus præditi sunt, quales habentur qui ad societatem censu potentem venerunt : in hac enim cum pares inter se cives et viri boni volunt esse, tum vicis-

* Cap. 11. Καθ' ἑκάστην δὲ κτλ. — ** Βασιλεῖ μὲν πρὸς τοὺς βασιλευομένους κτλ. — *** Καὶ ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα κτλ. — **** Ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν τῇ ἑταιρικῇ κτλ.

καὶ ἄρχονται ἐν τῷ μέρει· ἐξ ἴσου δὴ καὶ ἡ φιλία καὶ τὸ δίκαιον. Ταῖς μὲν οὖν ὑγιέσι πολιτείαις καὶ κοινωνίαις οὕτως ἡ φιλία ἀκολουθεῖ καὶ τὸ δίκαιον.

* Ταῖς δὲ παρεκβάσεσι τῶν κοινωνιῶν ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἐπὶ μικρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ φιλία. Ἐπεὶ δὲ τῶν παρεκβάσεων χειρίστη ἐστὶν ἡ τυραννίς, ** διὰ τοῦτο οὐδαμῶς ἐν αὐτῇ φιλία εὑρίσκεται, ἢ πάνυ μικρόν. Ἐν οἷς γὰρ μηδὲν κοινωνόν ἐστι τῷ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ, οὐδὲ φιλία. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δίκαιον· ἀλλ' ὥσπερ ὁ τεχνίτης ἔχει πρὸς τὸ ὄργανον, καὶ ἡ ψυχὴ πρὸς τὸ σῶμα, οὕτω καὶ δεσπότης ἔσται πρὸς δοῦλον, καὶ τύραννος πρὸς ἀρχόμενον· ὠφελεῖται μὲν γὰρ τό τε[i] ὄργανον ὑπὸ τοῦ τεχνίτου, καὶ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ψυχῆς, φιλία δὲ πρὸς αὐτὰ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ πρὸς τὰ ἄψυχα φιλία δύναται εἶναι· οὐδὲ δίκαιόν τι πρὸς αὐτά ἐστιν ἀπὸ τῶν χρωμένων, ὥσπερ οὐδὲ πρὸς βοῦν, ἢ πρὸς κύνα. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον οὐδὲ πρὸς δοῦλόν ἐστι φιλία δεσπότου, ἢ πρὸς ἀρχομένους τυράννῳ, καθ' ὅσον[k] εἰσὶ δοῦλοι· οὐδὲν γὰρ κοινὸν δεσπόταις καὶ δούλοις· ὁ γὰρ δοῦλος ἔμψυχον ὄργανον, καὶ τὸ ὄργανον ἄψυχος δοῦλος· ᾗ μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν· ᾗ δὲ ἄνθρωπος, δύναται εἶναι. Δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα ἄνθρωπον τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμων τινῶν καὶ θεσμῶν· ἡ γὰρ κοινωνία τῶν νόμων τὸ πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ δίκαιον, ἡ δὲ κατὰ τὸ δίκαιον κοινωνία καὶ τὴν φιλίαν εἰσάγει. Ἔσται τοίνυν τυράννῳ πρὸς ἀρχομένους φιλία, καθ' ὅσον εἰσὶν ἄνθρωποι· διὰ τοῦτο ἀμυδρόν τι ἐνταῦθα καὶ τὸ δίκαιον καὶ ἡ φιλία.

*** Ἐν δὲ τῇ δημοκρατίᾳ ἐπὶ πλεῖστον· πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἴσοις οὖσιν.

(Scripsi : [a] ὅ τε] vulgo ὅ, τε. — [b] ὑπεροχῇ] cod. ὑπεροχῆ. — [c] τοῦ γὰρ πρὸς πατέρα δικαίου ὑπερέχει τὸ πρὸς υἱόν] cod. τὸ γὰρ πρὸς πατέρα δίκαιον ὑπερέχει τοῦ πρὸς υἱόν. — [d] κἀνταῦθα] cod. κἀνταῦθα. — [e] ἴσοι] cod. ἶσοι. — [f] ὁμομαθεῖς καὶ ὁμοήθεις] vulgo ὁμομαθεὶς, καὶ ὁμοηθεὶς. — [g] ἴσοι] ἶσοι cod. [h] ἐξ ἴσου] cod. ἐξίσου. — [i] τό τε] cod. τό, τε. — [k] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. —)

sim et imperant singuli æqualiter et parent : apud illos igitur juris et amicitiæ æquabilitas reperitur. Bene constitutis ergo vel rebuspublicis vel societatibus hoc modo et amicitia et jus congruit.

In declinationibus autem a recta reipublicæ forma, quemadmodum juri parum loci relictum est, sic et amicitiæ. Quum vero omnium declinationum deterrima sit tyrannis, idcirco in ea aut omnino non reperitur amicitia, aut parum loci habet. Inter quos enim nihil est commune ei qui imperat cum eo qui paret, ne amicitia quidem est. Siquidem nec jus est : sed sicut artifex ad instrumentum, animus ad corpus se habet, ita dominus ad servum, et tyrannus ad cives ipsius imperio obnoxios se habebit : juvatur enim instrumentum ab artifice, corpus ab animo, nulla tamen inter hæc amicitia intercedit : siquidem nobis amicitia cum rebus inanimis esse non potest : item utentibus ne jus quidem cum iis est, quemadmodum nec cum bove est aut cane. Eodemque modo nulla cum servo amicitia hero intercedit, aut cum civibus ipsi obnoxiis tyranno, quatenus sunt servi : nihil quippe heris commune est cum servis : nam servus instrumentum est animatum, instrumentum autem servus inanimus : qua ergo servus est, nulla cum eo amicitia nobis intercedit : sed qua homo est, intercedere potest. Cuilibet enim homini jus aliquod esse cum quolibet homine videtur, qui quidem legis alicujus et instituti particeps esse possit : nam legum communio efficit illud jus quod inter homines intercedit, quæ autem ex jure nascitur communio, amicitiam etiam introducit. Quare amicitia erit tyranno cum iis qui in ipsius potestate sunt, quatenus sunt homines : ideoque obscurum negotium hic et jus est et amicitia.

At in populari republica plurimum : nimirum multa inter eos qui sunt pares communia sunt.

Κεφ. ιϛ'.

Περὶ ἑταιρικῆς φιλίας, καὶ συγγενικῆς, καὶ οἰκονομικῆς.

**** Πᾶσα μὲν οὖν φιλία ἐν κοινωνίᾳ ἐστί, καθάπερ εἴρηται· μόνη δὲ ἡ συγγενικὴ καὶ ἑταιρικὴ φιλία οὐ δοκοῦσιν ἐν κοινωνίᾳ εἶναι· κοινωνικαὶ γάρ εἰσι φιλίαι αἱ καθ' ὁμολογίαν καὶ συνθήκην τινὰ συνιστάμεναι, οἷαί εἰσιν αἱ φυλετικαί, καὶ συμπλοϊκαί, καὶ ὅσαι τοιαῦται, εἰς ταύτας δὲ τάξειεν ἄν τις καὶ τὴν ξενικήν.

***** Ἡ δὲ συγγενικὴ φιλία καὶ ἡ ἑταιρικὴ οὐ καθ'

Cap. XVI.

De sodalitia, consanguinea et domestica amicitia.

Omnis ergo amicitia in communitate, quemadmodum dictum est, cernitur : sola autem cognatorum et sodalium amicitia non videtur in communitate consistere : in communitate autem amicitiæ, quæ convento et pacto constant, versantur, quales tribulium et eorum qui una navigant videntur, et quæcunque hujus generis sunt, quibus etiam recte hospitalis adjungi possit.

Cognatorum vero et sodalium amicitia neque convento.

* Ἐν δὲ ταῖς παρεκβάσεσιν κτλ. — ** Ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδὲν κτλ. — *** Αἱ δὲ ἐν ταῖς κτλ. — **** Cap. 12 Ἐν κοινωνίᾳ μὲν οὖν πᾶσα φιλία κτλ. — ***** Καὶ ἡ συγγενικὴ δὲ φαίνεναι κτλ.

ὁμολογίαν, ἢ συνθήκην τινὰ συνίστανται, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἡ φύσις συνέδησε, τοὺς δὲ τὸ τυχεῖν ἡλικιώτας εἶναι, καὶ περὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύματα σπουδάζειν.

Ῥητέον δὴ περὶ τῆς συγγενικῆς. Ἔστι δὴ πολυειδὴς ἡ συγγενικὴ φιλία, καὶ τῆς πατρικῆς πᾶσα ἐξήρτηται· διὰ γὰρ τὴν πρὸς τὸν κοινὸν πατέρα, ἢ πρόγονον οἰκειότητα οἵ τε ἀδελφοὶ καὶ ἄλλως συγγενεῖς ἀλλήλους φιλοῦσιν, οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα, τὰ δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων ὄντα, ἀδελφοὶ δὲ ἀδελφούς, τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι. Μᾶλλον δὲ ἴσασιν οἱ γονεῖς τὰ τέκνα ὅτι ἐξ αὐτῶν εἰσιν, ἢ τὰ γεννηθέντα, ὅτι ἐκ τούτων· καὶ μᾶλλον συνῳκείωται [a] τὸ αἴτιον καὶ τὸ γεννῶν τῷ γεννηθέντι ἢ τῷ ποιηθέντι, ἢ τὸ γεννώμενον τῷ ποιήσαντι, καὶ τὸ γεννηθὲν τῷ γεννήσαντι· τὸ γὰρ ἔκ τινος οἰκεῖον τῷ ἐξ οὗ ἐστιν, ὥσπερ ὀδοὺς ἢ θρὶξ τῷ ἔχοντι οἰκεῖόν ἐστι, τριχὶ δὲ καὶ ὀδόντι οὐκ ἔστιν οἰκεῖον ὁ ἔχων· ἢ τοίνυν οὐδαμῶς ἐστιν οἰκεῖον τῷ αἰτιατῷ τὸ αἴτιον, καὶ τῷ ἔκ τινος τὸ ἐξ οὗ, οὐδέ τινα σχέσιν ἔχει πρὸς αὐτό, ἢ εἰ ἔχει, ἐλάττω ἔχει ἢ ἐκεῖνο πρὸς αὐτὸ ἔχει· καὶ τὰ τέκνα δὴ τοὺς γονεῖς ἧττον φιλοῦσιν, ἢ ὑπ' ἐκείνων φιλοῦνται. Ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου φανερόν· οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γενόμενα [b] στέργουσιν, τὰ τέκνα δὲ αὐτοὺς χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὸ λαβεῖν σύνεσιν, ἢ αἴσθησιν· διὰ τοῦτο καὶ μητέρες μᾶλλον φιλοῦσι τὰ τέκνα, ἢ οἱ πατέρες, ὅτι πρότερον αὐτὰ στέργουσι. Γονεῖς μὲν οὖν τὰ τέκνα φιλοῦσιν ὡς ἑαυτούς· τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν, οἷον ἄλλοι αὐτοί, τῷ χωρὶς εἶναι μόνον διαφέροντες· τέκνα δὲ φιλοῦσι γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων πεφυκότα.

* Ἀδελφοὶ δὲ ἀλλήλους τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι. Ἡ γὰρ πρὸς τοὺς γονεῖς ταυτότης καὶ αὐτοῖς ταυτότητα ποιεῖ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ τοὺς κλάδους ἡ τῆς ῥίζης ταυτότης συνάπτει· διό φασι [c] ταὐτὸν αἷμα καὶ ῥίζαν, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἔστι γὰρ ἑκάτερον ταὐτὸ καὶ ἐν πολλοῖς καὶ διῃρημένοις. Μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ συντραφῆναι, καὶ ἥλικας εἶναι· ἧλιξ γὰρ ἥλικα φιλεῖ, καὶ οἱ συνήθεις, ἑταῖροι· διὸ καὶ ἡ ἀδελφικὴ τῇ ἑταιρικῇ ὁμοιοῦται. Ἀνεψιοὶ δέ, καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς ἐκ τῶν ἀδελφῶν συνῳκείωνται [d]· τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι καὶ αὐτοὶ οἱ αὐτοί πως ἀλλήλοις εἰσίν. Γίνονται δὲ οἱ μὲν οἰκειότεροι τῶν συγγενῶν, οἱ δ' ἀλλοτριώτεροι, τῷ σύνεγγυς, ἢ πόῤῥω τὸν ἀρχηγὸν εἶναι τοῦ γένους· οἷς γὰρ πόῤῥωθεν ἡ κοινωνία, ἀμυδρὰ γίνεται, τῷ προϊέναι ἐλαττουμένη. Ἔστι δὲ ἡ μὲν τῶν τέκνων πρὸς τοὺς γονεῖς φιλία, καὶ τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸν θεόν, ὡς πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον· εὐεργέται γάρ εἰσι τὰ μέγιστα εὐεργετοῦντες, τὸ εἶναι, καὶ τραφῆναι, καὶ παιδευθῆναι· ἡ δὲ τῶν συγγενῶν πρὸς ἀλλήλους ἐν ἰσότητι· ἔχει δὲ καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ χρήσιμον ἡ τοιαύτη φιλία μᾶλλον, ἢ ἡ τῶν ἀλλοτρίων κατὰ γένος, ὅσῳ καὶ κοινότερος ὁ βίος ἐστὶν αὐτοῖς

constat nec pacto, sed alios natura conjunxit, alios illud ipsum quod ætate æquales sunt, atque in iisdem studiis versantur.

Ac primum quidem de cognatorum amicitia dicendum. Est autem multiformis illa, et tota ex paterna pendet: quia enim propter agnationem aut patrem, aut gentis auctorem communem habent, cum quo conjunguntur, tum fratres, tum alii cognati se mutuo diligunt: parentes enim liberos ut aliquid sui amant, liberi autem parentes, utpote ab illis profecti, fratres denique fratres, propterea quod ex iisdem prognati sunt. Magis vero sciunt parentes liberos ex se esse procreatos, quam liberi se ex his esse genitos: quin etiam majore necessitudine conjuncta est causa genitalis ei quod gignitur aut fit, quam id quod factum est ei quod fecit, et quod genitum est ei quod genuit: nam quod ab aliquo profectum est, ejus est proprium, a quo profectum est, sicut dens aut capillus habenti proprius est, quum tamen neque capillo ipsi nec denti proprius sit qui habet: aut igitur omnino non est propria causa rei effectæ, et id quod ex aliquo ortum est ei ex quo est ortum, neque ullam cum eo habet necessitudinem, aut si habet, minorem quam illud cum ipso habet: ideoque liberi minus amant parentes quam ab iis amantur. Præterea temporis progressu hoc cognoscitur: illi enim liberos statim ut nati sunt diligunt, liberi vero ipsos postea quum intelligere aut sentire cœperunt: quamobrem matres etiam magis liberos amant, quam patres, quia prius eos diligunt. Quocirca parentes amant liberos tanquam se ipsos: nam qui ex eis nati sunt, eo ipso quod separati sunt tantum ab ipsis differentes, quasi alteri ipsi sunt: at liberi parentes, utpote ex illis nati, caros habent.

Fratres vero quod ex iisdem nati sunt se mutuo diligunt. Quia enim ex eisdem nati sunt parentibus, hoc ut iidem quoque inter se sint, efficit, plane sicut ramos eadem radix conjungit: ideoque dici solet idem sanguis et eadem stirps, et cætera ejusdem generis: utrumque enim unum et idem est in multis quæ divisa sunt corporibus. Magnum etiam ad amicitiam momentum habet educationis communitas et ætatis æqualitas: æqualis enim æqualem diligit, et consuetudo sodales efficit: quare et amicitia fraterna sodalitiæ comparatur. Patrueles autem reliquique cognati ex fratribus inter se conjuncti sunt: nam propterea quod ex iisdem orti sunt, quodammodo etiam iidem inter se sunt. Sunt autem alii cognatorum propinquiores, alii alieniores, quod vel propius vel longius ab eis abest eorum generis auctor et princeps: quibus enim longius repetita est communio, sensim quasi evanescit, quia progressione minuitur. Ea vero quæ liberis cum parentibus et hominibus cum deo amicitia intercedit, ut cum bona quadam re atque excellente intercedit: quippe beneficiis eos maximis affecerunt, quum et vitæ auctores et educatores et doctores sint: illa autem, quæ inter cognatos amicitia est, in æqualitate consistit: habet autem talis amicitia eo plus jucunditatis et utilitatis quam alieni-

* Ἀδελφοὶ δὲ ἀλλήλους τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν κτλ.

κατὰ πλείονα κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις. Μάλιστα δὲ ἡ ἀδελφικὴ φιλία· συμβαίνει γὰρ αὐτῇ πάντα, ἃ καὶ τῇ ἑταιρικῇ, καὶ μᾶλλον αὐτῇ, ἢ ἐκείνῃ· καὶ διὰ τοῦτο εἰ ἐπιεικεῖς εἶεν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ὅμοιοι, μᾶλλον φιλήσουσιν ἀλλήλους, ἢ οἱ ἑταῖροι· οἰκειότεροι γάρ εἰσιν ἀλλήλοις καὶ ὁμοιότεροι, καὶ ἐκ γενετῆς ἀλλήλους στέργουσι, καὶ ὁμοηθέστεροί εἰσιν, ὅτι καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἔφυσαν, καὶ ὁμοίως ἐπαιδεύθησαν· καὶ ἡ κατὰ τὸν χρόνον δοκιμασία μείζων ἐνταῦθα, καὶ βεβαιοτέρα. Ἡ μὲν οὖν μεγίστη ἐν ταῖς συγγενικαῖς φιλία ἡ ἀδελφική ἐστιν· αἱ δὲ ἄλλαι ἀνάλογον ἔχουσι τῇ κατὰ γένος οἰκειότητι.

* Ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν. Ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει τεκνοποιητικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν, ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία πόλεως, καὶ ὅσῳ κοινότερον ζῴοις [e] τεκνοποιία, ἢ πολιτεία. Τὸ μὲν γὰρ πᾶσι ζῴοις ἔνεστιν, ἡ δὲ πολιτεία μόνοις τοῖς ἀνθρώποις· τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ζῴοις ἐπὶ τοσοῦτον μόνον ἡ κοινωνία ἐστίν, ἐφ' ὅσον ἔνι τεκνοποιῆσαι, τοῖς δὲ ἀνθρώποις οὐ τῆς τεκνοποιίας χάριν μόνον ἡ κοινωνία ἐστίν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον· εὐθὺς γὰρ διῄρηται αὐτῶν τὰ ἔργα, καὶ ἄλλα τὰ ἔργα τοῦ ἀνδρός, καὶ ἕτερα γυναικός· ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. Διὰ ταῦτα καὶ τὸ χρήσιμον, καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίᾳ εἶναι δοκεῖ· εἴη δ' ἂν καὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ ἡ ἀρετή, εἰ ἐπιεικεῖς εἶεν· ἔστι γὰρ ἑκατέρου ἀρετή· καὶ εἰ σπουδαῖος εἴη ἑκάτερος τὴν προσήκουσαν ἀρετήν, χαίροιεν ἂν καὶ διὰ τοῦτο ἀλλήλοις· σύνδεσμος δὲ τῇ τοιαύτῃ φιλίᾳ καὶ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι· διὸ θᾶττον οἱ ἄτεκνοι διαλύονται· τὰ γὰρ τέκνα κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν· τὸ δὲ κοινὸν συνέχει τὰ κοινωνοῦντα.

(Scripsi [a] συνῳκείωται] cod. συνωκείωται. — [b] γενόμενα] cod. γεννόμενα. — [c] φασι] cod. φασιν. — [d] συνῳκείωνται] cod. συνωκείωνται. — [e] ζῴοις] cod. ζώοις ut reliquis locis. —)

genarum, quo etiam vitæ communitate magis inter se devincti sunt, utpote qui plurimorum inter se participes sint. Maxime vero fraterna amicitia : siquidem huic illa omnia eveniunt, quæ etiam sodalitiæ, magisque huic quam illi : ideoque si probi sint fratres et similes, magis inter se amabunt, quam sodales : quoniam propinquiores inter se sunt et similiores, et ex quo nati sunt se mutuo dilexerunt, et similioribus moribus præditi sunt, quum ex iisdem sint nati, ac simili cura ac diligentia eruditi : quin etiam probatio ea quæ tempore constat major hic et firmior est. Cognatarum ergo amicitiarum maxima est fraterna : cæteræ vero ad propinquitatis portionem modificatæ sunt.

Porro quæ inter virum et uxorem amicitia est naturæ congruere videtur. Homo enim ad liberorum procreationem aptior est natura quam ad societatem civilem, quanto prior magisque necessaria civitate domus est, quantoque liberorum procreatio animantium omnium communior est, quam respublica. Altera enim res omnibus animantibus, respublica vero solis hominibus convenit : ac reliquis quidem animantibus eatenus tantum sua est communio, quatenus fetus procreare possunt, hominibus vero non tantum ad liberos procreandos sua est communio, sed etiam propter res ad vitam necessarias : statim enim divisa sunt eorum opera aliæque sunt viri, aliæ mulieris partes : inserviunt igitur alter alteri sua in medium afferentes. Quamobrem in hac amicitia et utilitas inesse videtur et voluptas : sed inerit in ea etiam bonum et virtus, si probi fuerint : est enim utriusque virtus : ac si uterque honestus ac debita virtute præditus fuerit, idcirco alter altero lætabitur : videntur autem talis amicitiæ vinculum et liberi esse : quare citius dissolvuntur qui liberis carent : commune enim amborum bonum sunt liberi : quod vero commune est ea quæ consociata sunt continet.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ τῶν ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίᾳ ἐγκλημάτων.

Πῶς δὲ συμβιωτέον ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ ἀδελφῷ πρὸς ἀδελφόν, καὶ ὅλως φίλῳ πρὸς φίλον, ταὐτόν ἐστι τῷ πῶς δίκαιον. Ἕπεται γὰρ πάσῃ κοινωνίᾳ ἀναλόγως τῇ φιλίᾳ καὶ τὸ δίκαιον, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις· καὶ οὐ ταὐτὸν φαίνεται εἶναι δίκαιον φίλῳ πρὸς φίλον, καὶ τὸν ὀθνεῖον, ἢ τὸν ἀδελφόν, ἢ τὸν ἑταῖρον, καὶ τὸν συμφοιτητήν.

** Τριῶν δὴ οὐσῶν τῶν φιλιῶν, διὰ τὸ ἀγαθόν, διὰ τὸ ἡδύ, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ καθ' ἑκάστην τῶν μὲν ἐν ἰσότητι φίλων ὄντων, τῶν δὲ καθ' ὑπεροχήν· καὶ γὰρ γίνονται φίλοι καὶ οἱ ὅμοιοι, [a] ἢ κατὰ τὸ ἀγαθόν,

Cap. XVII.

De querelis in amicitia propter emolumentum contracta ortis.

Quomodo autem marito cum uxore, fratri cum fratre, amico denique sit cum amico vivendum, quærere, nihil aliud est, quam quomodo nos vivere deceat. Respondet enim omni communioni ex amicitiæ ratione etiam jus, ut sæpe dictum est : neque enim idem jus amico in amicum et in peregrinum, aut in fratrem, aut in sodalem et in condiscipulum videtur esse.

Quum ergo tres sint amicitiæ species, quæ boni, quæ voluptatis et quæ utilitatis causa instituitur, et in unaquaque alii sint pares amici, alii præstantia quadam inter se differant : nam et qui similes sunt vel boni vel

* Ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κτλ. — ** Cap. 13. Τριττῶν δὴ οὐσῶν φιλιῶν κτλ.

ἢ κατὰ τὸ ἡδύ, ἢ κατὰ τὸ χρήσιμον· γίνονται φίλοι καὶ ἀμείνους χείροσι.

* Τοὺς δὲ ἴσους μὲν κατ' ἰσότητα δεῖ φιλεῖν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἰσάζειν· τοὺς δὲ ἀνίσους ἀναλόγως τῇ [b] ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει φιλεῖν καὶ φιλεῖσθαι.

** Μόνη δὲ ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίᾳ, ἢ ταύτῃ μάλιστα, τὰ ἐγκλήματα, καὶ αἱ μέμψεις τῶν φίλων γίνονται πρὸς ἀλλήλους εἰκότως. Οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες εὖ ποιεῖν ἀλλήλους προθυμοῦνται· τοῦτο γὰρ ἀρετῆς καὶ φιλίας· πρὸς τοῦτο δὲ τῶν φίλων ἁμιλλωμένων οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα οὐδὲ μάχαι· τὸν γὰρ φιλοῦντα καὶ εὖ ποιοῦντα οὐδεὶς δυσχεραίνει· ἀλλ' ἐὰν ᾖ χαρίεις, ἀμείβεται καὶ αὐτὸς εὖ ποιῶν· ὁ δὲ ταῖς εὐεργεσίαις τὸν ἕτερον ὑπερβάλλων, τυγχάνων οὗ ἐφίεται, οὐκ ἂν ἐγκαλοίη τῷ φίλῳ· ἐφίεται γὰρ ἑκάτερος τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ εὖ ποιεῖν.

*** Οὐδὲ δὴ οἱ δι' ἡδονὴν φιλοῦντες πάνυ δυσχεραίνειν ἀλλήλους δύνανται. Ἅμα γὰρ ἀμφοῖν γίνεται οὗ ὀρέγονται, εἰ τῷ συνδιάγειν χαίρουσι· γελοῖος γὰρ ἂν εἴη ὁ ἐγκαλῶν τῷ μὴ τέρποντι φίλῳ, ἐξὸν ἄλλῳ συνδιάγοντα τέρπεσθαι· οὔτε τοίνυν ἡ [c] διὰ τὸ ἀγαθὸν φιλία ἐγκλήματα ἔχει καὶ μέμψεις, οὔτε ἡ δι' ἡδονήν.

**** Μόνη δὲ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον ἐγκληματική ἐστιν. Ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις ἀεὶ τοῦ πλείονος δέονται, καὶ ἔλαττον ἔχειν οἴονται τοῦ προσήκοντος, καὶ μέμφονται, ὅτι οὐχ ὅσων δέονται, τοσούτων τυγχάνουσιν, ἄξιοι ὄντες τυγχάνειν· οἱ γὰρ εὖ ποιοῦντες οὐ δύνανται ἐπαρκεῖν αὐτοῖς τοσαῦτα, ὅσων δέονται· ἀεὶ γὰρ οἱ εὖ πάσχοντες πλειόνων δέονται, ἤπερ εὖ ποιεῖν οἱ εὐεργέται δύνανται.

***** Ἔοικε δέ, ὅτι καθάπερ τὸ δίκαιον διττόν ἐστι, τὸ μὲν γὰρ ἄγραφον, τὸ δὲ κατὰ νόμον, οὕτω καὶ τῆς κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίας τὸ μὲν ἠθικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν. Νομικὸν μὲν χρήσιμον, ὅταν τίς τινι διδῷ, ἐφ' ᾧ λάβοι τι ῥητὸν καὶ ὡρισμένον· ἠθικὸν δέ, ὅταν τίς τινι ὡς φίλῳ δωρῆται, κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον, ἢ πλέον, οὐ ῥητὸν οὐδὲ ὡρισμένον· κατ' ἄμφω δὲ τὰ χρήσιμα, ταῖς φιλίαις ἐγκλήματα καὶ μέμψεις ἀκολουθοῦσι. Μάλιστα δὲ ὅταν τῶν φίλων ὁ μὲν τὸ νόμιμον χρήσιμον εἰσάγῃ, ὁ δὲ τὸ ἠθικόν· οἱ τοιοῦτοι γὰρ ταχέως διαλύονται. Εἰ γὰρ ὁ μὲν εἰς χρήματα ὠφελεῖ, καὶ ἀξιοῖ ὁμοίως ὠφελεῖσθαι, καὶ τοσαῦτα λαβεῖν ὅσα δέδωκεν, ὁ δὲ ἄλλην τινὰ ὠφέλειαν ὠφελεῖ, οὐ δύνανται ἐν τῇ φιλίᾳ μένειν. Ἔστι δὲ καὶ τοῦ νομίμου χρησίμου τό μὲν πάντη [d] ἀγοραῖον, τὸ δὲ ἐλευθεριώτερον· τὸ μὲν γὰρ μὴ δοῦναι εἰ μὴ αὐτίκα εἴη λαβεῖν, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, πάντη ἀγοραῖον· τὸ δὲ δόντα ἀναβαλέσθαι τὴν λῆψιν, ἐλευθεριώτερον. Καὶ τοῦτο δὲ καθ' ὁμολογίαν γίνεται, τί ἀντὶ τίνος ὀφείλει· ὡρισμένον γὰρ τὸ ὀφείλημα, καὶ οὐκ ἀμφίλογον. Ἡ δὲ ἀναβολὴ τῆς κομιδῆς ἐλευθεριώτερόν πως καὶ φιλι-

voluptatis vel utilitatis causa inter se fiunt amici, ut meliores deterioribus.

Eos quidem qui inter se pares sunt æqualiter amari, et cæteris quoque omnibus exæquari oportet : sed impares ex ratione tum excellentiæ tum defectus amare et amari oportet.

In sola autem ea quæ utilitatis causa conciliatur amicitia, aut in hac certe maxime, criminationes et querelæ amicorum inter se oriuntur, nec immerito. Nam qui ob virtutem sunt amici, student alter de altero bene mereri : hoc videlicet virtutis et amicitiæ proprium est : porro de hac re certantibus amicis neque criminationes sunt neque pugnæ : in eum enim qui amat et bene meretur, nemo offenso est animo : imo vero si politus et gratus sit, sua beneficentia refert gratiam : qui vero beneficiis alterum superat, quum id quod cupit assequatur, non queratur de amico : uterque enim bonum expetit et beneficia in alterum conferre.

Sed ne in amicitiis quidem propter voluptatem conciliatis admodum sæpe mutuis querelis locus esse potest. Simul enim ambobus contingit id quod petunt, si convictu lætantur : ridiculus quippe videatur is qui alterum criminetur eo quod ab eo non delectetur, quum voluptatem ex alterius consortio capere ipsi liceat : quare neque quæ boni neque quæ voluptatis causa instituitur amicitia criminationibus locum dat et querelis.

Sola vero amicitia ob utilitatem constituta criminationum et querelarum plena est. Nam quum propter emolumentum alter altero utatur, semper plura desiderant, minusque quam deceat se habere arbitrantur, queruntur que se tam multa non consequi, quam multis egent, quamvis digni sint qui consequantur : nimirum qui beneficia conferunt tam multa suppeditare nequeunt, quam multis egent amici : semper enim pluribus egent homines isti beneficiis affecti, quam conferre possunt beneficiorum auctores.

Videtur autem, quemadmodum jus duplex est, alterum non scriptum, alterum legitimum, sic et amicitiæ propter emolumentum comparatæ altera pars moralis esse, altera legitima. Et legitimum quidem emolumentum est, quum quis alteri quidpiam dat, ut aliquid accipiat, idque certum ac definitum : morale vero, quando quis alicui tanquam amico donat quidpiam, pro quo tantundem vel plus accipere vult, non certum tamen neque definitum : in utraque autem utilitatis specie criminationes et querelæ amicitiam sequuntur. Maxime vero, quum amicorum alter legitimam utilitatem, alter moralem introducit : tales enim facile dissolvuntur. Si enim alter pecuniis prosit, eodemque modo alterum prodesse sibi velit, ac tantundem accipere quantum dedit, ille vero alio modo prosit, non possunt in amicitia permanere. Rursus legitima utilitas partim plane circulatoria est, partim liberalior : nolle enim dare, nisi statim recipias, de manu in manum, quod ajunt, omnino est mercaturæ simile : at rerum datarum recuperationem differre, multo liberalius est. Ex pacto autem constituitur, quid pro quo debeat alter : est enim definitum minimeque controversum quod debetur. Dilatio autem acceptionis liberaliorem quodammodo et amiciorem efficit contractum : itaque apud nonnullos hujus-

* Τοὺς ἴσους μὲν κατ' ἰσότητα κτλ. — ** Γίγνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα κτλ. — *** Οὐ πάνυ δ' οὐδ' ἐν ταῖς κτλ. — **** Ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον κτλ. — ***** Ἔοικε δέ, καθάπερ τὸ δίκαιον κτλ.

κώτερον ποιεῖ τὸ συνάλλαγμα· διὸ παρ' ἐνίοις τούτων οὐκ εἰσὶ δίκαι, οὐδὲ δικάζονται ἀλλήλοις περὶ τῶν χρεῶν, ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας. Ὁ δὲ κατὰ τὸ ἠθικὸν χρήσιμον ὠφελῶν, οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ, δωρεῖταί τι, ἢ ἄλλην τινὰ ὠφέλειαν ὠφελεῖ· κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον [e] ἢ πλέον, ὡς οὐ δεδωκώς, ἀλλὰ χρήσας· μὴ λαβὼν δέ, οὐχ ὥσπερ χρήσας οὕτως ἐγκαλεῖ τῷ μὴ δόντι, ἀλλ' ὡς φίλῳ. Τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας, ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλά, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. Τὸ δὲ εὖ ποιεῖν, μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ, καλόν· ὠφέλιμον δὲ τὸ εὐεργετεῖσθαι· διὰ τοῦτο τὸ μὲν ὠφέλιμον ζητοῦσι, μὴ τυχόντες δὲ βούλονται καλοὶ δοκεῖν.

* Τοὺς δὲ τοιούτους φίλους, καὶ ἵνα εὖ πάθωσιν, εὖ ποιοῦντας, πάσῃ σπουδῇ εὖ ποιητέον τοὺς δυναμένους, καὶ τὴν ἀξίαν εὐεργεσίαν ἀποδοτέον. Οὐ γὰρ ἕλκειν δεῖ βίᾳ πρὸς τὴν ἀληθῆ φιλίαν μὴ βουλομένους, ἀλλὰ δυσχεραίνειν, ὅτι ἔλαθον εὖ παθόντες ὑφ' οὗ οὐκ ἔδει, οὐ γὰρ ὑπὸ φίλου, καὶ ζητεῖν ὅπως ἑκόντες ἀποτρίψωνται τὰς αἰσχρὰς εὐεργεσίας, ἃς ἄκοντες ἐδέξαντο, τῷ ἀγνοεῖν τὸν εὐεργετοῦντα. Ἀποτρίψονται δέ, εἰ μὲν δυνανται, καὶ αὐτοὶ ἀποδόντες, καὶ καθάπερ ἐπὶ ῥητοῖς εὐθὺς διαλυθέντες, εἰ δὲ μὴ δύνανται τηνικαῦτα, ὁμολογήσαντες δύνηθέντες ἦ μὴν εὐθὺς ἀποδώσειν· εἰ δὲ πάντως ἀδυνάτως ἔχουσιν ἀμείψασθαι, οὐδὲ οἱ δόντες ἀπαιτήσουσιν οὐδὲν παρ' αὐτῶν· ὥστε εἰ δύνανται, ἀποδοτέον εὐθύς· πρὶν δὲ εὐεργετηθῆναι, σκεπτέον ἕκαστον, ὑπὸ τίνος εὐεργετεῖται, καὶ ἐπὶ τίνι, ὡς ἂν εἰδείη, [f] εἰ δεῖ δέξασθαι, ἢ μή.

(Scripsi : [a] οἱ ὅμοιοι] cod. οἱ ὅμοιοι. — [b] τῇ] cod. τη. — [c] οὔτε τοίνυν ἡ] cod. οὔτε τε τοίνυν ἡ. — [d] πάντῃ] cod. πάντη hic et in sequentibus. — [e] ἴσον] ἶσον cod. — [f] εἰδείη] cod. εἰδοίη. —)

modi causæ non orantur, neque de aere alieno inter se contendunt, sed amandos eos potius esse statuunt, qui bona fide cum aliquo contraxerint. Qui vero moralem utilitatem affert, non certis conditionibus propositis, sed tanquam amico aliquid donat, aut alia quapiam re ei prodest, ita tamen ut donator tantumdem vel plus accipere velit, quasi non donaverit, sed commodaverit : quodsi non accipiat, non quasi commodaverit, tum demum accusat eum qui non reddit, ut amicum tamen. Hoc autem propterea accidit, quod volunt quidem omnes aut plurimi res honestas, sed honestis utiles anteponunt. Honestum vero est, ita benefacere, ut nihil vicissim beneficii exspectes, utile autem, beneficium accipere : ideoque id quod utile est quærunt, quod quum non consequuntur, honesti videri volunt.

Talibus vero amicis, quales ut beneficium accipiant, bene de aliis merentur, summa diligentia bene vicissim facere debent qui possunt, quantoque digni sunt eos afficere beneficio. Nec enim vi ad veram amicitiam nolentes pertrahere debent, sed potius dolere, quod ab alio atque oportebat beneficium furtim acceperint, non ab amico, et operam dare, ut sponte fœda dispungant beneficia, quæ inviti acceperunt, propterea quod eorum auctorem ignorarent. Quod facient, dummodo possint, si et ipsi tantundem reddant, et velut certa conditione proposita confestim id quod debent dissolvant, aut si tum nequeant, simulac potuerint se reddituros esse promittant : quodsi omnino reddere nequeant, ne illi quidem qui beneficia contulerunt quidquam ab ipsis exigent : itaque si possint, statim reddent : priusquam vero beneficium accipiant, dispicere debent singuli, a quo et qua de causa accipiant, ut nimirum cognoscant, utrum accipiendum sit, nec ne.

Κεφ. ιη'.

Περὶ μέτρου ἀποδόσεως ἐν τῇ χρησίμῳ· καὶ ἔτι περὶ τῶν ἐν τῇ καθ' ὑπεροχὴν φιλίᾳ μέμψεων.

** Ἐν δὲ ταῖς πρὸς ἀλλήλους τῶν φίλων ἀμοιβαῖς ἀπορία ἐστίν. Ἐπεὶ γὰρ ἀπὸ μεγάλων εὐεργεσιῶν μικραὶ ὠφέλειαι γίνονται τοῖς εὐεργετουμένοις, καὶ ἀπὸ μικρῶν μεγάλαι πολλάκις· ἐνδέχεται γὰρ πολλὰ ποιήσαντα καὶ ἀναλώσαντα μικρὰ τὸν φίλον ὠφελῆσαι, καὶ τὸ ἀνάπαλιν· πότερον ἀμειβομένους τὴν ὠφέλειαν δεῖ σκοπεῖν, ἢ τῆς εὐεργεσίας τὸ μέτρον. Καὶ γὰρ οἱ μὲν εὖ παθόντες τοιαῦτά φασι λαβεῖν παρὰ τῶν εὐεργετῶν, ἃ μικρὰ ἦν ἐκείνοις δοῦναι, καὶ ἐξῆν παρ' ἑτέρων λαβεῖν, τούτῳ κατασμικρύνοντες τὰς εὐεργεσίας· οἱ δὲ εὖ ποιήσαντες τὸ ἀνάπαλιν, τὰ μέγιστα ὧν εἶχον εὐεργετῆσαι λέγουσι, καὶ ἃ παρ' ἄλλων οὐχ

Cap. XVIII.

De mensura solutionis in utili amicitia . præterea de querelis quæ in amicitiæ fœdere ob excellentiam facto proferuntur.

In gratia autem amicis referenda, qua eorum beneficia beneficiis pensantur, restat difficultas. Quum enim sæpe magna beneficia accipientibus non multum prosint, contraque parva plurimum profuerint : fieri enim potest, ut aliquis postquam nec labori nec impensæ pepercit, amico non multum prosit, et vicissim : quæritur, utrum in referenda gratia utilitas, an beneficii mensura spectanda sit. Sæpe enim qui acceperunt beneficium, talia se a largitoribus accepisse ajunt, quorum largitio parva illis esset, quæque ab aliis sumi potuissent, atque eo modo beneficia extenuant : contra largitores dedisse se ex suis maxima, et quæ ab aliis sumi non potuissent et in periculis et in necessitatibus peri-

* Δυναμένῳ δὴ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν κτλ.. — ** Ἀμφισβήτησιν δὲ ἔχει πότερα δεῖ κτλ.

ἡν λαβεῖν, καὶ ἐν κινδύνοις, * καὶ χρείαις κινδύνων ἐγγύς· ἀμφισβητεῖται δή, πότερον b δεῖ μετρεῖν τὴν ἀμοιβὴν τῇ τοῦ παθόντος εὖ ὠφελείᾳ, ἢ τῇ τοῦ δράσαντος εὐεργεσίᾳ. Ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως ἐπὶ πάσης φιλίας· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς διὰ τὸ χρήσιμον φιλίας ἡ ἀμοιβὴ ἀναλογήσει τῇ τοῦ εὖ παθόντος ὠφελείᾳ, ἢ καὶ ὑπερβαλεῖ ταύτην· οὕτω γὰρ κάλλιον. Καὶ γὰρ οὗτός ἐστιν ὁ δεόμενος, καὶ ἐπαρκεῖ αὐτῷ, ὡς κομιούμενος τὴν ἴσην· τοσαύτη οὖν γεγένηται ἐπικουρία ὅσον ὠφελήθη, ἢ καὶ πλέον· ὅλως δὲ τῇ ὠφελείᾳ ἑαυτοῦ μετρεῖν ἄξιον τὴν ἀμοιβήν, ὅτι διὰ ταύτην φίλος ἐστίν. Ἐπὶ δὲ τῆς δι' ἀρετὴν φιλίας οὔτε ἐγκλήματά εἰσιν, ὥσπερ ἐπὶ ταύτης, ἑκατέρου βουλομένου τὰς εὐεργεσίας ἕλκειν ἐπὶ τὸ ὠφέλιμον ἑαυτῷ, οὔτε τῇ ὠφελείᾳ τῶν εὖ πασχόντων αἱ ἀμοιβαὶ μετροῦνται, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τῶν εὖ ποιούντων· τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον· ἐπεὶ τοίνυν διὰ τὴν ἀρετὴν ἀλλήλους φιλοῦσι καὶ τὰς ἀμοιβὰς τῇ προαιρέσει μετρήσουσι, διὰ τοῦτο παντὸς ἐγκλήματος καθαρά ἐστιν ἡ τοιαύτη φιλία· αἱ δὲ ἄλλαι ἀεὶ ἐν ἐγκλήμασίν εἰσιν.

* Οἵα ἐστὶ καὶ ἡ καθ' ὑπεροχήν, ὅταν ὁ μείζων τὸν ἐλάττω φιλῇ, ἢ ὠφελιμώτερος τὸν ἧττον ὠφέλιμον· ἀξιοῖ γὰρ ὁ ὑπερέχων πλέον ἔχειν· ὁ μέν, ὅτι βελτίων, ὁ δέ, ὅτι ὠφελιμώτερος. Εἰ γὰρ ἑκάτερος, φησί, τῶν φίλων κατὰ τὴν δύναμιν εἰσενέγκοι, καὶ οὐ κατ' ἀξίαν λήψεται, λειτουργία τις ἔσται ἡ φιλία· διὰ τοῦτό φασι δεῖν οὐχ ὁμοίων τυγχάνειν τῶν ἐκ τῆς φιλίας, ἀλλὰ μειζόνων· ἀξιοῦσι γάρ, καθάπερ οἱ κατ' ἐμπορίαν συνεισφέροντες χρήματα, οἱ πλέον, πλέον ἔχουσιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας ἔχειν· καὶ ταῦτα μὲν οἱ ὑπερέχοντες· οἱ δὲ ὑπερεχόμενοι οὐ ταῦτά φασι προσήκειν τοῖς ὑπερέχουσι φίλοις, ἀλλὰ τὸ ἀνάπαλιν· φίλου γὰρ ἀγαθοῦ εἶναι τὸ ἐπαρκεῖν τοῖς ἐνδεέσι· τί γάρ, φασίν, ὄφελος σπουδαίῳ, ἢ δυνάστῃ φίλον εἶναι, μηδέν γε μέλλοντα ἀπολαβεῖν τῶν τοῦ φίλου ἀγαθῶν; οὕτω δὲ ἐγκαλοῦντες ἀλλήλοις, καὶ ἀξιοῦντες ἑκάτερος πλέον ἔχειν, ῥᾷστα διαλύονται.

** Ἔοικε δὲ ὀρθῶς καὶ ἑκάτερος ἀξιοῦν· δεῖ γὰρ ἑκατέρῳ τὸ πλέον νέμειν ἐκ τῆς φιλίας, οὐ τοῦ αὐτοῦ δέ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπερέχοντι δεῖ πλέον νέμειν τιμῆς, τῷ δὲ ἐνδεεῖ πλέον ἀποδιδόναι ὧν δεῖται. Τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας, τῆς δὲ ἐνδείας ἐπικουρία τὸ κέρδος, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, οὗ ἐνδεής ἐστι. Τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαίνεται ἔχον· ἀποδίδοται γὰρ ἀεὶ τοῖς εὐεργέταις ἡ τιμή· οὐ γὰρ τιμᾶται ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζων c· τὸ κοινὸν γὰρ δίδοται τῷ τὸ κοινὸν εὐεργετοῦντι· ἡ τιμὴ δὲ κοινόν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἅμα χρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ τιμᾶσθαι· ἀλλ' ὁ ἐνδεὴς τοῦ κοινοῦ χρήματα μὲν λαμβάνει, τιμᾶται δὲ οὐδαμῶς· οὐδεὶς γὰρ δέχεται κατ' ἄμφω ἐλαττοῦσθαι, καὶ κατὰ τὴν

culo propinquis : quare dubitatur, utrum quis compensationem accipientis commodo, an tribuentis beneficio metiri debeat. At hoc non eodem modo in omni amicitia faciendum est : sed in ea quæ utilitatis causa contrahitur, compensatio ejus qui beneficio afficitur, utilitati respondebit, aut etiam eam superabit : quod quidem præstat. Hic enim est qui eget, et alter huic opitulatur, tanquam parem gratiam accepturus : tantam igitur ille huic opem tulit, quantum hic utilitatis cepit, aut etiam majorem : suo denique ipsius commodo compensationem metiri eum decet, quia propter eam amicus est. In ea autem amicitia quæ ob virtutem instituitur, nullæ sicut hic criminationes innascuntur, ubi uterque ad suum commodum beneficia referre conatur : neque ejus qui beneficium accipit emolumento, compensationem metimur, sed conferentis consilio : virtutis quippe et morum principatus in consilio positus est : quia ergo virtutis causa alter alterum amat, beneficii remunerationem etiam consilio metientur, ideoque omni criminatione ejusmodi amicitia vacat, quum aliæ contra querelarum semper plenæ sint.

Qualis ea quoque est quæ in excellentia consistit, quando nimirum major minorem, vel homo utilior minus utilem amat : plus enim habere vult qui excellit : alter quia præstantior est, alter quia plus proficit. Si enim, inquiet, uterque amicorum quantum potest largiatur, et non quantum debet accipiat, onus quoddam sumtuosi muneris obeundi amicitia futura est : ideoque volunt non paria, sed majora aliquem debere ex amicitia consequi : æquum enim censent, quemadmodum in mercatura qui plus pecuniæ in negotia impendunt, plus quoque accipiunt, sic etiam in amicitia rem se habere : et ita quidem qui excellunt : contra autem qui excellentia vincuntur, negant hoc eos qui excellunt amicos decere, sed contrarium : boni enim amici esse, indigentibus succurrere : quid enim juvat, inquiunt, viro bono aut potenti amicum esse, si nihil ex illius amici bonis percepturi sumus? hoc modo dum uterque accusat alterum, partemque uterque sibi potiorem vindicat, facillime dissociantur. Videtur autem utriusque æqua esse postulatio : oportet enim plus quodammodo ex amicitia tribuere utrique, non ejusdem rei tamen, verum excellentiori plus honoris, egenti vero plus eorum quibus eget. Virtutis enim et beneficentiæ præmium est honos, egestatis autem subsidium lucrum, aut aliud aliquid, quocunque aliquis eget. Eodemque modo etiam in negotiis publicis res se habere videtur : semper enim beneficiorum largitoribus honos defertur : neque enim honoratur qui nihil boni confert in rempublicam : nam res quædam communis ei tribuitur qui de re communi et publica bene meretur : honos autem res communis est. Non enim fieri potest, ut aliquis e rebus communibus et publicis pecuniosus simul et honoratus discedat : sed egentes e publico pecuniam accipiunt, honorem vero minime : nemo scilicet utriusque tum argenti tum honoris jacturam facere vult, sed postquam alterum

* Cap. 14 Διαφέρονται δὲ καὶ ἐν ταῖς κτλ — ** Ἔοικε δὲ ἑκάτερος ὀρθῶς ἀξιοῦν, κτλ.

τιμήν, καὶ κατὰ τὰ χρήματα· ἀλλὰ τὸ ἕτερον διδοὺς τὸ ἕτερον λήψεται. Διὰ τοῦτο τῷ μὲν περὶ χρήματα ἐλαττουμένῳ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τὴν τιμὴν νέμουσι· τῷ δὲ δωροδόκῳ χρήματα· τὸ κατ' ἀξίαν γὰρ ἐπανισοῖ καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται. Τοῦτον δὴ τὸν τρόπον καὶ τοῖς ἀνίσοις φίλοις ὁμιλητέον, καὶ τῷ εἰς χρήματα ὠφελουμένῳ, ἢ εἰς ἀρετήν, τιμὴν ἀνταποδοτέον τῷ τελοῦντι· ἀνταποδώσει δὲ τὸ ἐνδεχόμενον.

* Τὸ δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν. Οὐ γὰρ δύνανται πάντες τὰ κατ' ἀξίαν ὧν ὀφείλουσιν ἀποδιδόναι· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπὶ πάντων τὸ κατ' ἀξίαν εὑρεῖν, ὥσπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ γονέας τιμαῖς οὐδεὶς τὴν ἀξίαν ἀποδοῦναι δύναται· ὁ δὲ θεραπεύων κατὰ τὴν δύναμιν, καὶ ὅσον ἔξεστιν, ἐπιεικὴς εἶναι δοκεῖ. Διὰ τοῦτο δοκεῖ μὴ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι, καὶ μὴ ὑπακοῦσαι περὶ ὁτουοῦν ἀξιοῦντα· ἀεὶ γὰρ ὀφείλει, καὶ διὰ τοῦτο ἀνταποδοτέον ἀεί· οὐδὲν γὰρ ἄξιον ὧν εὐεργετήθη δέδρακε πρὸς τὸν πατέρα. Τῷ πατρὶ δὲ ἀπείπασθαι τὸν υἱόν· ἔξεστι γὰρ τοῖς εὐεργέταις τοὺς ὀφείλοντας ἀποπέμψασθαι. Ἴσως δὲ οὐδεὶς πατὴρ ἀφίσταται τοῦ υἱοῦ, εἰ μὴ ὑπερβαλλόντως εἴη μοχθηρός· ἥ τε γὰρ φυσικὴ φιλία εἰς τοῦτο ἐπείγει, καὶ ἅμα ἀνθρώπινόν ἐστι τὴν ἐπικουρίαν μὴ διωθεῖσθαι· τῷ δὲ υἱῷ μοχθηρῷ ὄντι μισητόν, ἢ οὐ λίαν σπουδάζεται τῷ πατρὶ ἐπαρκεῖν· οἱ γὰρ πολλοὶ εὖ πάσχειν βούλονται, τὸ δὲ εὖ ποιεῖν φεύγουσιν ὡς ἀλυσιτελές. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

(Scripsi καὶ ἐν κινδύνοις] cod. καὶ κινδύνοις. — πότερον] cod. ποτέρῳ. — c πορίζων] cod. πορίζῳν. — d γὰρ ἔστιν] membranæ γάρ ἐστιν. — δωροδόκῳ] cod. δωροδοκω. —)

dedit, alterum accipit. Quocirca ei qui pro republica pecuniæ jacturam fecit honorem habent: at ei qui muneribus capitur pecuniam dant: dignitatis enim conservatio amicitiam exæquat et conservat, quemadmodum diximus. Hoc igitur modo etiam inæqualibus utendum est amicis, et is qui vel pecuniis vel virtute ab aliquo augetur et ornatur, alterum a quo ea accipit honore remunerari debet: sic autem reddet quod potest.

Quod enim præstari potest, non quo quisque dignus sit, amicitia desiderat. Neque enim omnes possunt pro dignitate debita solvere: quia quod in omnibus dignitati servit reperire nefas est, velut in deorum et parentum honoribus nemo est qui honorem iis dignum tribuere queat: sed qui eos pro viribus et facultate colat, is probus et pius esse videtur. Quamobrem videtur non licere filio abdicare patrem, aut quidquam eorum quæ poposcerit ei negare: semper enim debet, quare etiam semper reddendum: nihil quippe unquam beneficiis a patre acceptis dignum præstitit. Contra vero patri licet abdicare filium: licet enim beneficiorum auctoribus debitores dimittere. Forsitan vero nullus pater discedat a filio, nisi insigniter improbus sit: præterquam enim quod naturalis amicitia eo impellit, simul humanum est auxilium non aspernari: at filius, si sit improbus, aut odit aut certe non admodum studet patri ferre auxilium: plerique enim beneficia accipere volunt, dare vero ut rem inutilem fugiunt. Ac de his quidem hactenus.

* Τὸ δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, κτλ.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

Κεφ. α.

Ποῖα τὰ τὴν φιλίαν σώζοντα.

* Ἔτι δὲ λέγωμεν περὶ φιλίας, καὶ ὧν δεῖ προσθῶμεν τοῖς εἰρημένοις. Ἐν μὲν οὖν ταῖς κατ' ἰσότητα φιλίαις τὰ ἴσα ἀνταποδοτέον ἀλλήλοις τοὺς φίλους, ἐν δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλίαις, καθὼς εἴρηται, τὸ ἀνάλογον· ἡ γὰρ ἀναλογία ἰσάζει τοὺς φίλους ἐν ταῖς πολιτικαῖς κοινωνίαις. Ὁ γὰρ σκυτοτόμος ἀντὶ τῶν ὑποδημάτων οὐχ ὑποδήματα, ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν καὶ τὸ ἀνάλογον λήψεται, ὡς ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ διὰ πλειόνων εἴρηται· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὑφάντης καὶ οἱ ὅμοιοι· τοῦτο γὰρ σώζει τὰς πολιτικὰς κοινωνίας, τὸ ἀναλόγως διδόναι καὶ λαμβάνειν, ὧν ἕκαστος ἢ δεῖται ἢ εὐπορεῖ. Ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς πολιτικαῖς κοινωνίαις ἐστὶ κοινὸν μέτρον τὸ νόμισμα, πρὸς ὃ πάντα ἀναφέρεται, καὶ ᾧ τὰς δόσεις καὶ τὰς λήψεις μετροῦμεν· ἐν δὲ ταῖς ἠθικαῖς τε καὶ φιλικαῖς οὐκ ἔστιν ᾧ μετρῆσαι δυνατὸν τὰ ἀνομοιοειδῆ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἐγκλήμασιν ἀεί εἰσιν αἱ τοιαῦται κοινωνίαι, οἵα ἐστὶν ἡ ἐρωτική.

** Καὶ γὰρ ἐνίοτε μὲν ὁ ἐραστὴς ἐγκαλεῖ τῷ ἐρωμένῳ, ὅτι ὑπερφιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται, οὐκ ἄξιος ὢν φιλεῖσθαι, εἰ οὕτως ἔτυχε· πολλάκις δὴ ὁ ἐρώμενος τῷ ἐρῶντι μέμφεται, ὅτι πρότερον ἐπαγγειλάμενος πάντα, νῦν οὐθὲν ἐπιτελεῖ. Συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα, ὅταν ὁ μὲν δι' ἡδονὴν ἐρῶν, ὁ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον, εἶτα μήτε οὗτος πάνυ ἡδὺς ᾖ, μήτε ἐκεῖνος χρήσιμος· διὰ ταῦτα γὰρ τῆς φιλίας οὔσης, ἐπειδὰν [a] μὴ παρῶσι, διάλυσις γίνεται. Οὐ γὰρ ἀλλήλους ἔστεργον, ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων, ἃ μὴ ὄντα μόνιμα καὶ τὴν φιλίαν συναπολλυσιν· οἱ δὲ ἀλλήλους στέργοντες καὶ τὰ ἀλλήλων ἤθη, οἷοί εἰσιν οἱ σπουδαῖοι, μόνιμοί εἰσιν ἐν τῇ φιλίᾳ. Φιλοῦσι γὰρ ἀλλήλους δι' αὐτούς, καὶ δι' οὐδὲν ἄλλο· αὐτοὶ δὲ μένοντες ἐφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν φιλίαν διασώζουσι. Διαφέρονται δὲ οἱ ἀνομοιοειδεῖς φίλοι, καὶ ὅταν ἕτερα γίνηται αὐτοῖς παρὰ τῶν φίλων, καὶ μὴ ὧν ὀρέγονται. Ὅμοιον γὰρ τῷ μηδὲν γίνεσθαι, ὅταν οὗ ἐφίεται μὴ τυγχάνῃ· ὥσπερ ὁ τῷ κιθαρῳδῷ [b] ἐπαγγειλάμενος, ὅσον ἄμεινον ᾄσειε, τοσούτῳ πλεῖον δώσειν, εἰς ἕω δὲ ἀπαιτοῦντι τὰς ὑποσχέσεις, ἀνθ' ἡδονῆς ἡδονὴν ἀποδεδωκέναι ἔφη. Εἰ μὲν οὖν ἑκάτερος

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER IX.

Cap. I.

Quæ sint illa quæ amicitiam conservent.

Adhuc de amicitia dicamus et quæ requiruntur superioribus adjiciamus. In iis ergo quæ æqualitate constant amicitiis, æqualia quoque sibi mutuo reddere debent amici, in iis vero quæ sunt inæquales, proportio tantum, sicut dictum est, spectanda : in civili quippe societate æquare amicos solet proportio. Sutor enim pro calceis non calceos, sed pretium et quod proportione iis respondet accepturus est, quemadmodum in quinto libro fusius exposuimus : eodemque modo textor quoque et similes opifices : hoc nimirum est quod civilem sustinet societatem, ut pro portione dentur et accipiantur omnia, quibus vel egent vel abundant singuli. Atque in civili quidem societate communis mensura, ad quam omnia referuntur, et qua tum dationem tum acceptionem metimur, pecunia est : in illis autem societatibus quæ moribus et amicitia concillantur, nihil habemus quo ea quæ sunt dissimilia metiri queamus. Quamobrem querelarum atque accusationum plenæ sunt hujusmodi societates, qualis etiam amantium est.

Namque interdum amator de eo quem amat queritur, quod quamvis eum mirifice amet, ille tamen amori ipsius non respondeat, quum videlicet amore indignus sit, si forte hoc ita contigerit : sæpe porro is qui amatur amantem reprehendit, quod quum prius omnia promiserit, nunc nihil præstet. Atque hæc talia tum eveniunt, quum alter voluptatis, alter utilitatis causa amat, postea vero neque hic admodum jucundus, neque ille admodum utilis est : quum enim ob has res contracta sit amicitia, postquam eæ non comparent, necessario dissolvitur. Non enim alter alterum, sed alterius bona diligebat, quæ quum stabilia non sint, amicitiam quoque simul exstinguunt : qui vero se mutuo moresque alter alterius diligunt, quales sunt viri boni, in amicitia manent. Nempe amicos propter ipsos, non alia de causa amant : ipsi autem quum maneant quales sunt, secum etiam amicitiam servant. Dissident quoque inter se amici dissimiles, quando ab amicis alia et non illa quæ petunt consequuntur. Simile enim est ac si quis nihil consequatur, quum id quod cupit non consequitur : ut ille qui citharœdo pollicitus, quanto melius

* Lib. IX. cap. 1. Ἐν πάσαις δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι κτλ. — ** Ἐν δὲ τῇ ἐρωτικῇ ἐνίοτε μὲν κτλ.

ἡδονὴν ἐβούλετο λαβεῖν, ἱκανῶς ἂν εἶχεν ἡ κοινωνία· εἰ δὲ ὁ μὲν τέρψιν ἐζήτει, ὁ δὲ κέρδος, καὶ ὁ μὲν ὃ ἐζήτει ἔλαβεν, ὁ δὲ μή, οὐκ ἂν εἴη τὸ κατὰ τὴν κοινωνίαν καλῶς· ὧν γὰρ ἕκαστος δεῖται, τούτων ἕνεκα δίδωσιν ἃ τυγχάνει κεκτημένος αὐτός.

(Scripsi: ἐπειδὰν] vulgo ἐπεὶ δ' ἄν. — [b] κιθαρῳδῷ] cod. κιθαρωδῷ —)

caneret tanto se plura daturum, mane promissam mercedem exigenti voluptatem se pro voluptate reddidisse respondit. Si ergo uterque voluptatem ex ea re capere voluisset, societatis ratio constaret: sin autem oblectationem alter, alter vero lucrum petebat, et hic quidem quod petebat acceperat, ille autem non item, non potuit hujus societatis lex observata videri: singuli enim ut accipiant, quibus egent, dare ea solent quæ ipsi habent.

Κεφ. β'.

Περὶ τοῦ τίνος ἐστὶν ἐν τῇ ἄνευ διομολογίας γινομένῃ εὐεργεσίᾳ τὴν ἀμοιβὴν τάττειν· καὶ ἔτι περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ τῆς κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίας ἐν ᾗ διομολογία οὐ γίνεται.

* Ἐν μὲν οὖν ταῖς ἀνομοίοις φιλίαις τὸ ἀνάλογον καὶ κατ' ἀξίαν ζητεῖται· ἀπορία δέ ἐστι, πότερος κύριος τάττειν ἀξίαν ἀμοιβήν, ὁ προϊέμενος, ἢ ὁ λαμβάνων. Ὁ γὰρ προϊέμενος ἔοικεν ἐπιτρέπειν τῷ λαμβάνοντι τάξαι τὴν ἀξίαν ἀμοιβήν, ὥσπερ Πρωταγόρας ἐποίει· τοὺς γὰρ φοιτητὰς τῆς διδασκαλίας τὸν μισθὸν οὐκ αὐτὸς ὁριζόμενος ἀπῄτει, ἀλλ' αὐτοὺς ἐκέλευε τιμᾶν ὅσου νομίζουσιν ἄξια μεμαθηκέναι, καὶ τοσοῦτον ἐλάμβανεν. Ἐν ταῖς τοιαύταις δὲ κοινωνίαις ἔνιοι ταῖς ἀναλόγοις ἀμοιβαῖς ἀρκοῦνται, καὶ ἀγαπῶσι τοῖς Ἡσιόδου·

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ ἄρκιος εἴη· [a]

** Οἱ δὲ ἀγοραῖοι, καὶ κατ' ἐμπορίαν ταῖς κοινωνίαις χρώμενοι πλείω ζητοῦσιν, οἱ[b] καὶ προλαβόντες ἐνίοτε τἀργύριον, καὶ αὐτίκα δώσειν ἐπαγγειλάμενοι, οὐκ ἀποδιδόασιν, οὐδὲ ποιοῦσιν οὐδὲν ὧν ἔφασαν· καὶ ἐγκαλοῦνται δικαίως, ὅτι τὰ ἔργα ταῖς ἐπαγγελίαις ὑπερβάλλουσι· διὰ τοῦτο καὶ οἱ σοφισταὶ οὐ διδάσκουσι πρὶν μισθὸν λαβεῖν τῆς διδασκαλίας, διὰ τὸ μηδένα ἂν δοῦναι ἀργύριον ὧν μεμάθηκεν ἕνεκα, ὅτι φαῦλα· ἐπαγγελλόμενοι δὲ μεγάλα διδάξειν, λαμβάνουσι μὲν τὸν μισθόν, διδάσκουσι δὲ τὰ φαυλότατα· οὗτοι μὲν οὖν ὧν ἔλαβον τὸν μισθὸν μὴ ποιοῦντες, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασίν εἰσιν.

*** Ἐν αἷς δὲ κοινωνίαις οὐ γίνεται διομολογία τῆς ἀμοιβῆς ἢ τῆς ὑπουργίας, οἱ μὲν ὠφελοῦντες τοὺς φίλους δι' αὐτούς, καὶ προϊέμενοι τὰ ἑαυτῶν τῶν φίλων ἕνεκα, οἷοί εἰσιν οἱ σπουδαῖοι, εἴρηται ὅτι ἀνέγκλητοι. Τοιαύτη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν φιλία· τὴν ἀμοιβήν τε ποιητέον κατὰ τὴν προαίρεσιν· αὕτη γὰρ τοῦ φίλου καὶ τῆς ἀρετῆς, ὡς ἐν τοῖς προειρημένοις ἐδείχθη. Τοιαύτη δέ ἐστι καὶ ἡ κατὰ φιλοσοφίαν κοινωνία· ὁ γὰρ διδάσκαλος τῆς φιλοσοφίας τὸν μαθητὴν οὐ χρήματα ἀπαιτεῖ, ἢ τιμὴν ὡρισμένως· μηδὲ ἔστιν ἄξιόν τι τῆς φιλοσοφίας οὔτε ἐν χρήμασιν οὔτε ἐν τιμῇ, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν σκοπεῖ· ἔργον δὲ καὶ ἀμοι-

Cap. II.

Cujus sit in iis quæ sine pacto tribuuntur beneficiis remunerationem constituere: item de ea quæ ob virtutem et quæ propter emolumentum sine pacto contrahitur amicitia.

In dissimilibus ergo amicitiis proportio et dignitatis ratio requiritur: quæstio autem ponitur, uter suo arbitratu constituere remunerationem possit, isne qui prior dedit, an qui accepit. Qui enim prior dedit, videtur accipienti permittere, ut ipse dignam remunerationem constituat, quemadmodum Protagoras faciebat: neque enim certam institutionis mercedem discipulis præfiniebat, aut præfinitam pecuniæ summam ab iis exigebat, sed ipsos æstimare jubebat, quanti ea esse existimarent, quæ didicissent, ac tantum accipiebat. In ejusmodi autem societatibus nonnulli in remuneratione ad rem accommodata acquiescunt, probantes illud Hesiodi:

Merces nempe viro satis est.

Quidam autem rerum forensium periti et quorum in mercatura consistit societas, plura quærunt, qui etiam nonnunquam pecuniam ante acceptam, quam statim se reddituros esse promiserant, non reddunt, neque quidquam eorum quæ promiserant faciunt: atque hi merito reprehenduntur, quod facta dictis non respondent, sed quæ præstant promissis minora sunt: ideoque et sophistæ non solent nisi accepta prius mercede docere, quoniam nemo pecunia emere vellet quæ ab iis didicisset, quia prava sunt: jam vero quum magna quædam et præclara se docturos esse polliceantur, mercedem quidem accipiunt, sed ineptissima quæque tradunt: hi ergo quia ea quorum mercedem acceperunt non faciunt, merito accusantur.

In quibus autem societatibus nulla fit pactio de remuneratione aut opera, qui amicis propter ipsos prosunt suaque amicorum causa effundunt, quales sunt viri boni, eos accusari non posse diximus. Talis enim est quæ ob virtutem contrahitur amicitia: atque in ea ex consilio facienda est remuneratio: hæc quippe et amici et virtutis est, ut in superioribus ostendimus. Hujusmodi autem est et sapientiæ studiosorum societas: neque enim sapientiæ doctor aut pecuniam a discipulis aut pretium definite exigit, quoniam neque in pecunia neque in quocunque pretio quidquam philosophia dignum est, sed consilium tantum spectat: et idcirco opus ac remune-

* Τὴν ἀξίαν δὲ ποτέρου τάξαι κτλ. — ** Οἱ δὲ προλαβόντες τὸ ἀργύριον κτλ. — *** Ἐν οἷς δὲ μὴ γίγνεται διομολογία κτλ.

ἐὰν ἱκανὸν ἡγεῖται τὸ ἐνδεχόμενον, καθάπερ καὶ τὸ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς γονεῖς ἔχει δίκαιον. Οἱ μὲν οὖν τοῖς φίλοις χαριζόμενοι δι' αὐτοὺς οὕτω μετροῦσι τὴν ἀξίαν τῶν ἀμοιβῶν.

* Οἱ δὲ ἐπί τινι, ἢ διὰ χρήσιμον, ἢ διὰ ἡδονήν, οὕτω δώσουσι καὶ λήψονται τὴν ἀμοιβήν, ὡς ἀμφοτέροις δοκεῖ ἄξιον εἶναι. Οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο καθαρὰν ἐγκλημάτων τὴν κοινωνίαν γενέσθαι. Εἰ δὲ μὴ συμβαίνει τοῦτο, μηδὲ δύνανται καὶ ἄμφω κρίνειν τὴν προσήκουσαν ἀμοιβήν, ἀλλὰ ἢ ὁ ἕτερος μόνον, ἢ μηδέτερος, ἀνάγκη κατὰ τὴν κρίσιν τοῦ δεχομένου τὰς εὐεργεσίας τὰς ἀμοιβὰς γίνεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ μὲν ἀντὶ τοσούτων τοσαῦτα διδόναι βούλεσθαι λέγοι, ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις παρέχοι · ὁ μέν, ἃ δοῦναι συνέθετο, δώσει, καὶ ἀμείψεται ἢ ἡδονήν, ἢ ἄλλην τινὰ ὠφέλειαν ἀποδιδούς, ὁ δὲ οὐκ ἐγκαλέσει, λαβὼν ἃ λαβεῖν ἔκρινεν ἄξιον εἶναι· τοῦτο δὲ οὐ μόνον ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ τὴν κοινωνίαν ἀπαλλάττει πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ δίκαιον. Εἰ γάρ τις ὧν βούλεται τύχοι, οὐκ ἀδικεῖται · διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ὠνίοις οὕτω φαίνεται γινόμενον · ὁ γὰρ ὠνούμενος τάττει τὴν τιμήν, καὶ μετρεῖ τῇ ἑαυτοῦ ὠφελείᾳ, ἢ τῇ ἡδονῇ, καὶ τοσούτου ἄξιον εἶναι λέγει τὸ ζητούμενον ὤνιον. Καὶ νόμος δὲ παρά τισι κεῖται τῶν ἑκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι, μηδὲ ζητεῖν δικαστὴν ἕτερον ἐν ταῖς τοιαύταις κοινωνίαις, μηδὲ νόμους ἑτέρους, ἀλλ' ᾧ τις ἐπίστευσε, καὶ κεκοινώνηκε τῶν αὐτοῦ, καὶ ταῖς συνθήκαις χρησάμενον, διαλύεσθαι. Δικαιότερον γὰρ οἴονται κρίνειν τὸν ἐπιτραπέντα ἐξ ἀρχῆς τάξαι τὴν ἀμοιβήν, ἢ τὸν ἐπιτρέψαντα · ὁ μὲν γὰρ ἐπιτρέψας τῷ δεχομένῳ ψηφίσεται · περὶ τῶν ἑαυτοῦ δὲ οὐδεὶς ἀξιόπιστός ἐστι κριτής. Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὰ οἰκεῖα, καὶ ἃ δίδωσιν ἕκαστος, πολλοῦ ἄξια νομίζει · ὁ δὲ ἐπιτραπεὶς τάξαι τὴν ἀμοιβὴν ὧν δέχεται εὐεργεσιῶν, ἐὰν ὕστερον πράγματα αὐτῷ παρέχῃ ὁ κοινωνήσας τῶν ἑαυτοῦ ὡς οὐκ ἀξίως ἀμειψαμένῳ, δύναται κρίνειν ὀρθῶς, χρησάμενος ταῖς ἐξ ἀρχῆς συνθήκαις, ἃς οὗτός τε διωμολόγησε, κἀκεῖνος [d] συνέθετο · οὐ γὰρ ὅσου νῦν ἄξια νομίζει μετὰ τὸ λαβεῖν, τοσαῦτα παρέξει, ἀλλ' ὅσων ἐτίμα μήπω λαβών.

(Scripsi : [a] Μισθὸς δ' ἀνδρὶ ἄρκιος εἴη] cum codd; versus integer Hesiodi est Op. et D. 368 μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω. — [b] οἱ] cod. οἱ. — [c] τἀργύριον] vulgo τ' ἀργύριον. — [d] κἀκεῖνος] vulgo κἀκεῖνος. —)

rationem quam præstare quisque potest, sufficere arbitratur, sicut illud quod in deos et in parentes nobis jus est. Qui ergo amicis propter ipsos gratificantur, ita remunerationibus justum pretium statuunt.

Qui vero propter aliquid, sive propter emolumentum, sive delectationis causa hoc faciunt, ita dabunt remunerationem et accipient, ut uterque æquum esse existimat. Sic enim contingit, ut pura ab omnibus querelis efficiatur societas. Quod si non eveniat, neque ambo de debita remuneratione judicare queant, sed aut alter tantum, aut neuter, necesse est de sententia ejus qui beneficia accepit, remunerationem constitui. Si enim alter pro tot tantisque quæ accipiat beneficiis, tot tantaque reddere se velle polliceatur, alter vero hac conditione hæc ei tribuat : alter quidem quæ daturum se promiserat dabit, et beneficia aut voluptate, aut alia quadam utilitate remunerabitur, alter vero cum eo non expostulabit, utpote qui acceperit quæ deberi pro iis sibi judicabat : hoc autem non solum necessarium est, et omni molestia humanam consortionem liberat, sed etiam justum. Si quis enim quæ velit consequatur, is nulla afficitur injuria : ideoque et in mercimoniis hoc fieri videmus : siquidem emtor pretium statuit, suaque ipsius aut utilitate aut voluptate rem illam metitur, tantique esse dicit mercem, quam requirit. Sed leges etiam apud nonnullos sunt, quæ contractuum voluntariorum judicia aut actiones dari vetent prohibeantque quominus alius in tali negotio judex aliæve leges quærantur, sed cum eo cui quis credidit, et cum quo sua communicavit, ex pacto decidi jubeant. Censent enim æquius esse, ut ille, cui ab initio commissa res est, de remuneratione judicet, quam qui commisit : nimirum qui commisit ei qui accepit suffragabitur : at suarum rerum nemo fide dignus æstimator est. Nam plerumque sua quisque et quæ quisque dat, magni æstimare solet : cui vero permissum est, ut eorum quæ accepit beneficiorum remunerationem constituat, si postea molestiam illi exhibuerit suarum rerum largitor utpote merita non satis dignis beneficiis compensanti, recte judicare poterit ex pacto quod initio factum est quodque inter ipsum et alterum convenit : non enim quanti nunc æstimat beneficia postquam accepit, sed quanti ea æstimavit priusquam accepisset, tanto eorum largitorem munere remunerabitur.

Κεφ. γ'.

Τίνα τίσιν ἀποδοτέον.

** Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ζητητέον δὲ κἀκεῖνο · [a] πότερον τοῖς τιμιωτάτοις καὶ φιλτάτοις πάντα

Cap. III.

Quæ quibus sint tribuenda.

Et hæc quidem hactenus. Est autem et illud quærendum, utrum viris honoratissimis et carissimis omnia

* Μὴ τοιαύτης δ' οὔσης τῆς δόσεως, κτλ. — ** Cap. 2. Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ τοιάδε, κτλ.

ἀποδοτέον καὶ πειστέον, ἤ ἐστιν ἃ τοῖς ἧττον τιμίοις καὶ φιλουμένοις μᾶλλον ἀποδώσομεν ἢ τοῖς τιμιωτάτοις καὶ φιλτάτοις· οἷον, τῷ πατρὶ πάντα πειστέον, ὅ, τι ἂν καὶ ἡνίκα κελεύοι, ἢ οὐκ ἀεί, ἀλλὰ κάμνοντα μὲν ἰατρῷ πειστέον, πολεμοῦντα δὲ στρατηγικῷ· καὶ στρατηγὸν χειροτονεῖν ἄξιον οὐ τὸν φίλον ἢ τὸν πατέρα, ἀλλὰ τὸν πολεμικόν· ὁμοίως δὲ δεῖ ὑπηρετεῖν ποτέρῳ μᾶλλον, τῷ φίλῳ, ἢ τῷ σπουδαίῳ, καὶ χάριν δοῦναι τῷ ἑταίρῳ ἢ τῷ εὐεργέτῃ, καὶ ᾧ τυγχάνομεν ὀφείλοντες, ἐάν γε ἀμφοτέρους [b] εὖ ποιῆσαι οὐκ ἐνδέχηται.

* Ταῦτα μὲν οὖν πάντα κατὰ μέρος καὶ ἀκριβῶς διορίσασθαι οὐ ῥᾴδιον· πολλὰς γὰρ καὶ παντοίας ἔχει διαφοράς, καὶ ποικίλως διαφέρουσιν ἀλλήλων καὶ μεγέθει, καὶ μικρότητι, καὶ τῷ καλῷ, καὶ τῷ ἀναγκαίῳ. Οὐ γὰρ ὁμοίως πάντα μικρὰ ἢ μεγάλα ἢ καλὰ ἢ ἀναγκαῖά εἰσιν· ἀλλ' ἐνίοτε τὸ θεραπεύειν τὸν φίλον ἀναγκαιότερον δοκεῖ τοῦ τὸν σπουδαῖον θεραπεύειν· ἐνίοτε δὲ τὸν εὐεργέτην κάλλιον εὖ ποιεῖν ἢ τὸν φίλον, καὶ τὸ ἀνάπαλιν· διὰ τοῦτο λόγον ἀκριβῆ περὶ τούτων ἑκάστου δοῦναι οὐ δυνατόν.

** Τοῦτο δὲ φανερόν, ὅτι οὐ πάντα τῷ αὐτῷ ἀποδοτέον· ἀλλὰ τὰς μὲν εὐεργεσίας τοῖς εὐεργέταις ἀνταποδιδόναι δικαιότερον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μᾶλλον, ἢ χαρίζεσθαι τοῖς ἑταίροις· καθάπερ δάνειον τῷ χρήσαντι μᾶλλον δοτέον, ἢ τῷ ἑταίρῳ.

*** Ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ λέγω, ὅτι συμβαίνει καὶ τὸ ἀνάπαλιν δικαιότερον εἶναι· οἷον, τῷ λυτρωθέντι παρὰ λῃστῶν, [c] πότερον τὸν λυσάμενον ἀντιλυτρωτέον, κἂν ὁστισοῦν ᾖ, ἢ μὴ ἑαλωκότι μέν, ἀπαιτοῦντι δὲ αὐτῷ ἀποδοτέον, ἢ λυτρωτέον τὸν πατέρα; δόξειε γὰρ ἂν καὶ ἑαυτοῦ μᾶλλον τὸν πατέρα· διὰ τοῦτο εἴρηται, καθόλου μέν· καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀνταποδοτέον τὸ ὀφείλημα μᾶλλον ἢ χαριστέον τῷ φιλουμένῳ. Ἐὰν δὲ τὸ χαρίσασθαι τοῖς φίλοις οὕτω σφόδρα ἀναγκαῖον ᾖ καὶ καλόν, ὡς ὑπερβάλλειν τὸ πρὸς τοὺς εὐεργέτας δίκαιον, πρὸς τοῦτο ἀποκλιτέον· ἐπεὶ οὐδὲ ἀεὶ δίκαιόν ἐστι [d] τὸν εὐεργέτην ἀμείψασθαι, εἰ μοχθηρὸς εἴη ὁ εὐεργέτης· οἷον, εἴ τις ἀγαθῷ δεδάνεικε μοχθηρός, οὐ γὰρ ὁ ἀγαθὸς δανείσει τῷ μοχθηρῷ· ὁ μὲν γὰρ εἰδώς, ὅτι λήψεται [e] παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, δεδάνεικεν, ὁ δὲ ἀγαθὸς οὐκ ἐλπίζων ἀπολήψεσθαι οὐκ ἀδικεῖ μὴ δανείζων. Εἴτε τοίνυν ἀληθῆ περὶ τοῦ μοχθηροῦ νομίζει ὁ ἀγαθός, ὡς καὶ τοῦτο μοχθηρὸς ἔσται, καὶ οὐκ ἀποδώσει, εἰκότα ποιεῖ μὴ δανείζων· εἴτε μὴ οὕτως ἔχει, οἴεται δέ, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀμείβεται τοῖς ἴσοις, καὶ οὕτως οὐ πόρρω ποιεῖ τοῦ δικαίου. Οὐ γάρ ἐστι δίκαιον, ἃ δίδωσιν ὁ φαῦλος τῷ σπουδαίῳ, ταῦτα καὶ παρ' ἐκείνου λαμβάνειν· οὐ γάρ ἐστιν ἴσον τὸ παρὰ τοῦ φαύλου τῷ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, ὅταν τὸ αὐτὸ γίνηται [f] παρ' ἀλλήλων ἀμφοτέροις· μεῖζον γὰρ γίνεται τῷ ἀξιώματι τοῦ διδόντος· διὰ τοῦτο εἴρηται, ὅτι οὐχ

tribuenda sint et in omnibus rebus mos sit gerendus, an sint quædam quæ hominibus minus honoratis et caris potius tribuamus, quam viris honoratissimis et carissimis: exempli gratia, sitne patri in omni negotio obtemperandum, quidquid et quum imperaverit, an non semper, sed potius qui æger est medico parere, qui militat imperatori obedire debeat: rursusque uter belli dux deligendus sit, amicusne aut pater, an vir rei militaris peritus: item, amicone an viro bono magis sit inserviendum: et numquid sodali magis quam beneficiorum auctori, et cui hoc debemus potius gratificandum sit, si de utroque bene mereri nos res non sinit.

Hæc igitur universa sigillatim accurateque definire non facile est: præsertim quum eorum prope innumerabiles dissimilitudines sint, multumque et varie tum magnitudine et parvitate, tum honestate et necessitate inter se differant. Neque enim omnia æque parva aut magna, aut honesta aut necessaria sunt; sed interdum inservire amico magis videtur necessarium, quam viro bono: nonnunquam vero de beneficiorum auctore bene mereri præstat, quam de amico, et contra: ideoque accuratam singulorum rationem reddere nemo potest.

Hoc autem apparet, non omnia eidem esse præstanda: sed plerumque æquius est, nos beneficia iis a quibus acceperimus potius referre, quam sodalibus gratificari: quemadmodum pecuniam creditam creditori potius reddere, quam sodali donare debemus.

Plerumque autem propterea dico, quia interdum etiam fit, ut contrarium justius sit: verbi gratia, utrum is qui a prædonibus redemtus sit, eum qui redemerit captum vicissim redimere, quisquis est, aut non capto illi quidem, sed repetenti quod impenderit, reddere, an patrem redimere debet? nam patrem potius quam vel se ipsum redimere debere videatur. Quamobrem universe et plerumque id quod debetur potius reddendum esse diximus, quam amico gratificandum. Sin autem gratificari amicis ita honestum et pernecessarium est, ut jus beneficiorum auctoribus debitum excedat, potius eo inclinandum: præsertim quum ne semper quidem beneficii auctorem remunerari fas sit, si improbus sit ille præbitor: exempli causa, si homo improbus viro bono pecuniam mutuam dedit, haudquaquam propterea vir bonus improbo pecuniam credet: alter enim quod sciret, se pecuniam recepturum esse a viro bono, idcirco credidit, vir bonus autem quum non speret, se eam esse recepturum, injuste non facit, si non credit. Sive igitur verum est quod de improbo illo suspicatur vir bonus, eum videlicet hac quoque in parte improbum fore, neque creditum redditurum, recte facit, si non credat: sive aliter se res habet, sed ille tantum id suspicatur, ideoque par pari non refert, ne sic quidem ab officio recedere videtur. Neque enim æquum est, quæ homo malus vir bono dederit, eadem ab illo ut vicissim accipiat: quia non est æquale id quod dat improbus ei quod dat vir bonus, quando contingit utrique, ut alter alteri idem largiatur: quippe majus fit dantis dignitate: quocirca diximus, non semper beneficiorum auctores po-

* Ἀρ' οὖν πάντα τὰ τοιαῦτα κτλ. — ** Ὅτι δὲ οὐ πάντα τῷ αὐτῷ ἀποδοτέον κτλ. — *** Ἴσως δ' οὐδὲ τοῦτ' ἀεί, κτλ.

ἀεὶ τοῖς εὐεργέταις μᾶλλον ἀνταποδοτέον, ἢ χαριστέον τοῖς φίλοις. Ὃ γὰρ πολλάκις εἶπον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, οἱ περὶ τῶν παθῶν καὶ τῶν πράξεων λόγοι τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν ἀκολουθοῦσιν, ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντες, ὥσπερ ἐκεῖνα· καὶ ὡρισμένους περὶ ἑκάστου καὶ ἀκριβεῖς ἀποδοῦναι οὐ δυνατόν.

* Ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον, οὐδὲ τῷ πατρὶ πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διῒ πάντα θύομεν, φανερόν. Ἐπεὶ δὲ ἄλλα μὲν ὀφείλομεν[g] τοῖς γονεῦσιν, ἕτερα δὲ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἄλλα τοῖς εὐεργέταις ἢ ἑταίροις, ἀπονεμητέον ἑκάστοις τὰ οἰκεῖα, καὶ τὰ ἁρμόζοντα. Ταῦτα δὴ ποιοῦντες φαίνονται σχεδὸν πάντες· εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσιν οὐ τοὺς εὐεργέτας, ἢ τοὺς ἑταίρους, ἀλλὰ τοὺς συγγενεῖς· τούτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος, καὶ αἱ περὶ τοῦτο δὴ πράξεις· καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἀπαντᾷν τῶν αὐτῶν ἕνεκα. Δόξειε δ' ἂν τοῖς μὲν γονεῦσι τροφὴν ἐπαρκεῖν, καὶ τούτοις μᾶλλον, ἢ ἑαυτοῖς· τὸ γὰρ εἶναι δεῖ συντηρεῖν τοῖς γονεῦσιν, ὅθεν ἐστὶν αὐτοῖς τὸ εἶναι· καὶ τιμὴν δὲ ἀπονεμητέον αὐτοῖς, καθάπερ θεοῖς· οὐ πᾶσαν δὲ τιμὴν καὶ παντοίαν· οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν πατρὶ καὶ μητρί, οὐδὲ ἀμφοτέροις τὴν τοῦ σοφοῦ τιμὴν ἀποδοτέον ἢ τὴν τοῦ στρατηγοῦ, ἣν δηλαδὴ τιμῶμεν τὸν σοφὸν ἢ τὸν στρατηγόν· ἀλλὰ τὴν πατρικὴν μὲν τῷ πατρί, τῇ δὲ μητρὶ τὴν προσήκουσαν. Ἀπονεμητέον δὲ καὶ παντὶ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν, οἵαν δηλονότι προσήκει νέον ἀποδοῦναι[h] γέροντι, ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει, καὶ τοῖς τοιούτοις· ἑταίροις δὲ καὶ ἀδελφοῖς ἀποδοτέον παῤῥησίαν καὶ κοινότητα, καὶ συγγενέσι, καὶ φυλέταις, καὶ πολίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι· καὶ πειρατέον τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν ἑκάστῳ, θεωροῦντα τὴν ἑκάστου πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα, ἢ χρῆσιν, ἢ τὴν ἀρετήν, καὶ τούτοις μετροῦντα τὰς πρὸς αὐτοὺς τιμὰς καὶ κοινωνίας. Τῶν μὲν οὖν ὁμογενῶν ῥᾴων ἡ κρίσις· τοῖς γὰρ συγγενέσιν, ἢ πολίταις, ἢ φυλέταις, ἢ καὶ ἄλλως ὁμοτρόποις, ἃ δεῖ ἀποδιδόναι, ῥᾳδίως ἐπιγνωσόμεθα· τοῖς δὲ ἀλλοτρίοις καὶ διαφέρουσιν εὑρεῖν ἃ δεῖ ἀπονέμειν, ἐργωδέστερον. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀποστατέον τῶν εἰκότων, ἀλλ' ὡς ἐνδέχεται διοριστέον περὶ ἑκάστου, καὶ περὶ πάντας τὰ κατὰ τὸ δέον γιγνόμενα τηρητέον.

(Scripsi[a]: κἀκεῖνο] vulgo κακεῖνο. — [b] ἀμφοτέρους] cod. ἀμφοτέροις. — [c] λῃστῶν] cod. ληστῶν. — [d] ἐστι] cod. ἐστιν. — [e] λήψεται] cod. λήψηται. — [f] γίνηται] cod. γίνεται. — [g] ὀφείλομεν] cod. ὠφειλομεν. — [h] ἀποδοῦναι] cod. ἀποδούναι. —)

tius remunerandos, quam amicis gratificandum esse. Quod enim sæpe in superioribus exposui, omnis quæ in perturbationibus et actionibus explicandis versatur oratio ipsis perturbationibus et actionibus congruit, quum semper alias aliter se habeat, ut illæ: quare ut definite quis et accurate de singulis agat, fieri omnino nequit.

Ergo non eadem omnibus esse tribuenda, neque patri omnia, quemadmodum nec Jovi omnia immolamus, manifestum est. Quum vero alia parentibus, alia fratribus, alia beneficiorum largitoribus aut sodalibus debeamus, sua cuique et accommodata sunt tribuenda. Atque hæc sane prope omnes facere videntur: ad nuptias enim non beneficiorum largitores aut sodales, sed cognatos vocant: nam quum hi genus habeant commune, actiones quoque quæ in hoc versantur communes erunt: in funera quoque cognatos potissimum prodire iisdem de causis debere, plerique arbitrantur. Quocirca parentibus res ad vivendum necessariæ suppeditandæ videntur, magisque iis quam nobis ipsis: vitam enim parentum, quorum beneficio ipsi vivunt, conservare debent liberi: honor quoque iis ut diis est habendus, sed non omnis neque quilibet: neque enim patri idem ac matri, neque utrique honos sapiente aut imperatore dignus, hoc est, quem sapienti aut imperatori tribuimus, sed paternus patri et debitus matri honos haberi debet. Omni autem ætate grandiori pro ætate honos tribuendus est, qualem videlicet juvenes seni tribuere decet, ut ei assurgant ac de sede et accubitione honoratiore decedant, et alia hujusmodi præstent: sodalibus vero et fratribus orationis libertas omniumque rerum communitas concedenda, cognatis item, tribulibus ac civibus et reliquis omnibus: danda denique opera est, ut suum cuique tribuatur, quo in genere singulorum consideranda est necessitudo, qua nobiscum juncti sunt, usus etiam aut virtus, quibus debitos illis honores et communionem metiamur. Ac de consanguineis quidem facilius judicium est: nam cognatis aut civibus aut tribulibus aut hominibus alioqui morum similitudine nobiscum conjunctis quæ tribuenda sint facile statuemus: quæ vero in peregrinos conveniant eosque qui a nobis plurimum differunt, invenire difficilius est. Non tamen idcirco desistendum est a decoris conservatione, sed quoad ejus fieri potest, singula definienda sunt et in omnibus decori habenda est ratio.

Κεφ. δ'.

Περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας, ἢ μή.

Cap. IV.

Utrum dissolvi soleant amicitiæ an non soleant.

** Ἔτι δὲ κἀκεῖνο[a] ζητητέον ἐστίν, εἰ δεῖ διαλύεσθαι

Præterea et illud quærendum est, utrum dissolvendæ

* Ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον κτλ. — ** Cap. 3. Ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τοῦ διαλύεσθαι κτλ.

τὰς φιλίας, ἢ μή· ἔχει γὰρ ἀπορίαν, εἰ δέον ἐστὶν ἐνίοτε τοῦ φίλου στέργοντος ἔτι καὶ φιλοῦντος, αὐτόν τινα παύεσθαι τῆς φιλίας.

* Λέγομεν τοίνυν, ὅτι πρὸς μὲν τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον ἢ ἡδὺ φιλουμένους, ὅταν μηκέτι ταῦτ' ἔχωσιν, οὐδὲν ἄτοπον διαλύεσθαι· τοῦ ἡδέος γὰρ ἢ τοῦ χρησίμου διαλιπόντος, ὧν ἦσαν φίλοι, εὔλογον μὴ φιλεῖν· ὅταν δὲ οἱ διὰ τὸ χρήσιμον ἢ ἡδὺ φιλοῦντες προσποιῶνται διὰ τὸ ἦθος φιλεῖν, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, καὶ διὰ τοῦτο διαλυόμενοι ἐλέγχωνται, ἀδικοῦσι, καὶ δικαίως ἐν ἐγκλήμασίν εἰσιν. Ὅπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, ἐγκλημάτων αἱ τοιαῦται [b] φιλίαι γέμουσιν, ὅταν μὴ διὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὁμοίως φιλῶνται καὶ φιλῶσιν ἀλλήλους, μηδὲ οἴωνται φιλεῖσθαι ὥσπερ φιλοῦνται, ἀλλὰ ἀπατῶνται. Τηνικαῦτα γὰρ ἐλεγχομένης τῆς ἀπάτης ἐγκαλοῦσιν ἀλλήλοις. Ὅταν μὲν οὖν διαψευσθῇ τις καὶ ὑπολάβῃ φιλεῖσθαι διὰ τὸ ἦθος, μηδὲν τοιοῦτον ἐκείνου πράττοντος ἢ λέγοντος, ὃ προσήκει τῷ διὰ τὸ ἦθος φιλοῦντι, ἑαυτὸν ἂν αἰτιῷτο [c] δικαίως· ὅταν δὲ ὑπὸ τῆς ἐκείνου προσποιήσεως ἀπατηθῇ, δίκαιον ἐγκαλεῖν τῷ ἀπατήσαντι, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς τὸ νόμισμα κιβδηλεύουσιν, ὅσῳ περὶ τὰ τιμιώτερα ἡ κακουργία. [d] Τοῖς μὲν οὖν διὰ τὸ χρήσιμον καὶ ἡδὺ φίλοις οὕτω δικαίως συμβαίνει διαλύεσθαι.

** Εἰ δέ τις διὰ τὸ ἦθος φιλεῖ, καὶ ὡς ἀγαθὸν ἀποδέχεται, γένοιτο δὲ μοχθηρός, ἢ καὶ δοκεῖ τῷ φιλοῦντι, ἆρα [e] φιλητέον ἔτι, ἢ διαλυτέον; ῥητέον δή, ὅτι οὐδὲ δυνατόν ἐστι τὸν μὴ ἀγαθὸν δοκοῦντα φιλητὸν εἶναι· τὸ γὰρ φιλητὸν ἀγαθόν, τὸ δὲ πονηρὸν οὐδὲ [g] δίκαιον· φιλοπόνηρον γὰρ οὐ χρή τινα εἶναι, οὐδ' ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ· εἰ δὲ φιλεῖ, πᾶσα ἀνάγκη ὁμοιοῦσθαι· εἴρηται γάρ, ὅτι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον.

*** Ἆρ' οὖν εὐθὺς διαλυτέον; ἢ οὐ πᾶσιν εὐθὺς διαλύεσθαι χρή, ἀλλὰ τοῖς ἀνιάτοις δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας; τοῖς δὲ ἴασιμα νοσοῦσι καὶ δυναμένοις ἐπανόρθωσιν δέξασθαι, οὐ διαλυτέον, ἀλλὰ δεῖ βοηθῆσαι πάσῃ σπουδῇ, καὶ τὸ ἦθος ἐπανορθῶσαι, καὶ σῶσαι αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν μᾶλλον ἢ τὴν οὐσίαν· ἐπεὶ βέλτιον τῆς οὐσίας ἡ ἀρετή, καὶ τὸ εἰς ταύτην βοηθεῖν τοῖς φίλοις φιλικώτερον, ἢ τὸν πλοῦτον διασώσασθαι· εἰ δὲ πενίαν ἀπελαύνειν δεῖ τῆς τοῦ φίλου οἰκίας τὸν δυνάμενον, πόσῳ δικαιότερον τὴν ἀρετὴν ἐπανάγειν, ἄλλως τε καὶ οἰκειότερον ὄν, ὅτι διὰ τὴν ἀρετήν εἰσι φίλοι· τὸ μὲν οὖν βέλτιον, τὸ καὶ μοχθηρὸν γενόμενον τὸν φίλον φιλεῖν ἔτι, καὶ ζητεῖν ἐπανορθοῦν, εἰ δέ τις εὐθὺς διαλύοιτο, οὐ δοκεῖ ποιεῖν ἔξω λόγου· οὐ γὰρ τῷ μοχθηρῷ φίλος ἦν, ἀλλὰ τῷ ἀγαθῷ· τὸν δὲ ἀγαθὸν μηκέτι ὄντα μὴ φιλῶν οὐδένα ἀδικεῖ· τὸν τοίνυν ἀγαθὸν ἀλλοιωθέντα ἀδυνατῶν ἀνασῶσαι ἀφίσταται τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας· εἰ μὲν οὖν ὁ φίλος ἐξ ἀγαθοῦ πονηρὸς γένοιτο, οὕτω χρηστέον τῇ διαλύσει.

sint amicitiæ, an non sint : dubitari enim potest, num quis dum ab amico vehementer adhuc amatur ac diligitur, desistere ab amicitia debeat.

Dicimus igitur, amicitiam cum iis qui propter emolumentum aut delectationis causa amantur contractam, quum utiles aut jucundi esse desierint, dissolvi non esse absurdum : postquam enim voluptas vel utilitas, quarum rerum amici erant, eos defecit, si jam desinant amare, non sit mirum : quum autem illi qui propter emolumentum aut delectationis causa amant, ob mores et honestatis causa amare se simulant, atque idcirco in dissidio deprehenduntur, injuste agunt meritoque accusantur. Nam quod initio dicebamus, plenæ querelarum hujusmodi amicitiæ sunt, quando non eadem de causa atque eodem modo amantur atque inter se amant, neque existimant se diligi ea ratione qua diliguntur, sed falluntur. Tunc enim quum detegitur fraus, alter alterum accusat. Quum igitur sua aliquem fefellerit opinio, existimaritque se propter mores diligi, quamvis ille alter nihil tale agat vel dicat, quod decet hominem propter mores amantem, merito se ipse accuset : quum vero illius simulatione deceptus fuerit, merito is accusandus est qui fefellit, tantoque magis quam qui nummos adulterant, quanto in re pretiosiore et cariore maleficium admittitur. Atque iis quidem qui propter emolumentum aut delectationis causa amicitiam colunt ita contingit, ut merito dissocientur.

Si quis vero propter mores aliquem amat et ut virum bonum in amicitiam recipit, ille autem improbus postea evadat, aut amanti talis videatur, utrum etiam nunc amandus est, an dissolvi amicitia debet? Respondendum sane, ne fieri quidem posse, ut qui non bonus videatur, sit amabilis : id enim quod amabile est, est bonum, quod vero improbum est, ne justum quidem est : neminem enim aut rerum malarum studio teneri aut improbi hominis similem effici oportet : nam si amet, illi assimiletur necesse est : jam enim supra diximus simili amicum esse simile. Utrum igitur statim discindendæ sunt tales amicitiæ, an non omnium, sed eorum saltem quorum insanabilis est improbitas, quia modum excedit? Si vero ita ægri sunt, ut curari tamen possint et correctionem admittant, minime dissolvenda amicitia, sed potius omni studio talibus hominibus subveniendum est, moresque eorum sunt emendandi, ut potius eorum virtus quam res familiaris conservetur : siquidem divitiis virtus est præstantior, atque ad eam rem opitulari amicis amicitiæ convenientius est, quam eorum opes conservare : quodsi paupertatem ab amici familia propulsare debet qui potest, quanto magis decet virtutem quasi de exsilio reducere, præsertim quum hominibus accommodatius sit, quia virtutis causa amici sunt : præstat igitur, amicum quamvis jam improbus evaserit adhuc amare eumque corrigere conari si quis vero statim ab eo discedat, nihil præter rationem facere videtur : neque enim improbo amicus erat, sed bono : quando autem eum qui non amplius bonus est amare desinit, nemini injuriam facit : quum enim eum qui ex bono in improbum mutatus est servare nequeat, ab ejus amicitia se removet : si igitur amicus ex bono improbus evadat, ita dissolvi amicitia debet.

---

* Ἡ πρὸς μὲν τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον κτλ. — ** Ἐὰν δὲ ἀποδέχηται ὡς ἀγαθόν, κτλ. — *** Ἆρ' οὖν εὐθὺς διαλυτέον; ἢ οὐ πᾶσιν, κτλ.

* Εἰ δὲ τῶν φίλων ὁ μὲν ἐπιεικέστερος ἑαυτοῦ γένοιτο, καὶ πολὺ διαλλάττοι τῇ ἀρετῇ, ὁ δὲ ὡς εἶχε μένοι, ἆρα [h] χρηστέον τὸν σπουδαῖον τῷ μὴ τοιούτῳ, ἢ οὐκ ἐνδέχεται, ἀλλὰ διαλυτέον; ἐν μεγάλῃ δὲ διαστάσει μάλιστα δῆλον γίνεται. Εἰ γὰρ δύο παίδων φίλων ὄντων, διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ διατριβῶν καὶ παιδιᾶς κοινωνεῖν, ὁ μὲν εἰς ἄνδρας ἐλθὼν σπουδαῖος γένοιτο, καὶ ἀνὴρ εἴη τοῖς ὅλοις, ὁ δὲ νεαρὸν ἔτι μένοι τὸ ἦθος ἔχων, πῶς ἂν εἶεν φίλοι, μήτε τοῖς αὐτοῖς ἀρεσκόμενοι, μήτε τοῖς αὐτοῖς χαίροντες ἢ λυπούμενοι; οὐδὲ γὰρ χαριεῖται οὐδέτερος οὐδετέρῳ· οὐδὲ γὰρ ἔχει ὃ ποιήσας ἡδίω ποιήσει τὸν φίλον· ἔτι δὲ οὐδὲ συζῆν δυνήσονται, ὧν χωρὶς οὐκ ἔνι φιλίαν συστῆναι, καθὼς εἴρηται.

** Ἆρ' οὖν οὕτω πρὸς αὐτὸν διακεῖσθαι δεῖ τὸν σπουδαῖον, ὥσπερ εἰ μηδέποτε γέγονε φίλος, ἢ δεῖ μνείαν ἔχειν τῆς γενομένης συνηθείας, καὶ καθάπερ φίλοις μᾶλλον, ἢ ὀθνείοις οἰόμεθα δεῖν χαρίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ποτε γενομένοις φίλοις πλέον δεῖ νέμειν, ἢ οἷς οὐδέποτε ἐχρησάμεθα; δοκεῖ τοίνυν ὀφείλεσθαί τι αὐτοῖς, διὰ τὴν προγενομένην φιλίαν, ἐὰν μὴ δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γένηται.

(Scripsi : [a]] κἀκεῖνο] vulgo κᾀκεῖνο. — [b] τοιαῦται] cod. τοιαύται. — [c] αἰτιῷτο] cod. αἰτιῶτο. — [d] κακουργία] cod. κᾀκουργία. — [e] ἆρα] cod. ἄρα. — [f] οὐδὲ] cod. οὔτε. — [g] οὐδὲ] cod. οὔτε. — [h] ἆρα] cod. ἄρα. —)

Κεφ. ε'.

Περὶ φιλικῶν ἔργων, καὶ ὅτι φίλος ὁμοίως εἰς ἑαυτόν τε καὶ τὸν φίλον, φαῦλος δὲ οὔτε εἰς ἑαυτόν πως, οὔτ' εἰς ἄλλον φιλικῶς διάκειται.

*** Καὶ οὕτω μὲν γίνοιντο ἂν ἐπικαίρως αἱ τῶν φιλιῶν διαλύσεις. Ἔτι δὲ περὶ αὐτῆς τῆς φιλίας λέγωμεν. Τὰ τοίνυν φιλικὰ καὶ ἐν οἷς ἡ φιλία συνίσταται δοκοῦσιν ὥσπερ κανόνα τινὰ ἔχειν καὶ ἀρχὴν τὰ παρ' ἑκάστου ἑαυτῷ ὀφειλόμενα· ταῦτα γὰρ ζητοῦσι παρ' ἀλλήλων οἱ φίλοι, ἃ παρ' ἑαυτοῦ [a].

**** Καὶ διὰ τοῦτο φίλον ὁρίζονται ἐκεῖνον εἶναι, τὸν βουλόμενον τὰ ἀγαθὰ τῷ φίλῳ καὶ πράττοντα ἐκείνου ἕνεκα, ἢ τὸν βουλόμενον εἶναι καὶ ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν, ὅπερ αἱ μητέρες πρὸς τὰ τέκνα πεπόνθασι· βούλονται γὰρ τὰ τέκνα ζῆν καὶ εὖ πράττειν αὐτῶν ἕνεκα τῶν τέκνων, ἐπεὶ καὶ μὴ φιλούμεναι πολλάκις ὑπὸ τῶν τέκνων, ἢ μηδὲ γιγνωσκόμεναι, τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῖς συνεύχονται· τοῦτο δὲ πάσχουσι καὶ τῶν φίλων οἱ προσκεκρουκότες μὲν καὶ περιοφθέντες, μένοντες δὲ αὐτοὶ ἐν τῷ φιλεῖν· βούλονται γὰρ τοῖς φίλοις πάντα τὰ ἀγαθά, μηδὲν ἐλπίζοντες κοινωνήσειν αὐτοί, ἀλλὰ αὐτῶν ἕνεκα· ἔτι δὲ φίλον ὁρίζονται εἶναι

Jam vero si amicorum alter se ipso probior fiat multumque virtute excellat, alter autem idem qui fuit maneat, utrum etiam nunc bonus ille amicus altero qui non est talis uti debet, an hoc fieri non potest, sed dissolvenda est amicitia? Quod quidem in magna distantia maxime perspicere licet. Si enim ex duobus pueris qui amici sunt, tum propter inæqualitatem tum ob studiorum lusionumque communionem, alter postquam virilem ætatem attigit, homo gravis omniumque quæ ætatem illam decent virtutum cultor evadat, alter vero pueriles illos mores retineat, qui fieri potest, ut sint amici, qui neque eadem probent, neque iisdem aut delectentur aut offendantur? neque enim amplius alter alteri gratificabitur : quia neuter quo conciliet sibi alterum eumque oblectet, quidquam facere queat : sed ne vivere quidem una poterunt, sine quibus tamen constare, ut diximus, amicitia nequit.

Utrum igitur vir bonus ita erga eum animatus esse debebit, ut si nunquam amicus fuisset, an vero præteritæ consuetudinis memoria conservanda est, et quemadmodum amicis potius quam peregrinis gratificandum putamus, ita et iis qui aliquando amici fuerunt plus tribuere debemus, quam quibus nunquam usi sumus? videtur ergo ob præteritam amicitiam aliquid iis deberi, nisi forte quia modum omnem excedit eorum improbitas amicitia dissociatur.

CAP. V.

De amicorum officiis, et amicum eodem animo in se et in amicum, improbum autem neque in se, neque in alium amico esse animo.

Atque ita quidem opportune dissolventur amicitiæ. Sunt vero et alia nobis de ipsa amicitia dicenda. Documenta igitur amicitiæ et in quibus illa consistit, tanquam normam aliquam et principium, ea quæ sibi quisque debet, habere videntur : ea enim quisque ab amicis petit, quæ a se ipso.

Quapropter amicum definiunt esse eum, qui bona omnia amico exoptet, ipseque ea in amicum conferat, quæ bona esse ducit, idque illius causa, aut qui esse et vivere amicum velit ipsius causa : quemadmodum matres erga filios affectæ sunt : nam et vivere et felicitate uti eos cupiunt, idque eorum causa, quoniam etiam frequenter non amatæ a liberis aut ne cognitæ quidem, bona tamen omnia illis et felicitatem precantur : quod illis quoque amicis contingit, inter quos aliqua offensiuncula nata est et qui ab aliis neglecti sunt, quum ipsi propterea amare non desinant : quippe omnia bona optant amicis, quum eorum nullam ipsi partem exspectent, sed illorum causa duntaxat : præterea amicum definiunt esse eum qui iis-

* Εἰ δὲ ὁ μὲν διαμένοι, κτλ. — ** Ἆρ' οὖν οὐθὲν ἀλλοιότερον κτλ. — *** Cap. 4. Τὰ φιλικὰ δὲ πρὸς τοὺς φίλους, κτλ. — **** Τιθέασι γὰρ φίλον, τὸν βουλόμενον κτλ.

καὶ τὸν συναλγοῦντα καὶ συγχαίροντα τῷ φίλῳ· ὅπερ καὶ αὐτὸ μάλιστα περὶ τὰς μητέρας συμβαίνει. Ἀπὸ τούτων δὲ καὶ ὁ τῆς φιλίας ὁρισμὸς ἀπὸ τοῦ ὁρισμοῦ τῶν ἐχόντων· καὶ ὁ ὁρισμὸς τοῦ σώφρονος τὸν τῆς σωφροσύνης ὁρισμὸν παρέχει· οὗτοι μὲν οὖν οἱ τῆς φιλίας καὶ τῶν φίλων ὁρισμοί· ἐλήφθησαν δὲ ἀπὸ τῶν ὀφειλομένων παρ' ἑκάστου πρὸς ἑαυτόν, καθὼς εἴρηται.

* Καὶ γὰρ ὁ ἐπιεικὴς ταῦτα πάντα πρὸς ἑαυτόν ἐστιν, ἅπερ ὁ ἀληθὴς φίλος πρὸς τὸν φίλον· καὶ ὁ φίλος ἑαυτῷ μάλιστα ὁ ἐπιεικής ἐστι, καὶ ὃς οἴεται ἐπιεικὴς εἶναι. Εἰ δὲ μὴ πάντες, καὶ οἱ φαῦλοι τὰ φιλικὰ ἀπονέμουσιν ἑαυτοῖς, οὐδὲν προσίσταται τῷ λόγῳ. Καὶ γὰρ ἃ οἱ σπουδαῖοι καὶ ἐπιεικεῖς ποιοῦσι, ταῦτά εἰσι τὰ διαφέροντα ἐν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἐν τῇ κοινῇ φύσει [b]· καὶ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν καὶ τῶν πράξεων· ἃ δὲ ὁ φαῦλος ζητεῖ, οὐκ εἰς τὴν κοινὴν ἀνάγεται φύσιν· τὴν γὰρ περὶ ταῦτα ψῆφον οὐκ ἀπὸ τῶν νοσούντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων ληψόμεθα. Ὅτι δὲ ὁ ἐπιεικὴς τὰ φιλικὰ ἑαυτῷ πάντα ἀπονέμει, δῆλον. Οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται, κατά τε λογικὴν ψυχήν, καὶ κατὰ τὴν ἄλογον· καὶ οὐ καθάπερ ὁ ἄκριτος [c] τἀναντία ζητεῖ, καὶ τὸ παθητικὸν αὐτῷ τῷ λογιστικῷ πολεμεῖ. Καὶ βούλεται δὴ ὁ σπουδαῖος τὰ ἀγαθὰ ἑαυτῷ, τά τε [d] κυρίως ἀγαθά, ὅσα εἰς ἀρετὴν φέρει, καὶ τὰ φαινόμενα ἀγαθά, καὶ αὐτῇ τῇ ἀρετῇ βοηθοῦντα, καὶ βούλεται ἑαυτῷ ἀγαθὰ ἑαυτοῦ ἕνεκα· ὁ γὰρ φαῦλος οὐχ ἑαυτοῦ ἕνεκα. Τὸ γὰρ διανοητικόν ἐστι τὸ ἀνθρώπινον εἶναι, οὗ ἕνεκα ὁ μὲν σπουδαῖος πάντα ποιεῖ καὶ τὰ ἀγαθὰ πάντα ζητεῖ, ὁ δὲ φαῦλος οὐδέν. Οὐ γὰρ τὴν θεωρίαν ὁ φαῦλος ἔχει τέλος τῶν ἑαυτοῦ πράξεων, ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν τὴν φαύλην· ὅθεν οὐ βούλεται τὰ ἀγαθὰ ἑαυτῷ ἑαυτοῦ ἕνεκα. Ἔτι δὲ καὶ ζῆν βούλεται ἑαυτὸν ὁ σπουδαῖος καὶ σώζεσθαι, καὶ μάλιστα κατὰ τὸ διανοητικόν· καὶ πάντα πράττει, ἃ οἴεται ἀγαθὰ εἶναι ἑαυτῷ, καὶ ἃ πρὸς τὸ ζῆν φέρει καὶ τὸ σώζεσθαι. Τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν μὴ πάνυ ἐκτετραμμένοι τοῦ ὀρθοῦ, ἀλλ' οὕτως ἔχοντες, ὥστε δύνασθαι οἴεσθαι ἐπιεικεῖς εἶναι, τὰ δοκοῦντα ἀγαθὰ καὶ αὐτοὶ ζητοῦσι, καὶ βούλονται ἑαυτοῖς καὶ ζῆν καὶ σώζεσθαι· οὕτω δὲ ἔχουσιν, ὅτι τρόπον τινὰ ἐοίκασι τοῖς σπουδαίοις. Οἱ δὲ σφόδρα φαῦλοι καὶ ἀνοσιουργοὶ οὐδὲν τούτων ἔχουσιν· οὔτε γὰρ τὰ δοκοῦντα ἀγαθὰ διώκουσιν, ἀλλὰ ἄλλα μὲν βούλονται, ἑτέρων δὲ ἐπιθυμοῦσιν, οἷοί εἰσιν οἱ ἐγκρατεῖς, καὶ εἰσὶ δὲ οἳ διὰ δειλίαν καὶ ἀργίαν [e] ἀφίστανται τοῦ πράττειν, ἃ οἴονται ἑαυτοῖς βέλτιστα εἶναι· οὔτε τοίνυν τὰ δοκοῦντα ἀγαθὰ διώκουσιν, οὔτε βούλονται ἑαυτοῖς τὸ ζῆν καὶ σώζεσθαι· ἔνιοι γὰρ τῷ πολλὰ καὶ δεινὰ πρᾶξαι μισηθέντες διὰ μοχθηρίας ὑπερβολήν, φεύγουσι τὸ ζῆν, καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς. Ὁ δὲ σπουδαῖος βούλεται ἑαυτῷ ζῆν· ἀγαθὸν γὰρ τῷ σπουδαίῳ τὸ εἶναι· τὴν γὰρ θεωρη-

dem cum amico rebus et doleat et lætetur : quod ipsum et matribus maxime accidit. Hinc etiam amicitiæ definitio ab eorum qui eam habent definitione sumitur : sicut temperantis definitio temperantiæ ipsius definitionem præbet : et hae quidem amicitiæ atque amicorum definitiones habentur, quæ ut diximus ab iis quæ sibi quisque debet petitæ sunt.

Etenim vir bonus eorum omnium instar sibi est, quæ verus amicus amico præbet : maximeque is amicus est sibi, qui vir bonus est et bonum se esse arbitratur. Quodsi non omnes, aut improbi amicitiæ documenta sibi tribuunt, id haudquaquam rationi nostræ alienum est. Nam quæ viri boni et honesti faciunt, hæc sunt quæ in hominibus et in communi natura maxime excellant : etenim vir bonus atque ipsa virtus humanarum tum perturbationum tum actionum quasi mensura est : quæ vero improbus spectat, ad communem naturam non referuntur : his enim de rebus non ab ægris, sed a valentibus sententiam sumemus. Cæterum virum bonum omnia quæ in amicitia requiruntur sibi tribuere, planum est. Hic enim consentit secum, eademque simul rationis compote, simul rationis experte animi portione expetit, neque ut homo nulla præditus judicandi vi contrarium quærit, aut patibilis in eo pars cum rationali pugnat. Quin etiam ea quæ bona sunt exoptat sibi vir bonus, tam quæ proprie dicuntur bona, quæ ad virtutem perducunt, quam quæ bona videntur et ipsi virtuti aliquatenus subsidio sunt, et quidem sua ipsius causa optat sibi bona : nimirum improbus sua ipsius causa illa non optat. Nempe cogitandi facultas humanam naturam continere putatur, cujus causa vir bonus omnia facit, bonaque omnia persequitur, quum horum nihil improbus faciat. Neque enim contemplationem improbus finem suarum actionum statuit, sed pravam voluptatem : quapropter haudquaquam bona sua ipsius causa sibi optat. Vult præterea vir bonus sese vivere et salvum esse, maxime cogitandi facultate servata : omnia item agit, quæ conducere sibi existimat, quæque ad vitam et ad incolumitatem spectant. Ex aliis autem ii qui non plane a recto aversi sunt, sed qui ita se gerunt, ut possint viri boni tum sibi tum aliis videri, ea quæ specie bona sunt et ipsi quærunt, et vitam atque incolumitatem sibi exoptant : ita autem se gerunt, quia quodammodo bonis adhuc viris similes sunt. Qui vero valde improbi sunt et scelesti, nihil tale habent : neque enim illa quæ videntur bona sequuntur, sed alia quidem volunt, alia autem concupiscunt, quales sunt continentes et qui propter timiditatem et socordiam abstinent a negotiorum gestione, quæ sibi optima esse arbitrantur : quare neque ea quæ specie bona sunt sequuntur, neque vitam et incolumitatem sibi exoptant : nonnulli enim postquam multis maleficiis admissis in hominum odium pervenerunt propter pravitatis immoderationem vitæ pertæsi mortem sibi consciscunt. Contra vir bonus vitam sibi contingere cupit : viro bono enim bonum

* Πρὸς ἑαυτὸν δὲ τούτων ἕκαστον τῷ ἐπιεικεῖ κτλ

τικὴν διώκει ζωήν· ἐν γὰρ τῷ νοεῖν ἡ ἑκάστου οὐσία συνίσταται, ἢ ἐν τούτῳ μάλιστα. Ὃς δὲ τῷ ἀλόγῳ βούλεται τὸ εἶναι καὶ σώζεσθαι, καὶ ἑαυτῷ βούλεται τὰ ἀγαθὰ τοῦ οἰκείου εἶναι παρατραπέντι, οὐχ ἑαυτῷ βούλεται τὰ ἀγαθά, ἀλλ' ἐκείνῳ, εἰς ὃ μετεβλήθη· καὶ ἕκαστος δὲ ἑαυτῷ βούλεται γενέσθαι τὰ ἀγαθά, οἰόμενος μένειν [f] ὅπερ ἐστίν· εἰ δὲ συνίδοι ἑαυτὸν ἄλλον γενόμενον, οὐκ ἂν ἕλοιτο πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν ἐκεῖνο τὸ γενόμενον [g]· οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἄλλῳ τινὶ βούλεσθαι τὰ ἀγαθά, ἢ ἑαυτῷ μεταβληθέντι. Οὐδεὶς δὲ ἀγαπᾷ, ἐὰν ἄλλῳ τινὶ γένηται τὰ ἀγαθά· καὶ γὰρ τῷ θεῷ πάντα πρόσεστι τὰ ἀγαθά, ἀλλ' ἔστιν αὐτὸς ὅ, τι ποτέ ἐστι [h]. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀγαπῶμεν, ἀλλ' ἡμῖν αὐτοῖς, ἢ τοῖς φίλοις συνευχόμεθα τὰ ἀγαθά, ὅτι ἡμῶν τί εἰσι καὶ οἱ φίλοι. Καὶ μὴν καὶ συνδιάγειν ἑαυτῷ μόνος ὁ σπουδαῖος βούλεται, ὅτι αὐτάρκης ἐστί, καὶ ἡδύς ἐστιν ἑαυτῷ· ἥδεται γὰρ ὧν τε ἔπραξε μεμνημένος ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἐλπίζων ἔτι ποιήσειν ἀγαθὰ καὶ ἀγαθοῖς ἐντεύξεσθαι, καὶ γενναίων εὐπορεῖ θεωρημάτων τῇ διανοίᾳ· ταῦτα δὴ πάντα ἥδιστον αὐτὸν ἑαυτῷ ποιεῖ, καὶ ἥδεται κατὰ σχολὴν αὐτὸς ἑαυτῷ συνὼν καὶ συνδιάγων.

Οἱ δὲ μοχθηροὶ ζητοῦσι μεθ' ὧν συνημερεύσουσιν, ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν· ἀναμιμνήσκονται γὰρ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες πολλῶν καὶ δυσχερῶν, καὶ τοιαῦτα ἕτερα ἐλπίζουσιν, ὧν μεθ' ἑτέρων ὄντες ἐπιλανθάνονται. Ἔτι δὲ συναλγεῖ καὶ συνήδεται ἑαυτῷ μάλιστα ὁ σπουδαῖος, ὅτι τὰ αὐτὰ βούλεται καὶ τῶν αὐτῶν ἐπιθυμεῖ, καὶ οὐ μάχεται τὸ λογικὸν τῷ παθητικῷ· καὶ διὰ τοῦτο τὸ αὐτὸ ἀεὶ λυπηρόν ἐστιν αὐτῷ, καὶ τὸ αὐτὸ ἡδύ· ἀμετάβολος γάρ, ὡς εἰπεῖν. Οἱ δὲ μοχθηροὶ οὐκέτι [i]· οὐδὲν γὰρ φιλητὸν ἔχοντες οὐδὲν φιλικὸν πάσχουσι πρὸς ἑαυτούς· διὰ τοῦτο οὐδὲ συγχαίρουσιν ἑαυτοῖς οὐδὲ συναλγοῦσι· στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή, καὶ πολεμεῖ τῷ λογικῷ τὸ ἄλογον· καὶ τὸ μὲν ἄλογον ἀλγεῖ τῶν μοχθηρῶν ἀπεχόμενον, τηνικαῦτα δὲ οὐ συναλγεῖ τὸ λογικόν, ἀλλὰ χαίρει· καὶ τὸ ἀνάπαλιν· καὶ ὅλως τὸ μὲν δεῦρο τὸ δὲ ἐκεῖσε ἕλκει, καθάπερ διασπῶντα· εἰ δὲ μὴ οἷόν τε κατὰ ταὐτὸν καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι, ἀλλὰ μετὰ μικρόν γε λυπεῖται, ὅτι πρότερον ἥδετο· οὐ γὰρ ἐβούλετο τὴν τοιαύτην αὐτῷ γενέσθαι ἡδονήν. Μεταμελείας γὰρ οἱ φαῦλοι γέμουσι. Φαίνεται τοίνυν ὅτι οὐδὲ πρὸς ἑαυτὸν φιλικός ἐστιν ὁ μοχθηρός, ὅτι οὐδὲν φιλητὸν ἔχει.

* Εἰ δὲ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἐστὶν ἄθλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν πάσῃ σπουδῇ, καὶ πειρατέον ἐπιεικῆ καὶ σπουδαῖον ἕκαστον εἶναι· οὕτω γὰρ ἂν καὶ πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς ἔχοι, καὶ ἑτέρων γένοιτο φίλος.

** Ἐπεὶ τοίνυν, ἅπερ ὁ ἐπιεικὴς ἑαυτῷ ἀπονέμει, ταῦτα δεῖ καὶ τῷ φίλῳ ἀπονέμειν· δεῖ γὰρ πρὸς τὸν φίλον ἔχειν ὥσπερ πρὸς ἑαυτόν· ὁ γὰρ φίλος ἄλλος αὐτός· φανερόν, ὅτι ἅπερ ὁ ἐπιεικὴς ἑαυτῷ βούλεται

est esse : quia contemplativam sequitur vitam : in mente autem et cogitatione uniuscujusque natura consistit, aut certe in ea maxime. Qui vero irrationali animi parti vitam et incolumitatem optat, sibique bona contingere cupit, quamvis naturam suam exuerit, non amplius sibi optat bona, sed illi, in quod mutatus est, generi : quin etiam sibi quisque bona contingere cupit, ratus se mansurum esse quod est : quodsi alium se evasisse animadvertat, nolit omnia bona illi, in quod transiit generi contingere : nihil enim interest, utrum alii bona exoptet, an sibi jam mutato. Nemo autem contentus est, si alii bona eveniant : etenim deo cuncta insunt bona, sed est ipse quidquid tandem est. Quocirca rebus præsentibus non sumus contenti, sed nobis ipsis aut amicis precamur bona, quod amici quasi pars nostri sunt. Quin etiam secum ipse solus vivere vult vir bonus, quia se ipso est contentus sibique jucundus : delectatur enim rerum olim gestarum memoria, tum facta sua secum revolvens, tum bona se adhuc acturum bonaque inventurum sperans, simulque præclaris præceptis mens ejus abundat : quæ quidem omnia, ut ipse sibi jucundissimus sit efficiunt, libenterque ipse solus secum habitat secumque vivit.

Sed improbi alios, quibuscum versentur, quærunt, seque ipsi fugiunt : multa enim ac molesta, quum soli sunt, recordantur, atque alia ejus generis sperant, quorum si cum aliis versantur oblivisci solent. Præterea dolet et lætatur una secum maxime vir bonus, quia semper eadem vult eademque concupiscit, neque in eo rationis compos animi pars cum patibili pugnat : ideoque idem illi semper molestum, idem etiam jucundum est : siquidem, ut ita dicam, immutabilis videtur. At improbi non item : quum enim nihil quod amabile sit habeant, non est quod amice erga se ipsos affecti sint : quare neque gaudent neque dolent una secum : quoniam eorum animus commotionibus agitatur, pugnatque rationis expers ejus portio cum rationali : nimirum pars irrationalis dolet, quum improbis factis abstinet, quo tempore pars rationalis non dolet una, sed gaudet : et contra : denique animum quasi distractum altera huc, altera illuc trahit : quodsi fieri nequit, ut eodem tempore aliquis et doleat et lætetur, nihilominus tamen paulo post dolet, quod prius lætabatur : talem videlicet voluptatem sibi evenisse nolebat. Pœnitentia enim abundant improbi. Unde apparet, ne erga se quidem amice affectum esse improbum, quia nihil quod amabile sit habet.

Sin autem ita affectum esse admodum est miserum, sedulo fugienda est improbitas, studendumque singulis est, ut probi sint et honesti : ita enim et amice erga se quisque affectus erit, et aliorum amicus erit.

Quoniam ergo ea quæ sibi vir bonus tribuit, amico quoque tribuenda sunt : in amicum autem ut in se ipsum animatus esse debet quilibet : amicus enim alter ipse :

* Εἰ δὴ τὸ οὕτως ἔχειν κτλ. — ** Τῷ δὴ πρὸς αὑτὸν κτλ.

καὶ ἀντινέμει, ταῦτά εἰσι τὰ φιλικά, καὶ ἐν τούτοις ἡ φιλία συνίσταται.

* Τὸ δὲ ζητεῖν πότερον φιλία ἐστὶν ἡ πρὸς ἑαυτὸν ἑκάστου ἀγάπη, ἢ μή, ἀφείσθω ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἡ γὰρ φιλία δύο, ἢ τριῶν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. Καὶ εἴ τις καὶ τὰ πρὸς ἑαυτὸν φιλίαν καλεῖ, εἴη ἂν φιλία, καθ' ὅσον [k] ἐστὶν αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν διαφέρων, καὶ τῷ λογιστικῷ τὸ παθητικὸν σπένδεται. Καὶ διότι δὲ ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας ἔοικε τῇ ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν ἀγάπῃ, καὶ αὐτὴ καλοῖτο ἂν φιλία.

(Scripsi : [a] ἑαυτοῦ] cod. ἑαυτῷ. — [b] τὰ διαφέροντα ἐν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν τῇ κοινῇ φύσει] cod. τὰ διαφέροντα τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῇ κοινῇ φύσει. — [c] ἄκριτος] cod. ἀκριτής. — [d] τά τε] cod. τάτε. — [e] ἀργίαν] cod. ἀργείαν. — [f] μένειν] cod. μένων. — [g] γενόμενον] cod. γινόμενον. — [h] ὅ,τι ποτέ ἐστι] vulgo ὅ,τί ποτέ ἐστι. — [i] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [k] καθ' ὅσον] vulgo. καθόσον. —)

apparet ea quæ sibi exoptat et tribuit vir bonus, amicitiæ esse documenta, et in his amicitiam consistere.

Utrum autem hæc sit amicitia, qua singuli se ipsos diligunt, nec ne, in præsenti quærere omittamus : duorum enim aut trium, quemadmodum e superioribus patet, est amicitia. Quod si quis sui amorem amicitiam vocet, amicitia fuerit eatenus, quatenus a se ipse differt, et patibilis animi pars rationi conciliatur. Præterea quia amicitia nimia et immoderata illi qua se quisque diligit, similis est amicitiæ, hæc quoque eodem nomine appelletur.

Κεφ. ς'.

Περὶ εὐνοίας.

** Ἡ δὲ εὔνοια φιλίᾳ μὲν ἔοικεν, οὐ μήν ἐστί γε φιλία. Καὶ γὰρ εὐνοοῦμεν καὶ οἷς οὐκ ἐσμὲν φίλοι· καὶ γίνεται εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτα, καὶ λανθάνουσα τὸν φιλούμενον· φιλία δὲ οὐκέτι [a], καθὼς καὶ πρότερον διὰ πλειόνων εἴρηται.

*** Οὔτε τοίνυν φιλία ἐστὶν ἡ εὔνοια, καὶ οὐδὲ φίλησις ἔοικεν εἶναι. Καὶ γὰρ ἡ μὲν φίλησις ὁρμήν τινα καὶ κίνησιν εἰς τὸ φιλούμενον ἔχει, καὶ ὄρεξιν αὐτοῦ, καὶ ζητεῖ ὁ φιλῶν ἀεὶ τὸ φιλούμενον. Ἡ δὲ εὔνοια οὐ τοιαύτη. Οἱ γὰρ εὖνοι [b] βούλονται μὲν τὰ ἀγαθὰ οἷς εἰσιν εὖνοι· συνεῖναι δὲ οὐ πάνυ ζητοῦσιν· ἔτι δὲ ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας, χρόνῳ γάρ τινι καὶ συνηθείᾳ ἡ φίλησις γίνεται· ἡ δὲ εὔνοια ἀθρόον, ὡς εἰπεῖν, οἷς ἐπιγίνεται, συμβαίνει· καθάπερ οἱ θεώμενοι πρὸς τοὺς ἀγωνιζομένους διατίθενται. Εὖνοι γὰρ γίνονται πρὸς αὐτοὺς εὐθὺς νικῶντας ὁρῶντες, καὶ συνθέλουσιν αὐτοῖς τὰ ἀγαθά· συμπράξαιεν δ' ἂν οὐδέν · οὐ γὰρ φίλησιν ἔχουσιν εἰς αὐτούς, χρόνῳ τινὶ καὶ συνηθείᾳ στέρξαντες, ἀλλ' ἅμα τε [c] εἶδον καὶ ἥσθησαν αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο ἐπιπολαίως στέργουσιν, ὅπερ ἐστὶν ἡ εὔνοια.

**** Φαίνεται τοίνυν ἀρχὴ φιλίας ἡ εὔνοια εἶναι, καθάπερ τοῦ ἐρᾶν ἀρχὴ γίνεται ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή· καὶ ὥσπερ οὐ δυνατὸν ἐρᾶν μὴ πρότερον ἡσθέντα τῷ εἴδει τοῦ ἐρωμένου, δυνατὸν δὲ ἡδόμενον μὴ ἐρᾶν· τότε γάρ τις ἐρᾷ ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ, καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμῇ· οὕτω δὴ καὶ φίλους οὐχ οἷόν τε εἶναι, μὴ εὔνους γενομένους· εὔνους δὲ μὴ φίλους εἶναι δυνατόν. Οἱ γὰρ εὖνοι βούλονται μὲν τὰ ἀγαθὰ

CAP. VI.

De benevolentia.

Benevolentia autem similis est illa quidem amicitiæ, non tamen amicitia est. Etenim benevolentiam erga eos etiam habemus, quibus amici non sumus : quin etiam ignotis aliquando benevolentia præstatur, quæ tamen hominem nobis carum latet : amicitia non item, quod supra latius perscripsimus.

Quare nec amicitia est benevolentia, neque amatio videtur esse. Amatio enim impetu quodam et motu ad id quod ei carum est fertur, et appetitu quodam incitatur, semperque qui ita amat illud quærit quod amat. Talis autem non est benevolentia. Nempe benevoli bona iis exoptant, quibus benevoli sunt : at versari cum iis non ferme concupiscunt : præterea amatio cum vitæ consuetudine conjuncta est, quia tempore et familiaritate amatio nascitur : at benevolentia subito, ut ita dicam, iis qui eam habere incipiunt, conciliatur : ut spectatores erga pugiles aut gladiatores afficiuntur. Benevoli enim statim iis fiunt, quos vincere vident, simulque bona iis optant : sed eos sua opera adjuvare nolint : non enim diligunt eos illorum more quorum affectio tempore et consuetudine crevit, sed simulac viderunt eos, delectari iis cœperunt, ideoque leviter tantum amant, qua in re posita est benevolentia.

Principium ergo amicitiæ videtur esse benevolentia, haud secus atque amoris ea quæ aspectu gignitur voluptas : et quemadmodum nemo amare potest, qui non fuerit ante forma specieque cari hominis delectatus; sed fieri potest, ut delectetur aliquis, nec tamen amet : quia tum demum amat aliquis, quum absentem desiderat, et præsentiam concupiscit : sic fieri nequit, ut inter se sint amici, qui non ante fuerint benevoli : fieri autem potest, ut qui benevoli sunt, non sint amici. Benevoli enim bona iis exoptant, quibus benevoli sunt, sed eos nec opera sua adjuvare, nec quidquam laboris aut

* Πρὸς αὑτὸν δὲ πότερόν ἐστιν κτλ. — ** Cap. 5. Ἡ δὲ εὔνοια κτλ. — *** Ἀλλ' οὐδὲ φίλησίς ἐστιν κτλ. — **** Ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι, κτλ.

οἷς εἰσιν εὖνοι, συμπράξαιεν δ' ἂν οὐδέν, οὐδ' ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν. Διὰ τοῦτο μεταφορικῶς τις καλέσειεν ἂν [d] αὐτὴν ἀργὴν [e] φιλίαν· χρονιζομένη γὰρ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένη, φιλία γίνεται.

* Φιλία δὲ οὐχ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον, ἢ τὸ ἡδύ, ἀλλὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα. Εὔνους γάρ τίς τινι γίνεται δι' ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειαν, ὅταν αὐτῷ καλὸς εἶναι δόξῃ, ἢ ἀνδρεῖος, ἤ τι τοιοῦτον· ὁ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ καὶ χρήσιμον βουλόμενός τινα εὐπραγεῖν, οὐκ ἐκείνῳ ἐστὶν εὔνους, ἀλλ' ἑαυτῷ, καθάπερ οὐδὲ φίλος ἐστὶν ὁ τοιοῦτος. Ὁμοίως δὲ οὐ διότι ἔλαβε βουλόμενος τῷ εὐεργέτῃ τὰ ἀγαθά, εὔνους ἂν εἴη κυρίως, ἀλλὰ τὰ δίκαια δρῶν, καὶ ἀποδιδοὺς τῷ εὐεργέτῃ τὴν χάριν ὧν εὖ πέπονθεν αὐτός, οὐ τῇ ἐκείνου ἀρετῇ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτοῦ ἀγαθῷ φαίνεται χαίρων.

Ἔστι τοίνυν ἡ εὔνοια οὔτε φιλία, οὔτε φίλησις, ἀλλὰ φιλίας ἀρχή, χρόνον δὲ καὶ συνήθειαν, καὶ τἄλλα φιλικὰ προσλαβοῦσα, φιλία γίνεται ἡ διὰ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὴν ἀρετήν.

(Scripsi : [a] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [b] εὖνοι] cod. εὐνοι. — [c] ἅμα τε] cod. ἅματε. — [d] καλέσειεν ἂν] cod. καλέσοιεν ἄν. — [e] ἀργὴν] cod. ἀρχήν. —)

molestiæ eorum causa suscipere velint. Quapropter per translationem aliquis eam otiosam amicitiam appellaverit : quippe temporis et consuetudinis diuturnitate amicitia fit.

Cæterum amicitiam dico non eam, quæ utilitatis aut voluptatis, sed quæ honestatis causa instituitur. Benevolus enim aliquis fit alicui ob virtutem et probitatem, quando ipsi aut honestus esse videtur, aut fortis, aut simili aliquo præditus bono : qui vero voluptatis et utilitatis causa res secundas alicui exoptat, non illi est benevolus, sed sibi, sicut ne amicus quidem talis homo est. Similiter nec ille qui quia beneficia ab aliquo accepit, beneficiorum auctori bona precatur, proprie benevolus fuerit, sed justus potius ; nam qui vicissim illi a quo beneficium accepit gratificatur pro iis quæ accepit, non illius virtute, sed suo bono gaudere videtur.

Quare benevolentia nec amicitia nec amatio est, sed amicitiæ principium, sin autem tempus et consuetudo et reliqua quæ ad amicitiam pertinent, accedant, fit amicitia ob bonum et virtutem instituta.

Κεφ. ζ'.

Περὶ ὁμονοίας.

** Ἡ δὲ ὁμόνοια φιλικόν τι καὶ αὐτή ἐστι, καὶ τῇ φιλίᾳ ἀκολουθεῖ. Ἔστι δὲ ὁμόνοια οὐ τὸ τὰ αὐτὰ δοξάζειν, οἷον ὁμοδοξία τις· ἡ μὲν γὰρ ὁμοδοξία γένοιτο ἂν καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἀλλήλους, οὐδὲν γὰρ κωλύει περὶ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ δοξάζειν, καὶ ἐπιστήμην ἔχειν τῶν αὐτῶν τὴν αὐτὴν μηδὲ εἰδότας ἀλλήλους· ἡ δὲ ὁμόνοια τῶν ἐν κοινωνίᾳ τινὶ καὶ φιλίᾳ ὄντων ἐστί.

*** Καὶ γὰρ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασιν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ τὰ αὐτὰ καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα.

**** Ἔστι τοίνυν ὁμόνοια τῶν φίλων ὁμογνωμοσύνη, οὐκ ἐν τοῖς θεωρητοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς πρακτοῖς, καὶ τούτων τοῖς ἀξιολόγοις, καὶ ἐν μεγέθει τινὶ οὖσι. Περὶ γὰρ τῶν ἐν τῷ βίῳ μικρῶν οὐ λέγονται ὁμονοεῖν ἀλλήλοις οὔτε πόλις οὔτε φίλοι· οἷον, οἴκοι μένειν, ἢ βαδίζειν εἰς ἀγοράν, ἢ τόδε εἰπεῖν, ἢ δρᾶσαι [a], δι' ὧν οὔτε ὠφέλειά τις μεγάλη, οὔτε βλάβη ἀκολουθεῖ· περὶ τούτων γὰρ καὶ τῶν τοιούτων οὐ λέγονται ὁμόνοιαν ἔχειν.

Ἀλλὰ τῶν μεγάλων καὶ συμφερόντων ἢ τοῖς φίλοις ἀμφοῖν, ἢ τῇ πόλει κοινῇ.

Οἷον ὅταν πάσῃ τῇ πόλει κοινῇ δοκῇ τοὺς ἄρχοντας μὴ κληρωτοὺς εἶναι διαδοχῇ τινι κτωμένους τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ αἱρετούς, ἢ συμμαχεῖν Λακεδαιμονίοις, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, ὅπερ ἀξιόλογόν τε, καὶ τῇ πόλει πάσῃ διαφέ-

CAP. VII.

De concordia.

Videtur ad amicitiam quoque referri posse concordia, quæ amicitiam sequitur. Est autem concordia non idem sentire, quasi aliquis opinionum consensus : quum inter eos etiam qui se mutuo ignorant, consensus esse possit, nihil enim obstat, quominus de iisdem idem sentiant, eandemque eorundem scientiam teneant, licet se mutuo non norint : concordia vero in iis quæ ad vitæ societatem amicitiamque spectant versatur. Etenim civitates concordes esse dicunt, quum de commodis suis consentiunt, eademque quæ communi consensu approbata sunt exsequuntur.

Est igitur concordia amicorum consensus, non in rebus sub contemplationem, sed sub actionem cadentibus, et quidem in rebus gravibus et amplis. De parvis enim rebus quæ in omni vita atque victu eveniunt neque urbem neque amicos idem sentire dicimus : verbi causa, de quæstione, utrum domi manendum, an in forum descendendum sit, vel hocne dicendum an agendum sit, e quibus neque magnum commodum, neque detrimentum ad nos redundat : de his enim ac talibus non idem sentire et concordare dicuntur homines.

Sed in magnis et quæ aut utrique amicorum aut reipublicæ conducunt concordiam versari dicimus. Ut quum tota civitas magistratus non sortiendos, ita ut per successiones munera obtineant, sed creandos esse decernit, aut Lacedæmonios in bello gerendo adjuvandos esse, aut denique aliud quid, qualecunque est, quod me-

* Οὐ τὴν διὰ τὸ χρήσιμον κτλ. — ** Cap. 6. Φιλικὸν δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια κτλ. — *** Οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας, ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασιν κτλ. — **** Οἷον αἱ πόλεις, ὅταν πᾶσι δοκῇ κτλ.

ρει. Καὶ τοὺς φίλους ὁμοίως ὁμονοεῖν λέγομεν, ὅταν τὸν αὐτὸν ἕλωνται βίον, καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἀμφοῖν ἢ πρὸς βλάβην ἢ πρὸς ὠφέλειαν φέροντα ἀμφότεροι ὁμοίως ἢ φεύγωσιν, ἢ διώκωσιν. Οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ δεῖ ζητεῖν μόνον τοὺς ὁμονοήσοντας ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ ὁμοίως τοῖς ὅλοις· οἷον εἰ δοκεῖ τοῖς φίλοις ἀμφοῖν ἡγεμόνα βίου θατέρῳ τὸν ἕτερον γενέσθαι, βούλοιντο δὲ οὐ τὸν αὐτόν, ἀλλ' ἑκάτερος ἑαυτόν, τηνικαῦτα γὰρ τὸ αὐτὸ μὲν ζητοῦσιν, ἀλλ' οὐχ ἐν τῷ αὐτῷ, ἀλλ' ἑαυτῷ ἑκάτερος, ὅπερ οὐκ ἔστιν ὁμονοεῖν. Καὶ ἐν ταῖς πόλεσι δὲ ὁμονοήσουσιν ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις, ὅταν τὸν αὐτὸν ἕλωνται πάντες ἄρχειν, ἢ τοὺς ἀρίστους πάντες, καὶ μὴ ἑαυτὸν ἕκαστος· καθάπερ Εὐριπίδης ἐν ταῖς Φοινίσσαις ἐποίησεν· οὕτω γὰρ οὐ τὸ πᾶσιν ἀρέσκον γίνεται· τὸ δὲ οὐκ ἔστιν ὁμόνοια· ἀλλ' ὅταν τύχωσι πάντες οὗ ἐφίενται, τηνικαῦτα ὁμονοοῦσιν.

* Ἔστι τοίνυν ἡ ὁμόνοια πολιτική τις φιλία, καὶ οὕτω λέγεται· καὶ γὰρ περὶ τὰ πρακτά, καὶ τὰ συμφέροντά ἐστι, καὶ πρὸς τὸν βίον ἀνήκοντα· ταῦτα δὲ τῆς πολιτικῆς.

** Ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν ἡ ὁμόνοια· οὗτοι γὰρ καὶ ἑαυτοῖς ὁμονοοῦσι, καὶ ἀλλήλοις ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὄντες, ὡς εἰπεῖν· τῶν τοιούτων γὰρ ἵσταται τὰ βουλήματα, καὶ μένει, καὶ οὐ μεταῤῥεῖ, καθάπερ Εὔριπος, βούλονταί τε τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα, τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται.

*** Τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν πλὴν ἐπὶ μικρόν, καθάπερ καὶ φίλοι βέβαιοι οὐ δύνανται εἶναι πλεονεξίας ἐφιέμενοι, καὶ μεῖζον ἔχειν ἑκάτερος ἑκατέρου ζητοῦντες ἐν τοῖς συμφέρουσιν· ἐν γὰρ τοῖς πόνοις καὶ ἐν ταῖς ὑπὲρ ἀλλήλων λειτουργίαις ἀεὶ ζητοῦσι τὸ ἔλαττον ἔχειν, καὶ ἑαυτὸν ἑκάτερος ἄξιον νομίζων ὀλίγα μὲν πονεῖν, μεγάλα δὲ ὠφελεῖσθαι, τὸν ἕτερον εὐθύνει, περὶ τῶν λειτουργιῶν ἀκριβολογούμενος, καὶ κωλύων τῶν συμφερόντων ἀπολαύειν, ὅσον ἐθέλει, ὡς μεγάλων, φαύλων ἀπονάμενον πόνων· διὰ τοῦτο μὴ τηροῦντες τὸ κοινόν, ἀλλ' ἑκάτερος τὸ ἑαυτοῦ, τάχιστα διαλύονται· τὸ γὰρ συνάπτον διασπῶσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κοινὸν καὶ ἡ ὁμόνοια· τοῦ συνάπτοντος δὲ διαλυθέντος, οὐ δύνανται συνημμένοι εἶναι. Συμβαίνει τοίνυν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀπαιτοῦσι μὲν παρ' ἀλλήλων τὰ φιλικά, αὐτοῖς δὲ οὐ βουλομένοις τὰ δίκαια ποιεῖν· ὅθεν ἐν τοῖς φαύλοις οὐ δυνατὸν ὁμόνοιαν εἶναι, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπιεικέσι μόνοις.

(Scripsi : [a] δρᾶσαι] cod. δράσαι. —)

Hoc enim amicitiæ maxime proprium esse videbatur. Neque enim fieri posse, ut quis cum plurimis vivat, eisque omnibus sese dedat atque impertiat, manifestum est. Nam versari nos cum amicis oportet : quod si plurimi fuerint, factu difficillimum est : quin etiam amice simul

* Cap. 10. Ἆρ' οὖν ὡς πλείστους φίλους ποιητέον, κτλ. — ** Τοῖς μὲν δὴ πρὸς χρῆσιν κτλ. — *** Καὶ οἱ πρὸς ἡδονὴν δὲ κτλ. — **** Τοὺς δὲ σπουδαίους πότερον πλείστους κτλ.

καὶ συγχαίρειν οἰκείως· καὶ τοῦτο δὲ χαλεπόν, εἰ πολλοῖς τις χρήσαιτο φίλοις. Πολλῶν γὰρ ὄντων οἱ μὲν χαίρουσιν, οἱ δὲ ἄχθονται κατὰ ταὐτόν· καὶ δέον τὸν φίλον ἐπιμερίζειν ἑαυτὸν ἑκατέροις· τὸ δὲ ἐπίπονον. Ἴσως οὖν εὖ ἔχει μὴ ζητεῖν σφόδρα πολυφιλώτατον εἶναι, ἀλλὰ τοσούτους παραδέχεσθαι φίλους, ὅσοις δυνάμεθα συζῆν, καὶ συνημερεύειν, καὶ συναλγεῖν, καὶ συγχαίρειν. Οὕτω δὲ χρῆσθαι πολλοῖς οὐκ ἐνδέχεται διὰ τοῦτο, οὐδὲ κατὰ τὴν ἐρωτικὴν φιλίαν πολλῶν ἐνδέχεται φίλον εἶναι. Ἡ γὰρ ἐρωτικὴ φιλίας ἐστὶν ὑπερβολή, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ἕνα δύναται γίνεσθαι· τὸν ἴσον δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς κατ' ἀρετὴν φιλίας πολλοὺς σφόδρα φιλεῖν, καὶ τὰ φιλικὰ πάντα σώζειν περὶ αὐτοὺς οὐκ ἐνδέχεται, ὀλίγοις δὲ οὕτω χρήσασθαι δυνατόν· τούτοις δὲ τοῖς λόγοις καὶ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ· οὐ γὰρ γίνονται φίλοι πολλοὶ κατὰ τὴν ἑταιρικὴν φιλίαν· ἀλλ' αἱ μάλιστα ὑμνούμεναι ἑταιρικαὶ φιλίαι ἐν δυσὶ γενέσθαι λέγονται.

* Οἱ δὲ πολύφιλοι καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες καὶ ἃ δεῖ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἀποδιδόναι δοκοῦντες οὐδενὶ φίλοι εἰσὶ τὴν ἀκριβῆ καὶ ἀληθῆ φιλίαν· ἀλλὰ φίλοι ἂν λέγοιντο τὴν λεγομένην πολιτικὴν φιλίαν. Τούτων δὲ οἱ μὲν ἄρεσκοί εἰσι, πάντα τοῖς συνοῦσι χαριζόμενοι, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται· οἱ δὲ ἐπιεικεῖς εἰσι, καὶ πρὸς ἀλήθειαν σύνεισι καὶ τὸ ἀγαθόν, οἳ καὶ φίλοι καλοῦνται διὰ τὴν πρὸς τὴν φιλίαν ὁμοιότητα, καί εἰσι μεταξὺ τῶν τε ἀρέσκων καὶ τῶν δυσκόλων ἐπαινετοί, ἀμφοτέρων ψεκτῶν, καθὼς ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ τετάρτου βιβλίου διείληπται. Τοιούτους μὲν οὖν φίλους πολλοὺς ἄν τις εὕροι· τοὺς δὲ κυρίως φίλους ἀγαπητὸν καὶ ὀλίγους εὑρεῖν.

(Scripsi : [a] χρήζουσι] cod. χρήζουσι. — [b] τοσοῦτοι] cod. τοσοῦτον. —)

dolere cum iis, simul gaudere debemus : quod ipsum quoque molestum fuerit, si quis multis amicis utatur. Nimirum si multi fuerint, alii gaudebunt eodem tempore, alii dolebunt : et utrisque quasi se impertire amicus debebit : hoc autem molestiam nobis exhibet. Quare expedit fortasse non admodum multos sibi reddere amicos, sed tot solum admittere, quot tum ad vitam una transigendam atque agendam, tum ad dolendum simul ac gaudendum satis futuri sunt. Ita autem multis hanc ob causam uti non licet, nam ne in amatoria quidem amicitia multis esse amici possumus. Amor quippe amicitiæ nimium est, ideoque erga unum duntaxat haberi potest : eodemque modo in ea quæ virtutis causa contrahitur amicitia, ut admodum multos diligamus, omniaque quæ amicitia postulat officia perpetuo iis præstemus, vix fieri potest, sed paucis tantum ita uti licet. Quibus rationibus etiam res ipsæ fidem faciunt : in eam enim amicitiam qua sodales inter se conjuncti sunt, non recipiuntur multi : sed eae quæ maxime in hoc genere celebrantur, inter duos fuisse dicuntur.

Qui vero multos habent amicos et cum omnibus familiariter conversantur, et qui quæ oportet unicuique civium tam verbis quam re tribuere videntur, cum nemine firmæ illius et veræ amicitiæ vinculo conjuncti sunt, sed amici tantum civilis amicitiæ more dici possunt. Quorum alii sunt blandi, qui omnia gratificantur familiaribus, de quibus supra dictum est : alii viri boni et modesti sunt, qui veritatis studio ducti et honestatis causa cum amicis versantur, qui quidem ab ea quam habent amicitiæ similitudine, amici appellantur, suntque inter blandos et morosos, quorum utrique reprehenduntur, laude digni, quemadmodum in octavo libri quarti capite expositum est. Tales ergo multos reperias amicos : sed bene nobiscum agitur, si vel paucos eorum qui proprie amici nominantur, invenire queamus.

Κεφ. ιβ΄.

Πότερον ἐν εὐτυχίαις φίλων μᾶλλον δεῖ ἢ ἐν ἀτυχίαις, καὶ ὅτι τὸ συζῆν ἰδιαίτατον ἔργον ἐν φιλίαις σπουδαίων τε καὶ φαύλων.

** Ἐπεὶ δὲ δεῖ φίλων τοῖς τε εὐδαίμοσι καὶ τοῖς δυστυχέσι, ζητητέον ποτέροις μᾶλλον δεήσει τῶν φίλων. Οἵ τε γὰρ ἀτυχοῦντες δέονται τῆς παρὰ τῶν φίλων ἐπικουρίας, οἵ τε εὐδαίμονες οἷς συζήσουσι, καὶ οὓς εὖ ποιήσουσιν· ἐθέλουσι γὰρ εὖ ποιεῖν, καὶ ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐστιν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν.

*** Ἔστι δὲ τρόπον μέν τινα τῷ δυστυχεῖ χρεία φίλων μᾶλλον, ἢ τῷ σπουδαίῳ, κατὰ ἄλλον δὲ τρόπον τῷ εὖ πράττοντι μᾶλλον· τὸ μὲν διὰ τὸ ἀναγκαῖον, τὸ δὲ διὰ τὸ καλόν· τῷ μὲν γὰρ δυστυχεῖ ἀναγκαιότερον οἱ φίλοι, ἢ τῷ εὐδαίμονι.

Cap. XII.

Utrum in secunda an in adversa fortuna magis amicis egeamus, deinde versari cum amicis proprium tam in proborum quam in improborum amicitiis officium esse.

Quum ergo et felices indigeant amicis et infelices, quærendum est, utri magis iis opus habituri sint. Nam et infortunati amicorum auxilio egent, et fortunati tum ad convictum tum ad beneficia in eos conferenda : volunt quippe bene facere, idque ad felicitatem iis necessarium est.

Aliqua igitur ex parte infortunato magis amicis opus est, quam viro bono et felici, aliqua rursus fortunato magis : alteri quidem necessitate coacto, alteri vero ob honestatem : nam infortunato magis necessarii amici sunt, quam fortunato.

* Οἱ δὲ πολύφιλοι καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες κτλ. — ** Cap. 11. Πότερον δὲ ἐν εὐτυχίαις κτλ. — *** Ἀναγκαιότερον μὲν γὰρ δὴ ἐν ταῖς ἀτυχίαις κτλ.

* Τῷ εὐδαίμονι δὲ κάλλιον, ἢ τῷ κακῶς πράττοντι· διὰ τοῦτο ἐν μὲν ταῖς ἀτυχίαις οὐ τοσοῦτον δεῖ φίλων σπουδαίων, ὅσον ὠφελίμων καὶ χρησίμων, ἐν δὲ ταῖς εὐτυχίαις οὐδαμῶς χρησίμων, ἀλλὰ ἀγαθῶν μόνον· τοὺς γὰρ ἐπιεικεῖς οἱ εὐδαίμονες ζητοῦσι, καὶ τούτους βούλονται μᾶλλον εὐεργετεῖν, καὶ μετὰ τούτων διάγειν.

** Ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῶν φίλων ἡδεῖα, καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις· κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι συναλγούντων αὐτοῖς τῶν φίλων. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπορήσειεν ἄν τις, ἀνθ' ὅτου κουφίζονται τῷ συναλγοῦντας τοὺς φίλους ὁρᾷν· δοκεῖ γὰρ ὥσπερ βάρος μεριζόμενον καὶ πρὸς τοὺς φίλους κουφίζεσθαι. Τὸ δὲ οὐχ ἔστιν· ἀλλ' ἡ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τῶν φίλων ἡδονή, καὶ τὸ τοὺς συναλγοῦντας ὁρᾷν ἡδὺ ὄν, ἐλάττω ποιεῖ τὴν λύπην· ἡδονὴ γὰρ λύπην ἐλαύνει· εἰ μὲν οὖν διὰ ταῦτα ἢ δι' ἄλλο τι κουφίζονται, ἀφείσθω ζητεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος· ὅτι δὲ ῥάους γίνονται οἱ λυπούμενοι διὰ τὴν παρουσίαν τῶν φίλων, φανερόν ἐστι.

*** Ἔοικε δὲ μὴ καθαρῶς χαίρειν αὐτοὺς τοῖς συναλγοῦσι τῶν φίλων, μηδὲ ἄμικτον αὐτοῖς εἶναι τὴν τοιαύτην ἡδονήν, ἀλλὰ καὶ ἀλγεῖν ἐν τῷ μέρει. Αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾷν τοὺς φίλους ἡδύ, μάλιστα τοῖς ἀτυχοῦσι, καί τις αὐτῷ γίνεται ἐπικουρία πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι. Παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος, καὶ ὁρώμενος καὶ λέγων, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος· γινώσκει γὰρ τὸν τοῦ φίλου τρόπον, καὶ οἷς χαίρει, καὶ οἷς λυπεῖται, καὶ δύναται παραμυθήσασθαι ῥᾳδίως.

Κατὰ τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόοπν ἡδεῖά ἐστιν ἡ παρουσία τῶν φίλων. Τὸ δὲ λυπούμενον αἰσθάνεσθαι τὸν φίλον ἐπὶ ταῖς ἑαυτοῦ ἀτυχίαις, λυπηρὰν ποιεῖ τηνικαῦτα τὴν συνουσίαν τῶν φίλων· πᾶς γὰρ λυπηρὸν ἡγεῖται τὸ λύπης αἴτιος γενέσθαι τοῖς φίλοις. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἀνδρώδεις τὴν φύσιν εὐλαβοῦνται συλλυπεῖσθαι τοὺς φίλους αὐτοῖς, κἂν [a] μὴ μεγάλη μὲν ἡ παραμυθία ᾖ καὶ ἐπὶ μεγίσταις συμφοραῖς, μικρὰ δὲ ἡ λύπη, ἣν συναλγοῦσιν αὐτοῖς, οὐκ ἀνέχονται κοινωνεῖν τοῖς φίλοις τῶν κακῶν, ὅλως τε τοὺς συνθρηνοῦντας οὐ προσίενται, διὰ τὸ μηδὲ αὐτοὶ θρηνητικοὶ εἶναι, ἀλλὰ γενναίως ἔχειν πρὸς τὰ λυπηρά. Γύναια δὲ καὶ οἱ γυναικώδεις τῶν ἀνδρῶν τοῖς στενάζουσι χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους καὶ συναλγοῦντας· δεῖ δὲ οὐ τούτους ἀλλὰ τοὺς ἀνδρικοὺς μιμεῖσθαι· ἐν ἅπασι γὰρ προσήκει τὰ βελτίω διώκειν· οὕτω μὲν οὖν τοῖς δυστυχοῦσιν οἱ φίλοι βοηθοῦσιν.

**** Ἡ δὲ ἐν ταῖς εὐτυχίαις παρουσία τῶν φίλων διπλῶς ἡδεῖά ἐστιν, ὅτι τε ἡδίστη ἐστὶν ἡ μετὰ τῶν φίλων διατριβή, καθ' ὅσον [b] εἰσὶ [c] φίλοι, καὶ ὅτι βλέπουσι χαίροντας τοῖς αὐτῶν ἀγαθοῖς, ὃ τῆς μεγίστης εὐνοίας τεκμήριόν ἐστιν.

***** Ἐπεὶ τοίνυν κοινωνοῦντες μὲν τοῖς φίλοις τῶν

Est autem felici amicorum possessio pulchrior, quam infelici: ideoque in fortuna adversa non tam honestis opus est amicis, quam utilibus et qui prodesse possunt, in secunda autem minime utilibus, sed bonis tantum: probos quippe quærunt beati, eosque magis beneficiis afficere gestiunt, et cum iis vivere.

Ipsa enim etiam in rebus secundis grata est amicorum præsentia: levantur scilicet dolore ii qui dolent, amicis æquam doloris partem ferentibus. Itaque dubitare possit aliquis, cur dolore leventur, quum dolere secum videant amicos: videtur enim dolor tanquam onus etiam cum amicis communicatum mitigari. Quod tamen ita non est: sed ea quæ ex amicorum præsentia capitur voluptas, illorumque quos secum dolere vident conspectus, quippe qui jucundus sit, leviorem efficit dolorem; nempe voluptas abigit dolorem: utrum igitur propterea an propter aliud quid dolore leventur, in præsentia quærere omittamus: nam certe præsentibus amicis mœrentium dolorem mitigari manifestum est.

Videntur tamen non prorsus iis amicis qui æquam doloris partem ferunt delectari, neque mera videtur esse talis eorum voluptas, sed cum dolore aliquo conjuncta. Ipse enim per se amicorum gratus est conspectus, præsertim calamitosis, estque hoc quasi aliquod doloris remedium. Nimirum potest amicus tum aspectu tum sermone consolari, si sit commodus et urbanus: nam et mores amici novit, quibusque rebus ille delectetur et offendatur, tenet, ideoque facile ei est lugentem consolari.

Hoc igitur modo grata est amicorum præsentia. At sentire amicum molestia ex nostris casibus adversis affici, res est quæ amicorum conversationem tum molestam efficiat: doloris enim causam præbere amicis, cuilibet molestum videtur. Itaque viri fortes et natura magnanimi cavent ne secum una doleant amici, ac nisi magnum ipsis solatium allaturi sunt et in maximis calamitatibus, sed contra si exiguus est dolor ex quo secum molestiam tracturi sint, non sustinent communia cum amicis habere mala, denique lamentorum socios non admittunt, quia ne ipsi quidem ad lamentandum propensi sunt, sed forti potius animo molestias ferunt. Mulierculæ autem virique mulierculis similes hominibus gementibus delectantur, eosque ut amicos et doloris socios diligunt: quos quidem imitari non oportet, sed viriles illos potius: in omnibus enim ea quæ meliora sunt sequi nos decet: sic igitur infortunatis amici opitulantur.

In rebus secundis vero dupliciter grata est amicorum præsentia, tum quia jucundum videtur cum amicis versari, quatenus sunt amici, tum quia eos bonis suis delectari vident, quod maximæ benevolentiæ signum est.

Quando igitur, quoties cum amicis adversam nostram

* Κάλλιον δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις κτλ. — ** Κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι κτλ. — *** Ἔοικε δ' ἡ παρουσία μικτή τις αὐτῶν εἶναι κτλ. — **** Ἡ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις κτλ. — ***** Διὸ δόξειεν ἂν δεῖν κτλ.

συμφορῶν λυποῦμεν, μεταδιδόντες δὲ τῆς εὐδαιμονίας εὐφραίνομεν, δόξειεν ἂν δέον εἶναι προθύμως μὲν καλεῖν αὐτοὺς εἰς τὰς εὐτυχίας, εἰς δὲ τὰς ἀτυχίας ὀκνοῦντα. Τὸ μὲν γὰρ εὐεργετεῖν καλόν· μεταδιδόναι δὲ τῶν κακῶν ὡς ἥκιστα δεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ τραγῳδός φησιν, Ἅλις ἐγὼ δυστυχῶν· οὐδὲ γὰρ δεῖ τοὺς φίλους τῶν οἰκείων ἀναπιμπλάναι κακῶν· τηνικαῦτα δὲ παρακλητέον τοὺς φίλους ἐπὶ τὸ συναλγεῖν, ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες μεγάλα τοὺς λυπουμένους ὠφελήσειν.

* Αὐτοὺς μέντοι [d] τοὺς φίλους τὸ ἀνάπαλιν ἁρμόζει ποιεῖν πρὸς τοὺς ἐν συμφοραῖς, ἔξω συμφορῶν ὄντας. Ἰέναι γὰρ δεῖ πρὸς μὲν τοὺς ἀτυχοῦντας ἀκλήτους καὶ προθύμους· φίλου γὰρ τὸ εὖ ποιεῖν, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν χρείᾳ, καὶ μήπω ἀξιώσαντας. Τοῦτο γὰρ ἀμφοτέροις, καὶ τῷ διδόντι, καὶ τῷ λαμβάνοντι καὶ κάλλιον καὶ ἥδιον. Εἰς δὲ τὰς εὐτυχίας ἰέναι μέν, ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ συνεργεῖν καὶ βοηθεῖν τοῖς φίλοις τὴν εὐτυχίαν προθύμως ἔχειν· πρὸς δὲ τὸ κοινωνεῖν τῆς εὐπαθείας αὐτοῖς, σχολαιότερον· οὐ γὰρ καλὸν τὸ προθυμεῖσθαι ὠφελεῖθαι· προθυμουμένους δὲ καὶ ἐπειγομένους τοὺς φίλους ὠφελεῖν, ἴσως οὐ δεῖ διωθεῖσθαι καὶ ἀποσείεσθαι τὴν εὐεργεσίαν, μὴ καὶ δόξωσι πρὸς τοὺς φίλους ἀηδῶς ἔχειν. Τοῦτο γὰρ ἐνίοτε συμβαίνει.

** Φανερὸν δή ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ ζῆν μετ' ἀλλήλων. Καὶ καθάπερ τοῖς ἐρῶσιν ἀγαπητότατόν ἐστι τὸ ἀλλήλους ὁρᾶν, καὶ μᾶλλον αἱροῦνται κατὰ ταύτην τὴν αἴσθησιν συνεῖναι ἀλλήλοις, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας, ὡς διὰ ταύτης τῆς αἰσθήσεως καὶ γινομένου τοῦ ἔρωτος ἐξ ἀρχῆς καὶ συνισταμένου, οὕτω καὶ τοῖς φίλοις τῶν ἄλλων φιλικῶν μάλιστα πάντων αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν.

*** Κοινωνία γάρ ἐστι τὸ συζῆν, καὶ κοινωνιῶν ἡ τελειοτάτη [e]· ἡ δὲ φιλία ἐν τῇ κοινωνίᾳ ἔχει τὸ εἶναι· κοινωνία γὰρ ἡ φιλία. Ἄλλως τε καὶ ὅτι τὸ αἰσθάνεσθαί τινα ἑαυτοῦ αἱρετώτατόν ἐστιν, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται· πρὸς δὲ τὸν φίλον οὕτως ἔχει, ὡς πρὸς ἑαυτόν· ὥστε καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τοῦ φίλου αἱρετὸν ἂν εἴη μάλιστα πάντων. Αἰσθάνοιτο δ' ἄν τις ἐνεργείᾳ τοῦ φίλου συνών, καὶ συζῶν, καὶ συνδιάγων αὐτῷ· ὥστε εἰκότως ἐφίενται συζῆν ἀλλήλοις οἱ φίλοι. Διὰ τοῦτο καὶ ἕκαστος ὃ νομίζει εἶναι τὴν ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν, καὶ οὗ ἕνεκα αἱρεῖται τὸ ζῆν, καὶ ὃν ἀνθρώπινον ἡγεῖται βίον, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν φίλων βούλεται ζῆν καὶ διάγειν. Καὶ οἱ μὲν συμπίνειν οἴονται δεῖν φίλοις, οἱ δὲ συγκυβεύειν, οἱ δὲ συνθηρεύειν καὶ συγγυμνάζεσθαι, ὅτι ταῦτα αὐτοῖς τίμια εἶναι δοκεῖ, καὶ δεῖν τούτων κοινωνοὺς ἔχειν τοὺς φίλους· ἕτεροι δὲ συμφιλοσοφοῦσι, καὶ ἄλλοι ἄλλων ἐνεργειῶν καὶ βίων κοινωνοῦσι τοῖς φίλοις, καὶ ὅλως ἕκαστοι ἐν τούτῳ συνημερεύειν βούλονται τοῖς φίλοις, ὅ, τι περ [f] μάλιστα ἀγαπῶσι τῶν ἐν βίῳ. Συζῆν γὰρ βουλόμενοι

fortunam communicamus, molestia eos afficimus, quoties secundam, exhilaramus, videri possint ad res secundas cupide studioseque vocandi, ad adversas autem timide ac dubitanter. De aliis enim bene mereri pulchrum est : quam parcissime autem mala sunt amicis impertienda. Quapropter et tragicus ait, Sufficit, ut ego miser sim : neque enim malis nostris amicos onerari convenit : verum tum demum in doloris societatem assumendi sunt amici, quum parva molestia devorata valde sunt moerentibus profuturi.

Ipsos vero amicos calamitatum immunes contrario modo cum infortunatis agere decet. Nam ad eos quos adversa fortuna premit non vocati cupide et alacriter ire debent : nimirum cum amicis bene facere amici est, tum vero maxime egentibus et iis qui nondum postularunt. Hoc enim utrique, danti scilicet et accipienti, honestius et jucundius est. Ad secundas res autem eundum est, ita tamen, ut amicis etiam felicitate florentibus alacres adjutores et auxiliatores simus : ad beneficium vero inde accipiendum tardius eundum est : neque enim id studere, ut beneficio afficiaris, honestum est; porro illi qui amicis prodesse et student et properant fortasse non sunt rejiciendi, neque eorum repudiandum est beneficium, ne parum comes et humani erga amicos esse videamur. Hoc enim interdum usu venit.

Apparet ergo ex superioribus, vitæ societatem amicis maxime expetendam esse. Et quemadmodum amantibus, se invicem videre gratissimum est, maluntque hujus sensus quam cæterorum sensuum beneficio inter se conversari, quia ex hoc potissimum et nascatur initio amor et consistat, sic et amicis vitæ societas reliquis omnibus amicitiæ documentis optabilior est.

Communio enim quædam vitæ societas est, et quidem communionum omnium perfectissima : in communione autem consistit amicitia : nam communio est amicitia : præsertim quum sui sensus, quatenus se esse sentit aliquis, maxime expetendus sit, quemadmodum in superioribus diximus ; in amicum autem ita quisque animatus est, ut in se ipsum : itaque et amici sensus, quatenus eum esse sentit, omnium maxime expetendus fuerit. Re ipsa autem amicum sentit, qui una est, cum eoque vivit et versatur : itaque merito amici una vivere cupiunt. Ideoque quilibet id quod humanam esse arbitratur efficacitatem, et cujus rei causa vitam appetit, et quod ipsam esse existimat humanam vitam, in hoc ipso vivere vult cum amicis et versari. Itaque alii potare, alii alea ludere, alii venari, alii exerceri cum amicis se debere existimant, quod hæc præclara ipsis videntur esse, et horum socios amicos habere volunt : alii rursus una philosophantur, alii aliarum actionum et vivendi generum consortes amicos asciscunt, denique in hoc quisque studio totos dies cum amicis consumere volunt, quod maxime omnium vitæ studiorum amplectuntur.

* Ἰέναι δὲ ἀνάπαλιν ἴσως κτλ. — ** Cap. 12. Ἆρ' οὖν ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι κτλ. *** Κοινωνία γὰρ ἡ φιλία κτλ.

μετὰ τῶν φίλων ταῦτα ποιοῦσι, καὶ τούτων κοινωνοῦσιν ἃ καὶ ἀμφοτέροις ἡδέα ἐστίν. Οὕτω γὰρ συζῆν δυνατόν.

* Γίνεται οὖν ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία μοχθηρά, καὶ κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις τῶν φαύλων, καὶ ἡ φιλία αὐτοῖς οὐχ ἕστηκεν· ἀβέβαιοι γάρ εἰσι· καὶ χείρους δὲ γίνονται ἑαυτῶν, ὁμοιούμενοι ἀλλήλοις καὶ παρακαλοῦντες ἀλλήλους ἐπὶ τὰ φαῦλα.

** Ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν φιλία ἐπιεικής ἐστι καὶ βεβαία, συναυξανομένη ἀεὶ ταῖς ὁμιλίαις· δοκοῦσι δὲ καὶ βελτίους γίνεσθαι ταῖς ἀγαθαῖς ἐνεργείαις, διορθοῦντες ἀλλήλους· ἀπομάττονται γὰρ παρ' ἀλλήλων τὰ παρ' ἑκατέρῳ ἀγαθά, δι' ἃ φιλοῦσιν ἀλλήλους. Διὰ τοῦτο καὶ ποιητής τίς φησιν·

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλά.

Καὶ γὰρ ἀπὸ μὲν τῶν ἀγαθῶν ἀγαθά, ἀπὸ δὲ τῶν φαύλων φαῦλα καρπούμεθα. Περὶ μὲν οὖν φιλίας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Ἑπόμενον δ' ἂν εἴη διελθεῖν περὶ ἡδονῆς.

(Scripsi : [a] κἂν] cod. κᾂν. — [b] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. — [c] εἰσὶ] cod. εἰσὶν. — [d] μέντοι] cod. μέν τοι. — [e] τελειοτάτη] cod. τελειωτάτη]. — [f] ὅ, τιπερ] cod. ὅτι περ. —)

Quum enim una cum amicis vivere velint, hæc faciunt hæcque inter se communicant quæ utrisque jucunda sunt. Sic enim una vivere possunt.

Malorum igitur vitiosa amicitia est, et malarum inter se rerum commercium habent, sed eorum non permanet firma amicitia : quique instabiles sunt : quin etiam dum similes inter se fiunt atque alter alterum ad res malas exhortatur, pejores quam ante fuerant evadunt. Bonorum autem bona est et firma amicitia, quæ sermonibus et congressu semper amplificatur : videntur autem bonis actionibus fieri meliores, quia alter alterum corrigit : imitatur enim alter alterius bona, propter quæ se mutuo diligunt. Quocirca et poeta quidam ait

Virtutem disces ex fortibus.

Namque a bonis bona, a malis autem mala impetramus. Ac de amicitia quidem hactenus dictum sit. Deinceps vero de voluptate fuerit disputandum.

* Γίνεται οὖν ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία κτλ. — ** Ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν κτλ.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

Κεφ. α'.

Περὶ ἡδονῆς.

* Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἡδονῆς ἀκόλουθόν ἐστι διελθεῖν τελεώτερον· καὶ γὰρ συμπέφυκέ πως καὶ συνῳκειωμένη τῷ γένει ἡμῶν. Διὰ τοῦτο καὶ παιδαγωγοῦντες τοὺς νέους ἄγομεν ἡδονῇ καὶ λύπῃ, διὰ μὲν τῆς λύπης ἀπάγοντες τῶν φαύλων, διὰ δὲ τῆς ἡδονῆς εἰς τὸ ἀγαθὸν προτρεπόμενοι· ὅθεν δῆλον, ὅτι φύσει τὴν μὲν λύπην φεύγομεν, τὴν δὲ ἡδονὴν διώκομεν. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν καὶ πράξεων ὁ λόγος ἡμῖν, καὶ περὶ τῆς ἡδονῆς διαλαβεῖν εἰκὸς ἂν εἴη, καὶ πρέπον τῇ πραγματείᾳ. Φαίνεται δὲ ὅτι οὐ μικρὰ συλλαμβάνεται πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς τὸ χαίρειν οἷς χαίρειν προσήκει, καὶ μισεῖν ἃ δέον ἐστὶ μισεῖν. Ταῦτα γὰρ συμπαρεκτείνεται τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ· καὶ τοῖς μὲν χαίρομεν, τοῖς δὲ λυπούμεθα· καὶ μεγάλην ῥοπὴν ἔχει πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ τὸν εὐδαίμονα βίον, εὖ, καὶ καλῶς, καὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν γινόμενα λόγον.

** Περὶ δὲ τῶν τοιούτων μὴ λέγειν ἥκιστα ἂν δόξειεν εἰκὸς εἶναι, ἐπεὶ μηδὲ ἁπλοῦς μηδὲ προφανὴς ὁ περὶ τῆς ἡδονῆς λόγος, ὥστε μὴ δεῖσθαι πολλῶν καὶ σπουδαίων λόγων· ἀλλὰ οὕτω πολλήν τινα τὴν ἀμφισβήτησιν ἔχει, ὥστε οἱ μὲν αὐτὸ τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν εἶναί φασιν, οἱ δὲ οὐδ' ἀγαθὸν ἁπλῶς, ἀλλ' ἐξ ἐναντίας κομιδῇ φαῦλον. Καὶ τῶν λεγόντων φαῦλον ἡδονήν, οἱ μὲν καὶ αὐτοὶ φρονοῦσιν οὕτως ἔχειν, καὶ πεπεισμένοι εἰσὶ φαῦλον αὐτὴν εἶναι· οἱ δὲ φρονοῦσι μὲν ἀγαθήν τινα ἡδονὴν εἶναι, τοὺς ἄλλους δὲ ἐθέλουσι πείθειν φαῦλον ἁπλῶς ἅπασαν εἶναι, νομίζοντες οὕτως βέλτιον εἶναι τῷ βίῳ, καὶ λυσιτελέστερον τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἡδονὴν οἴεσθαι φαῦλον εἶναι· φύσει γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἰς αὐτὴν ῥέποντας δέον εἶναί φασιν εἰς τοὐναντίον ἕλκειν, καὶ δι' ὧν ἔξεστι καθάπαξ τῶν ἡδονῶν ἀπάγειν, ἵνα δυνηθῶσιν εἰς τὸ μέσον ἐλθεῖν, καὶ ὡς δεῖ πρὸς τὴν ἡδονὴν ἔχειν. Ταῦτα δὲ οὐ καλῶς λέγουσιν· οὐ γὰρ οὕτω δυνήσονται τοὺς πολλοὺς τῶν φαύλων ἀπαγαγεῖν ἡδονῶν. Τὰ γὰρ ἀνθρώπινα πάθη, καὶ ἃ δρῶσι, πιστότερά εἰσι τῶν περὶ

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER DECIMUS.

Cap. I.

De voluptate.

Post hæc vero superest. ut de voluptate uberius disseramus : namque hæc generi nostro quodammodo insita est et conjuncta. Itaque in instituendis adolescentibus voluptate eos ac dolore moderamur, dolore quidem a malis avertentes, voluptate autem ad bonum impellentes; unde apparet, natura et dolorem nos fugere, et voluptatem sequi. Sed quoniam cum de affectibus humanis, tum de actionibus sermo est, simul etiam consentaneum fuerit et huic tractatui accommodatum, nos de voluptate disputare. Videtur autem non parum valere ad consequendam moralem virtutem iis rebus delectari quibus delectari decet, easque odisse quæ odio dignæ sunt. Hæc enim per omnem humanam vitam pertinent, siquidem aliis delectamur, aliis dolemus : quæ duo magnum momentum ad virtutem et ad beatam vitam habent, si bene atque honeste, rectæque rationi convenienter fiunt.

De talibus autem tacere minime videatur consentaneum esse, præsertim quum neque ita simplex neque adeo aperta de voluptate disputatio sit, ut non multis et gravibus ad eam intelligendam rationibus egeamus : sed tanta de eo argumento controversia est, ut alii voluptatem ipsum summum bonum esse dicant, alii omnino ne bonum quidem, sed contra prorsus malum. Et ex iis quidem qui malum esse dicunt voluptatem, alii hoc sentiunt rem ita se habere, sibique persuaserunt malum eam esse : alii vero judicant quidem bonam aliquam esse voluptatem, sed aliis persuadere conantur simpliciter malum omnem esse, rati sic vitæ humanæ conducere, et utilius hominibus esse voluptatem malum existimare : quum enim omnes ad eam natura propensi sint homines, in contrarium eos pertrahendos esse ajunt, et quoquo modo prorsus a voluptatibus avertendos, ut ad id quod medium est pervenire et quemadmodum oportet erga voluptatem affecti esse queant. Quæ quidem non recte dicunt : neque enim hac ratione improborum vulgus a voluptatibus abstrahere poterunt homines. Humani quippe affectus et quæ agunt homines, majorem fidem faciunt quam quæ de iis disputantur. Quando

* Lib. X, cap. 1. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἡδονῆς κτλ.. — ** Ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων ἥκιστα ἂν δόξειε κτλ.

αὐτὰ λόγων. Ὅταν τοίνυν οἷς μὲν λέγουσι τὴν ἡδονὴν ψέγωσι, δι' ὧν δὲ ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν ἐπαινῶσιν, ἑαυτοῖς ἀντιλέγοντες, ὑπὸ τῶν ἀκουόντων καὶ ὁρώντων καταγελῶνται· καὶ τοῖς λόγοις οὐδὲν μᾶλλον ὤνησαν τοὺς πολλούς, ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐλεγχομένοις. Ὁ γὰρ ψέγων τὴν ἡδονὴν ὀφθείς ποτε ἐφιέμενος αὐτῆς, ἀποκλίνειν δοκεῖ πρὸς αὐτήν, καὶ ἀγαθὸν ἡγεῖσθαι· καὶ οὕτω δόξαν ἐντίθησι τοῖς ὁρῶσιν οὐ τινὰ [a] ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, ἀλλ' ἁπλῶς ἅπασαν ἐπαινεῖσθαι. Τὸ γὰρ διορίζειν καὶ διαιρεῖν, καὶ τὸ μὲν ἀγαθὸν εἶναι κρίνειν, ἐνδέχεσθαι δὲ ἄλλην φαύλην εἶναι, οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν· ἀλλ' ἅμα τε εἶδον τὸν νοῦν ἔχοντα ἡδονῇ τινι χαίροντα, καὶ πᾶσαν ἡδονὴν ἀγαθὸν καὶ αἱρετὸν ᾠήθησαν εἶναι, καὶ οὕτως οὐ μόνον ἃ ἐβούλοντο οὐκ ἔπεισαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν προσαπώλεσαν.

ergo verbis quidem voluptatem vituperant, actionibus autem suis eam et affectibus commendant, atque eo modo sibi contradicunt, ab iis qui audiunt ea aut vident, ridentur : neque quidquam multitudini iis verbis prosunt, quæ rebus ipsis refutantur.

Nam qui voluptatem vituperat, si quando eam concupiscere visus est, inclinare ad eam bonumque illam existimare videtur : quo persuadet præsentibus, non quandam tantum voluptatem bonam esse, sed omnino omnem laudandam. Definire enim aliquid ac distinguere, et hanc quidem bonam judicare, illam vero malam esse posse, non est vulgi : sed simulac virum prudentem aliqua voluptate delectari viderunt, omnem etiam voluptatem bonam esse atque expetendam statuunt, atque ita non modo non probarunt quæ volebant, sed etiam veritatem simul everterunt.

* Ὅθεν φανερόν, ὅτι οἱ ἀληθεῖς λόγοι οὐ μόνον πρὸς τὴν γνῶσιν χρησιμώτατοί εἰσι, πλάνης καθαίροντες ἁπάσης, ἀλλὰ καὶ τῷ βίῳ λυσιτελοῦσι· πιστεύονται γὰρ τοῖς ἔργοις ἀκολουθοῦντες.

Unde patet, veros sermones non solum ad cognitionem utilissimos esse, utpote omni errore nos liberantes, sed etiam ad vitam prodesse ; creduntur enim, quia factis congruunt.

(Scripsi : [a] οὐ τινὰ ἡδονὴν] vulgo οὔ τινα ἡδονήν. —)

Κεφ. β'.

Ἡ τοῦ Εὐδόξου περὶ ἡδονῆς ὑπόληψις, καὶ Πλάτωνος, καὶ ἑτέρων· καὶ ἔτι ὅτι ἀγαθὸν ἡ ἡδονή, καὶ οὐ πᾶσα αἱρετή· καὶ λύσις τῶν ἐναντίων λόγων.

Cap. II.

Eudoxi et Platonis de voluptate opinio; item aliorum : præterea bonum esse voluptatem, neque omnem tamen expetendam esse : tum contrariorum argumentorum dissolutio.

** Περὶ μὲν τούτων ἅλις· λέγωμεν δὲ περὶ ἡδονῆς. Καὶ πρῶτον ἐκθησόμεθα τὰς τῶν παλαιῶν περὶ αὐτῆς δόξας. Ὁ μὲν οὖν Εὔδοξος αὐτὸ τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν ᾤετο τὴν ἡδονὴν εἶναι, διότι πάντα ἑώρα τῆς ἡδονῆς ἐφιέμενα, καὶ λογικά, καὶ ἄλογα· οὗ δὲ πάντα ἐφίεται, τοῦτό ἐστι τὸ πάντων ὑπερέχον τῶν ἀγαθῶν· ᾤετο γὰρ ἀγαθὸν μὲν ἑκάστῳ εἶναι ἰδίως ὃ ἕκαστος ζητεῖ. Καθάπερ καὶ τροφὴν ἕκαστος [a] διώκει τὴν αὐτῷ ἀγαθὴν καὶ λυσιτελῆ· πᾶσι δὲ κοινῶς ἀγαθὸν οὗ πάντα κοινῶς ἐφίενται, καὶ πορίζειν βούλονται ἑαυτοῖς· ὃ δὲ πᾶσίν ἐστιν ἁπλῶς ἀγαθόν, καὶ οὗ πάντα ἐφίεται, τοῦτο εἶναι τὸ ἔσχατον ἀγαθόν· ταῦτα μὲν οὖν Εὔδοξος ἀπεφαίνετο περὶ τῆς ἡδονῆς. Ἐπιστεύοντο δὲ οἱ λόγοι διὰ τὴν ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος ἀρετὴν μᾶλλον, ἢ δι' ἑαυτούς· σώφρων γὰρ ὢν διαφερόντως, οὐχ ὡς φίλος τῆς ἡδονῆς ἐδόκει ταῦτα λέγειν, ἀλλὰ τῷ σφόδρα τῆς ἀληθείας φροντίζειν. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τῇ ἡδονῇ τῆς λύπης φανερὸν ᾤετο εἶναι· τὴν γὰρ λύπην πάντα φεύγοντα, τὴν ἡδονὴν ἀνάγκην εἶναι πάντα διώκειν· ὃ δὲ πάντα διώκει, τοῦτο εἶναι τὸ ἀγαθόν. Ἔτι καὶ οὕτως ἐπεχείρει λέγων· μάλιστα αἱρετὸν εἶναι ὃ δι' ἑαυτὸ αἱρετόν ἐστι, καὶ ὃ μὴ δι' ἕτερον, μηδὲ ἑτέρου χάριν αἱρούμεθα· τοιοῦτον δὲ φανερῶς τὴν ἡδο-

Et de his quidem satis : jam vero de voluptate dicamus. Ac primum quidem veterum de ea opiniones exponemus. Eudoxus igitur ipsum summum bonum esse voluptatem putabat, quia omnia animalia, et ratione prædita et rationis expertia, eam appetere videret : quod vero ab omnibus appetitur, id omnium bonorum est extremum : arbitrabatur enim, quod sibi quisque proprie quærit, id ei bonum esse. Sicut sibi quisque bonum et commodum cibum appetit : communiter vero bonum omnibus, quod ab omnibus petitur et quod comparare sibi volunt : quod vero omnibus simpliciter bonum est, et quod omnia desiderant, id bonorum extremum esse : et hæc quidem Eudoxus de voluptate pronuntiabat. Fidem vero faciebat hæc oratio propter dicentis, viri bene morati, virtutem magis, quam propter se: quum enim summa ejus in victu temperantia esset, non ut voluptatis amicus dicere hæc putabatur, sed quod veri studio vehementer arderet. Quin etiam e dolore voluptati contrario id perspicuum esse arbitrabatur : quum enim omnia dolorem fugiant, necesse quoque esse, ut voluptatem omnia consectentur : quod vero omnia consectentur, id bonum esse. Sed et hoc modo argumentari conabatur : id maxime expetendum esse, quod per se expetendum est, quodque non ob aliud, neque alius rei gratia expetimus : talem autem perspicue esse vo-

* Ἐοίκασιν οὖν οἱ ἀληθεῖς κτλ. — ** Cap. 2. Εὔδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν κτλ.

νὴν εἶναι· καὶ γὰρ οὐδεὶς ἐρωτᾷ τίνος ἕνεκα τὴν ἡδονὴν βουλόμεθα, ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἐρωτώμεθα, οἷον, φέρε εἰπεῖν, τίνος ἕνεκα τὰ χρήματα, ἢ ἡ τιμή, περὶ δὲ τῆς ἡδονῆς οὐκέτι [b]· οὐδεὶς γὰρ δώσει τέλος τῆς ἡδονῆς, ἀνθ' ὅτου βούλεται ἥδεσθαι, ἀλλὰ αὐτὴν αἱρεῖται καθ' ἑαυτήν, ὡς καθ' ἑαυτὴν οὖσαν· ἐπεὶ δὲ τὸ καθ' ἑαυτὸ αἱρετὸν τὸ τέλος ἐστὶ τὸ ἔσχατον, καὶ τὸ ἀγαθὸν αὐτό, διὰ τοῦτο συνῆγε τὴν ἡδονὴν τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν εἶναι. Ἔτι δὲ καὶ ἐκεῖθεν δῆλον εἶναι ᾤετο τὸ προκείμενον· προστιθεμένη γὰρ ἡ ἡδονὴ τῶν ἀγαθῶν ὁτῳοῦν, αἱρετώτερον ποιεῖ καὶ ἐφετὸν μᾶλλον· ἡ γὰρ σωφροσύνη τὴν ἡδονὴν προσλαβοῦσα ἢ ἡ δικαιοσύνη, ἡδίων ἔσται καὶ αἱρετωτέρα ἑαυτῆς· ὃ δὲ προστιθέμενον παντὶ ἀγαθῷ βέλτιον δύναται ποιεῖν, τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ ἔσχατον ἀγαθόν. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτως. Ὃ γὰρ προστιθέμενον ἀγαθῷ βέλτιον δύναται ποιεῖν, φαίνεται ὅτι ἀγαθόν ἐστιν· οὐκ ἀνάγκη δὲ αὐτὸ εἶναι τὸ ἔσχατον ἀγαθόν, ἢ ἑτέρου ὁτουοῦν βέλτιον· πᾶν γὰρ ἀγαθὸν ἑτέρῳ προστεθὲν ἀγαθῷ αἱρετώτερον ποιεῖ· μεῖζον γὰρ τὸ ὅλον τοῦ μέρους ἐπὶ παντός. Καὶ ἃ μὲν ἐδόκει τῷ Εὐδόξῳ περὶ ἡδονῆς, ταῦτα.

* Πλάτων δὲ οὐκ εἶναι ἔφασκεν αὐτὴν τὸ ἔσχατον ἀγαθόν, ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐπιχειρῶν λόγων, ὅθεν Εὔδοξος ἐπειρᾶτο τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν ἀποφαίνειν. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι, φησίν, ἀγαθὸν ἔσχατον, οὗ ἐνδέχεται μεῖζον γενέσθαι· αὐτὸ γὰρ εἰκὸς εἶναι τὸ μέγιστον ἀγαθόν· ᾧ ἄρα ἀγαθῷ ἄλλο ἀγαθὸν προστεθὲν μεῖζον ἐποίησε καὶ αἱρετώτερον, τοῦτο οὐκ ἔστι τὸ ἔσχατον ἀγαθόν· οὐ γάρ ἐστι τὸ μέγιστον ἀγαθόν, οὗ μεῖζον ἄλλο δύναται γενέσθαι· ἡ δὲ ἡδονὴ τοιαύτη· ὁ γὰρ ἡδὺς βίος φρόνησιν ἢ σωφροσύνην προσλαβών, ἡδίων γίνεται καὶ αἱρετώτερος· ἔστιν ἄρα τι βέλτιον τῆς ἡδονῆς· οὐκ ἄρα ἡ ἡδονή ἐστι τὸ ἔσχατον ἀγαθόν, ἀλλὰ ἀγαθόν τί ἐστι τοιοῦτον, οἷα ἀγαθά εἰσιν αἱ ἀρεταὶ καὶ αἱ ἐπιστῆμαι, καὶ τἄλλα, ὧν καὶ ἡμεῖς κοινωνοῦμεν. Τοῦτο γὰρ καὶ ζητοῦμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος δεῖξαι· τούτων τῶν ἀγαθῶν ἕν τι εἶναι τὴν ἡδονήν· ἕτεροι δὲ ἐνιστάμενοι πρὸς τοὺς τοῦ Εὐδόξου λόγους ἔφασκον μὴ εἶναι ἀγαθόν, οὗ πάντα ἐφίεται· λέγουσι δὲ οὐδέν. Ἐκεῖνο γάρ φαμεν ἀληθὲς εἶναι, ὃ πᾶσι δοκεῖ ἀληθές· ὁ δὲ ταύτην ἀναιρῶν τὴν κοινὴν δόξαν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀποσειόμενος πίστιν πῶς ἂν δύναιτο πιστότερα λέγειν; ὅτι δὲ ἀγαθόν ἐστιν οὗ πάντα ἐφίεται, πᾶσι τοῖς ἐν αἰσθήσει δοκεῖ· δι' ὧν γὰρ εἰς αὐτὸ φέρονται διώκουσιν· ὡς ἄρα ἀγαθὸν νομίζουσιν εἶναι. Εἰ μὲν γὰρ τὰ ἀνόητα μόνον ὠρέγοντο αὐτοῦ, αὐτοῖς ἂν ἦν ἀγαθὸν μόνον, καὶ ἡ ψῆφος οὐκ ἂν ἦν βεβαία τῶν ἀνοήτων, οὐδ' ἂν [c] ἐδόκει ἀγαθὸν ἀληθῶς εἶναι· ὅταν δὲ καὶ τὰ ἀνόητα, καὶ τὰ φρόνιμα κοινῇ πάντα νομίζωσιν ἀγαθὸν εἶναι, δι' ὧν ζητοῦσιν αὐτό, τί ἔτι κωλύει ἀγαθὸν ἀληθῶς εἶναι; καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἀνοήτοις ἐστί τι φυσικὸν ἀγαθόν, τὴν φαυλότητα αὐτῶν

luptatem; nemo enim rogat, quam ob causam voluptatem expetamus, quum de aliis rebus interrogemur, ut, verbi gratia, quorsum hæ pecuniæ vel hic honor? de voluptate autem non item: nemo enim voluptatis finem dabit, propter quem ea affici vult, sed ipsam per se expetit, ut quæ per se optabilis sit: quum autem id quod per se est expetendum finis sit extremus ipsumque adeo bonum, hinc colligebat voluptatem esse bonorum extremum. Sed et hinc manifestum esse putabat id quod propositum est: voluptas enim cuicunque bono accedit, optabilius illud facit magisque expetendum: quippe temperantia, si adjungas ei voluptatem, aut justitia, jucundior et optabilior se ipsa efficietur: quod vero cuicumque bono accedit melius illud facere potest, hoc bonorum extremum esse existimabat. Res autem non ita se habet. Nempe quod quum accedit bono in melius illud mutare potest, bonum esse apparet: neque tamen necesse est hoc summum esse bonum, aut alio quolibet melius: omne enim bonum alii bono adjunctum magis expetendum illud efficit; nimirum in omni re totum majus est parte. Et hæc quidem Eudoxi de voluptate erant placita.

Plato autem eam summum bonum esse negabat, qui iisdem id probare conabatur argumentis, quibus finem bonorum esse voluptatem Eudoxus demonstrare tentabat. Quum enim non sit, inquit, summum bonum, quo fingi majus possit, quia illud ipsum maximum esse consentaneum est: tale cui bonum si adjunctum fuerit alterum, majus illud atque optabilius facit, certe non est summum bonum: neque enim finis bonorum est, quo majus esse potest aliud: talis autem est voluptas: vita enim jucunda, si prudentiam aut temperantiam adjungas, jucundior fit et optabilior: est ergo aliquid voluptate præstantius: quare voluptas non est bonorum extremum, sed tale quoddam est bonum, qualia bona sunt virtutes ac doctrinæ et reliqua quorum nos participes sumus. Nam et hoc in præsentia ostendere conamur, unum quoddam ex his bonis esse voluptatem: alii Eudoxi rationibus adversantes negabant illud esse bonum, quod omnia desiderant: qui tamen nihil dicunt. Quippe illud verum esse dicimus, quod omnibus videtur esse verum: qui vero hanc communem opinionem convellit et traditam inde persuasionem labefactat, quomodo ipse probabiliora dicere queat? Bonum autem id esse, quod omnia desiderant, omnibus communi sensu præditis videtur: ea nimirum quibus eo pervenire queant, sequuntur: quocirca quin bonum esse arbitrentur, non est dubium. Si enim bruta tantum animalia id appeterent, his solis foret bonum, sed eorum neque suffragium firmum esset, neque revera bonum esse videretur: quando vero simul et bruta animalia et naturæ intelligentes communiter id bonum esse judicant iis rationibus quibus illud consectantur, quid adhuc obstat, quominus sit revera bonum? Nam et in brutis animalibus naturale aliquod bonum est, melius quam ipsorum sit inscitia,

* Τοιούτῳ δὴ λόγῳ καὶ Πλάτων ἀναιρεῖ, κτλ.

ὑπερβαῖνον, δι' ὃ τῷ ἀγαθῷ οἰκειούμενα ὡς οἰκείου ἤδη ὀρέγονται. Καὶ πρὸς μὲν τὸν πρῶτον τοῦ Εὐδόξου λόγον ταύτην κομίζουσι τὴν ἔνστασιν. Πρὸς δὲ τὸν δεύτερον, ὃς ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐστὶν εἰλημμένος, ἐκείνην οὐκ ἀνάγκη φασίν, εἰ ἡ λύπη κακόν ἐστι, τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· οὐ γὰρ εἴ τι κακόν, τὸ ἐναντίον αὐτῷ ἀγαθόν, ἔστι γὰρ ἐναντίον κακὸν κακῷ· ἡ γὰρ ἠλιθιότης τῇ ἀκολασίᾳ ἐναντίον ἐστίν, ἀμφοτέρων οὐσῶν κακῶν, καὶ ἀμφότερα τῇ σωφροσύνῃ. Ταῦτα μὲν οὖν καλῶς λέγουσιν, οὐ μὴν ἐπί γε τῆς ἡδονῆς ἀληθεύουσιν. Εἰ γὰρ ἄμφω κακὰ ἦν, καὶ ἡ ἡδονὴ καὶ ἡ λύπη, ἦν ἂν καὶ ἄμφω φευκτά· καθάπερ εἰ καὶ ἄμφω ἦσαν ἀγαθά, ἦν ἂν ἀμφότερα αἱρετά, ἢ εἰ μήτε ἀγαθά, μήτε φευκτά, οὐδὲ [d] αἱρετὰ ὁμοίως ἀμφότερα· νῦν δὲ τὴν μὲν λύπην φεύγομεν ὡς κακόν, τὴν δὲ ἡδονὴν αἱρούμεθα ὡς ἀγαθόν· ὅθεν φανερόν, ὅτι ὡς κακὸν ἀγαθῷ ἡ λύπη ἡδονῇ ἀντίκειται.

* Ἕτεροι δὲ λέγουσι μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, ὅτι οὐκ ἔστι ποιότης, οὐδὲν λέγοντες ἀναγκαῖον· οὐδὲ γὰρ αἱ ἐνέργειαι τῶν ἀρετῶν ποιότητές εἰσιν, οὐδὲ εὐδαιμονία ποιότης ἐστίν· ἐνέργεια γάρ ἐστιν· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν κωλύει ἀγαθὰ ταῦτα εἶναι.

** Ἔτι δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὡρισμένον τι ἡ ἡδονή, τὸ δὲ ἀγαθὸν ὡρισμένον, διὰ τοῦτο μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν· ἀόριστον δὲ ἔλεγον εἶναι τὴν ἡδονήν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ αὐτή, ἀλλ' ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. Εἰ μὲν οὖν ἐν αὐτῇ τῇ ἡδονῇ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐθεωρεῖτο, ἦν ἂν ἀληθὴς ὁ λόγος αὐτοῖς· νῦν δὲ ἡ ἐπίτασις καὶ ἡ ἄνεσις ἐν τῷ ἥδεσθαι γίνεται ὅτι ἡδόμενοι μᾶλλον καὶ ἧττον ἥδονται· τοῦτο δὲ καὶ ἐν ταῖς ἀρεταῖς συμβαῖνον φαίνεται· δίκαιοι γάρ εἰσι μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ δικαιοπραγεῖν καὶ σωφρονεῖν μᾶλλον καὶ ἧττόν ἐστιν, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἀόριστοί εἰσιν αἱ ἀρεταί· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡ ἡδονὴ αὐτὴ μὲν καθ' ἑαυτὴν οὐκ ἔστιν ἀόριστος, ἐν δὲ τοῖς ἡδομένοις τὴν ἐπίτασιν καὶ τὴν ἄνεσιν ἐπιδέχεται, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀμιγὴς λύπης ἐν πᾶσιν, οὐδὲ ὁμοίως· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς ὑγιείας συμβαίνει, καὶ γὰρ αὐτὴ ὡρισμένη οὖσα ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐπιτείνεται καὶ ἀνίεται· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ συμμετρία ἐν πᾶσίν ἐστιν, οὐδὲ ἐν τῷ αὐτῷ μία τις ἀεί, ἀλλὰ μεταβάλλει ποτὲ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον, καὶ νῦν μὲν καθαρῶς ὑγιαίνει τινὶ τὸ σῶμα, νῦν δὲ ἔνεστί τι καὶ νόσου. Τοιοῦτον δὴ καὶ περὶ τὴν ἡδονὴν ἐνδέχεται εἶναι.

*** Ἔτι δὲ καὶ ἐκεῖθεν συνῆγον τὴν ἡδονὴν μὴ εἶναι ἀγαθόν· ἡ ἡδονὴ κίνησίς τις καὶ γένεσίς ἐστι· κίνησις δὲ καὶ γένεσις ἀτελῆ· τὸ δὲ ἀτελὲς οὐκ ἔστιν ἀγαθόν· τὸ γὰρ ἀγαθὸν τέλειον· ἡ ἡδονὴ ἄρα οὐκ ἔστιν ἀγαθόν. Ἔστι δὲ αὐτοῖς ἡ ἐλάττων πρότασις ψευδής· οὔτε γὰρ

propter quod bono conciliata ipsum tanquam jam proprium sibi appetunt. Et primo quidem Eudoxi argumento hoc opponere solent : secundo vero, quod a contrario petitum est, negant necessario hoc oppositum statui, si dolor malum est, bonum esse voluptatem : neque enim si quid sit malum, hoc quod ei est contrarium, bonum esse, quia interdum malum quoque contrarium est malo : nimirum stoliditas contraria est intemperantiæ, quum ambo mala sint et temperantiæ contraria. Atque hæc quidem, quamquam recte dicuntur, tamen de voluptate minus vere prædicantur.

Si enim ambo mala essent, et voluptas et dolor, ambo quoque fugienda forent : sicut si ambo bona essent, ambo quoque expetenda forent, aut si neque bona neque fugienda essent, ne expetenda quidem eodem modo ambo forent : nunc dolorem fugimus ut malum, voluptatem vero expetimus ut bonum : unde patet, quemadmodum malum bono adversatur, sic dolorem voluptati esse oppositum.

Alii negant voluptatem esse bonum, quia non sit qualitas, quod quidem argumentum non est necessarium : nam neque actiones honestæ qualitates sunt, neque beatitudo qualitas est : siquidem aliqua muneris functio est : neque tamen quidquam obstat, quin hæc sint bona.

Negant præterea definitum quid esse voluptatem, bonum autem esse definitum, atque ex eo effici, voluptatem non esse bonum : non esse definitam autem propterea dicebant voluptatem, quod non est eadem, sed intentionem et remissionem admittit. Si ergo in ipsa voluptate majus et minus spectaretur, verum eorum esset argumentum : nunc vero in ipsa voluptatis perceptione intentio hæc et remissio locum habet, quia qui eam percipiunt magis percipiunt aut minus : quod quidem in virtutibus etiam videtur usu venire : alii enim magis alii minus sunt tum justi tum fortes, ideoque vel magis vel minus juste agere ac temperanter vivere nobis licet, neque tamen idcirco indefinitæ sunt virtutes : eodem modo ipsa voluptas per se non est indefinita, sed in iis qui voluptate perfunduntur intentionem illam admittit ac remissionem, quia neque dolore in omnibus vacat, neque similiter in cunctis est : quemadmodum et in sanitate evenit, nam quum ipsa sit definita, in hominibus sanis tamen intenditur aut remittitur : non enim eadem in omnibus temperatio corporis et convenientia est, neque in eodem semper est una, sed modo in majus, modo in minus transit, et nunc aliquis firmissimo corpore est, nunc minus commoda valetudine utitur. Tale igitur quiddam etiam in voluptatibus evenire potest.

Quin etiam illinc colligebant, voluptatem bonum non esse : voluptas est motus quidam et generatio : motus vero et generatio imperfecta sunt : quod autem imperfectum est, non est bonum : bonum enim est perfectum : voluptas ergo non est bonum. Falsa autem eorum

* Cap. 3. Οὐ μὴν οὐδ' εἰ μὴ κτλ. — ** Λέγουσι δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι κτλ. — *** Τέλειόν τε τἀγαθὸν τιθέντες κτλ.

κίνησις, οὔτε γένεσίς ἐστιν ἡ ἡδονή. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστι κίνησις, δῆλον ἐκεῖθεν.

* Πάσῃ μὲν γὰρ κινήσει δοκεῖ οἰκεῖον εἶναι τάχος καὶ βραδυτής[e]· καὶ εἰ μὴ αὐτή τις πρὸς ἑαυτὴν βραδεῖα ἢ ταχεῖα φαίνεται τῷ τάχιον ἑαυτῶν καὶ βράδιον κινεῖσθαι τὰ κινούμενα, οἷά ἐστι τὰ ἀνωμάλως κινούμενα, ἀλλὰ πρὸς ἄλλο γοῦν θεωρούμενα ταχέως ἢ βραδέως κινεῖσθαι λέγονται· καθάπερ ἡ τοῦ οὐρανοῦ κίνησις ὁμαλὴ μέν ἐστι καθ' ἑαυτήν, πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀστέρων θεωρουμένη κίνησιν, ταχεῖα λέγεται. Πάσῃ μὲν οὖν κινήσει τὸ τάχος, καὶ ἡ βραδυτὴς οἰκεῖόν ἐστι· τῇ δὲ ἡδονῇ οὐ προσήκει· ἡ ἡδονὴ ἄρα οὐκ ἔστι κίνησις. Ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἡδονῇ ταῦτα, δῆλον. Ἡσθῆναι μὲν γὰρ λέγεταί τις ταχέως, ὥσπερ ὀργισθῆναι, διὰ τὸ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸς τὸ ἥδεσθαι ἀπὸ τοῦ μὴ ἥδεσθαι κινηθῆναι· ἥδεσθαι δὲ ταχέως ἢ βραδέως, οὐκέτι[g]· οὔτε πρὸς ἑαυτόν, καθάπερ τὰ ἀνωμάλως κινούμενα, οὔτε πρὸς ἄλλο, καθάπερ τὰ ὁμαλά. Τὸ δὲ βαδίζειν καὶ αὔξεσθαι, καὶ ἀλλοιοῦσθαι, καὶ πάντα ὅσα κινήσεώς ἐστι, μετὰ τῆς ταχυτῆτος[h] θεωροῦνται καὶ τῆς βραδυτῆτος[i]· μεταβάλλειν μὲν γὰρ λέγεταί τις εἰς τὴν ἡδονὴν ταχέως ἢ βραδέως, ἐνεργεῖν δὲ κατ' αὐτὴν ταχέως ἢ βραδέως οὐκ ἔστιν. Ὅρος γάρ ἐστι κινήσεως ἡ ἡδονή, καὶ ἠρεμία τις, καὶ οὐ δήπου αὐτὴ δύναται κίνησις εἶναι. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστι κίνησις ἡ ἡδονὴ δῆλον.

** Ἔτι δὲ οὐδὲ γένεσίς ἐστιν· εἰ γὰρ ἡ ἡδονὴ γένεσις, ἡ λύπη ἂν εἴη φθορά, καὶ ἔσται ὧν ἡ ἡδονὴ γένεσις, τούτων ἡ λύπη φθορά· οὐ γὰρ τοῦ τυχόντος φθειρομένου τὸ τυχὸν γίνεται, ἀλλ' ἐξ οὗ γίνεταί τι, εἰς τοῦτο καὶ διαλύεσθαι πέφυκεν.

*** Ἐπειδὲ λέγουσι τὴν λύπην ἔνδειαν εἶναι τοῦ κατὰ φύσιν, εἴη ἂν ἡ ἡδονὴ τοῦ κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσις· ταῦτα δὲ σωματικά ἐστι τὰ πάθη. Εἰ δή ἐστιν ἡ ἡδονὴ τοῦ κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσις, ἐν ᾧ ἡ ἀναπλήρωσις, τοῦτο ἂν καὶ ἔχοι τὴν ἡδονήν, καὶ ἥδεσθαι δύναται, τὸ σῶμα ἄρα ἥδεται, καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἡδονή. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθές· τὸ γὰρ ἥδεσθαι τῆς ψυχῆς εἶναι δοκεῖ. Οὐκ ἄρα ἡ ἡδονὴ γένεσίς τις καὶ ἀναπλήρωσίς ἐστιν, ἀλλὰ ἕπεται τῇ ἀναπληρώσει, καθάπερ καὶ τῇ ἐνδείᾳ ἡ λύπη· γινομένης μὲν γὰρ ἀναπληρώσεως ἡδόμεθα, τεμνόμενοι δὲ λυπούμεθα.

**** Δοκεῖ δὲ γενέσθαι αὕτη ἡ δόξα ἀπὸ τῶν σωματικῶν, καὶ τῶν περὶ τὴν τροφὴν λυπῶν καὶ ἡδονῶν· ἐνδεεῖς γὰρ γεγονότες καὶ προλυπηθέντες ἡδόμεθα τῇ ἀναπληρώσει. Τοῦτο δὲ οὐ περὶ πάσας συμβαίνει τὰς ἡδονάς. Ἄλυποι γάρ εἰσιν αἵ τε μαθηματικαί, καὶ αἱ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι· καὶ γὰρ καὶ αἱ κατὰ τὴν ἀκοὴν ἡδοναί, καὶ κατὰ τὴν ὄσφρησιν, καὶ κατὰ τὴν ὅρασιν, μηδεμιᾶς προηγησαμένης λύπης γίνονται, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεμία αὐτῶν ἐνδείας ἀναπλήρωσις. Ἔτι δὲ καὶ ἐλπίδες καὶ μνῆμαι[k] τῶν ἀγαθῶν ἥδισταί εἰσιν·

minor propositio est : quia neque motus neque generatio est voluptas. Non esse autem motum, vel hinc apparet:

Omnis enim motus propria videtur esse celeritas et tarditas : et si non ipse per se tardus videtur aut celer, propterea quod celerius se ipso aut moventur ea quæ in motu sunt, qualia sunt quæ inæqualiter moventur, sed certe alterius respectu aut celeriter aut tarde moveri dicuntur : sicut cœli motus per se quidem est æqualis, cum siderum vero motu comparatus, celer esse dicitur. Omnis igitur motus celeritas et tarditas propria est : at voluptati non convenit : voluptas ergo non est motus. Hæc autem in voluptate non inesse liquet. Quippe cito delectatus esse, sicut succensuisse aliquis dicitur, quia brevi tempore a voluptate non percepta ad percipiendam voluptatem transit : at cito aut tarde delectari, non item : et hoc quidem nec sui respectu, sicut ea quæ inæqualiter moventur, neque alterius respectu, ut illa quæ æqualiter moventur. Incedere autem et crescere, item mutari, reliquaque quæ ad motum referuntur, cum celeritate ac tarditate : celeriter enim aliquis aut tarde ad voluptatem traduci dicitur : sed ut celeriter voluptatis munere aut tarde fungamur, fieri non potest. Quasi enim terminus quidam motionis voluptas est et quies, neutiquam vero ipsa potest esse motio. Motionem ergo non esse voluptatem ex his apparet.

Præterea ne ortus quidem est : si enim ortus sit voluptas, interitus fuerit dolor, et quorum ortus voluptas, eorum interitus erit dolor : neque enim cujuslibet rei interitu quævis oritur, sed ex quo quid oritur, in hoc etiam dissolvi et abire solet.

Quoniam autem dicunt dolorem ejus quod secundum naturam est, penuriam esse, fuerit voluptas ejus quod secundum naturam est expletio : at hi sunt affectus corporis. Quodsi ejus quod secundum naturam est, expletio est voluptas, id in quo fit expletio etiam voluptate fruatur, ac delectari queat : corpus ergo delectatur, atque in hoc est voluptas. Hoc autem non est verum : delectari enim animi esse videtur. Non est ergo voluptas ortus aliquis et expletio, sed expletionem sequitur, sicut dolor penuriam : nam quum fit expletio, delectamur, et quum secamur, dolemus.

Videtur autem ex corporeis iisque qui in alimento versantur doloribus ac voluptatibus nata esse hæc opinio : postquam enim egere cœpimus alimento et quum antegressus dolor est, expletione delectamur. Sed hoc non in omnibus voluptatibus evenit. Carent quippe dolore tum mathematicæ, tum quæ in sensibus positæ sunt : nam et eæ quæ ex auditu et odoratu et visu percipiuntur voluptates, nullo dolore antegresso, oriuntur, neque ulla in iis est penuriæ expletio. Adde quod et spes et recordationes bonorum sunt jucundissimæ : sed

* Οὐδ' εἶναι κίνησιν κτλ. — ** Γένεσίς τι πῶς ἂν εἴη κτλ. — *** Καὶ λέγουσι δὲ τὴν λύπην κτλ. — **** Ἡ δόξα δ' αὕτη δοκεῖ κτλ.

αἱ δὴ κατὰ ταύτας ἡδοναὶ τίνος εἰσὶ[l] γενέσεις; οὐδενὸς γὰρ ἔνδεια ἐν αὐτοῖς προηγήσατο, οὗ γένοιτ' ἂν ἀναπλήρωσις· ὅθεν φανερόν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ ἡδονὴ γένεσις.

* Ἕτεροι δὲ ἀξιοῦσι μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, προφέροντες τὰς ἐπονειδίστους τῶν ἡδονῶν. Πρὸς οὓς ἐκεῖνο λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔστι ταῦτα ἡδέα, ἃ τοῖς φαύλοις ἡδέα δοκεῖ· οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις ἡδέα ταῦτά ἐστιν, οἰητέον ἤδη αὐτὰ καὶ ἡδέα ἁπλῶς εἶναι, ἀλλὰ τούτοις μόνον ἡδέα· καθάπερ οὐδὲ τὰ τοῖς κάμνουσιν ὑγιεινά, ἢ γλυκέα ἢ πικρὰ ἁπλῶς ὑγιεινά, ἢ γλυκέα, ἀλλὰ αὐτοῖς· ἐπεὶ οὐδὲ λευκὰ ἁπλῶς τὰ φαινόμενα τοῖς ὀφθαλμιῶσι λευκά· φανερὸν δή, ὅτι οὐδὲ ἀπὸ τούτων τῶν λόγων δόξειεν ἂν ἡ ἡδονὴ μὴ ἀγαθὸν εἶναι. Μάλιστα μὲν γάρ, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἡδοναὶ αἱ παρὰ τοῖς μοχθηροῖς ἡδοναί· ἔπειτα, εἰ καὶ ταύτας ἡδονὰς εἶναι δώσομεν, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη, διὰ τοῦτο τὴν ἡδονὴν ἁπλῶς φαύλην εἶναι· οὐ γὰρ μία ἐστὶν ἡ ἡδονὴ τῷ εἴδει, ἀλλὰ πολλαί. Καὶ οὐδὲν κωλύει τὰς μὲν φαύλας εἶναι, τὰς δὲ ἀγαθάς· ἕτεραι γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν καλῶν καὶ ἐπαινετῶν ἡδοναί, καὶ ἄλλαι αἱ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν· καὶ αἱ μὲν ἀγαθαί, αἱ δὲ φευκταί. Ὥσπερ τὸ πλουτεῖν ἢ ὑγιαίνειν· ἔστι γὰρ πλουτεῖν καλῶς κτώμενον ὅθεν ἀδικεῖται[m] οὐδείς, καὶ ἔστιν αἰσχρῶς πλουτεῖν, προδόντα τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἢ ἐξανδραποδισάμενον τοὺς οἰκείους· καὶ ἔστιν ὑγιαίνειν καλῶς ἀνθρωπικῇ διαίτῃ χρώμενον, καὶ κακῶς, ὅταν οὐχ ὅθεν δεῖ κτησώμεθα τὴν ὑγίειαν· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἐπὶ τῶν ἡδονῶν. Καὶ ὅλως ἕτεραί εἰσι τῷ εἴδει, καὶ οὐκ ἔστιν ἡσθῆναι τὴν τοῦ μουσικοῦ ἡδονήν, μὴ ὄντα μουσικόν, ἢ τὴν τοῦ δικαίου μὴ ὄντα δίκαιον· ὅθεν φανερόν, ὅτι ἄλλη ἐστὶ τῷ εἴδει ἡ τοῦ μουσικοῦ ἡδονή, καὶ ἄλλη ἡ τοῦ δικαίου· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Οὐ τοίνυν εἰ ἡ τῶν φαύλων ἡδονὴ κακόν, ἤδη ἁπλῶς ἡ ἡδονὴ φευκτόν ἐστιν.

** Ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τοῦ κόλακος καὶ τοῦ φίλου τὴν ἡδονὴν ἐδόκει μὴ εἶναι ἀγαθόν. Ὁ μὲν γὰρ κόλαξ ψέγεται, ὅτι πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖ, ὁ δὲ φίλος ἐπαινεῖται, ὅτι μὴ πρὸς ἡδονήν, ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν καὶ τὸ ἀγαθόν. Ὅθεν δοκεῖ συνάγεσθαι, τὴν ἡδονὴν ἐπονείδιστον εἶναι. Οὐ τοῦτο δὲ ἀπὸ τούτων συνάγεται, ἀλλὰ μᾶλλον ὅτι διάφοροί εἰσι τῷ εἴδει αἱ ἡδοναί· καὶ ἡ μὲν ἐπαινεῖται, ἡ δὲ ἐπονείδιστός ἐστιν. Ὅτι γὰρ καὶ ὁ φίλος ἡδύς ἐστιν, καὶ ἡδονὴν ἔχει τῷ φίλῳ, τίς ἀγνοεῖ; φανερὸν τοίνυν, ὅτι ἡδονή ἐστι τοῖς συνοῦσι παρ' ἑκατέρου. Καὶ ἡ μὲν τοῦ κόλακος διαβάλλεται, ἐπαινεῖται δὲ ἡ τοῦ φίλου.

Ἔτι δὲ καὶ ἐκεῖθεν ἐπονείδιστον εἶναι ἐδόκει ἡ ἡδονή. Καὶ γὰρ οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο νοῦν ἔχων ἥδεσθαι διὰ βίου τὴν τῶν παιδίων ἡδονὴν διανοούμενος καὶ χαίρων, ὥσπερ ἐκεῖνα, οὐδ' ἄλλο τι[n] αἰσχρὸν ποιεῖν, ἵνα ἥδοιτο

sperandi et recordandi voluptates cujus tandem rei ortus sunt? nullius enim rei penuria in iis antegressa est, cujus expletio consequatur : unde patet, voluptatem non esse ortum.

Alii rursus negant voluptatem bonum esse, probrosis voluptatibus in medium allatis. Quibus illud respondemus, non esse hæc jucunda, quæ improbis jucunda videantur : non enim si hominibus male affectis jucunda ea sunt, protinus absolute jucunda esse existimandum est, sed his tantum jucunda : quemadmodum nec ea quæ sunt ægris salubria, aut dulcia aut amara, simpliciter salubria, aut dulcia sunt, sed ipsis : quum ne alba quidem simpliciter sint, quæ lippientibus alba videntur : manifestum igitur est, ne his quidem rationibus probari voluptatem non esse bonum. Primum quidem, quia voluptates non sunt, quæ improbis videntur : deinde, quia licet has demus voluptates esse, non tamen propterea necesse est, voluptatem absolute malam esse : neque enim una specie est voluptas, sed multæ. Neque quidquam obstat, quominus aliæ malæ, aliæ bonæ sint : nimirum aliæ voluptates sunt quæ ex rebus honestis et laudabilibus, aliæ quæ ex turpibus et flagitiosis capiuntur : siquidem aliæ bonæ, aliæ fugiendæ sunt. Velut divitem aut sanum esse : potest enim fieri ut aliquis sine ullius injuria se collocupletet et divitias quærat, potest et fieri, ut turpiter aliquis rem familiarem augeat, si patriam suam prodat aut propinquos in servitutem redigat : sic et recte valetudini servire potest aliquis, si victum quo uti solent homines adhibeat, et male, si non unde oportet valetudini operam det : eodemque modo in reliquis rebus. Eadem porro et voluptatum ratio est. Sunt enim omnino specie diversæ, verbi causa, voluptate musici frui nequit, qui non sit musicus, aut justi, qui non sit justus : unde apparet aliam specie esse musici, aliam justi voluptatem : similiterque in reliquis rebus. Quare si improborum voluptas est malum, non continuo voluptas prorsus fugienda est.

Quin etiam e differentia adulatoris et amici voluptatem non esse bonum apparet. Etenim adulator reprehenditur, quod omnem hominum conversationem ad voluptatem refert ; at amicus laudatur, quod non ad voluptatem, sed ad veritatem et bonum eam trahit. Unde sequi videtur, probrosam esse voluptatem. Quod tamen minime ex his colligitur, sed potius voluptates specie inter se differre : aliamque laudabilem, aliam probrosam esse. Quippe amicum et jucundum esse et aliquam amico afferre voluptatem, quis ignorat ? manifestum igitur est, utrumque familiaribus aliquam comparare voluptatem. Quocirca voluptas ab adulatore accepta reprehenditur, ab amico allata collaudatur.

Præterea et eo nomine reprehendenda esse videbatur voluptas. Nempe nemo prudens tota vita e puerilibus cogitationibus et gaudiis, quibus puerorum animi explentur, voluptatem capere velit, aut aliud flagitium

* Πρὸς δὲ τοὺς προφέροντας κτλ. — ** Ἐμφανίζειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ φίλος κτλ.

διὰ βίου· διὰ τοῦτο δὲ οὐδεμία ἀνάγκη τὴν ἡδονὴν φαῦλον εἶναι. Οὐ γὰρ φεύγει ὁ νοῦν ἔχων τὴν παιδικὴν ζωήν, καὶ τὸ αἰσχρὰ πράττειν διὰ τὴν ἐκεῖθεν ἡδονήν, ἀλλὰ αὐτὰ δι' ἑαυτά ὅτι φευκτά εἰσιν.

* Ἐπεὶ καὶ πολλὰ πρὸς ἡδονὴν φέροντα διώκομεν οὐ διὰ τὴν ἡδονήν, ἀλλ' ὅτι αὐτὰ δι' ἑαυτά εἰσιν αἱρετά· τὸ γὰρ ὁρᾶν, καὶ μνημονεύειν, καὶ εἰδέναι, καὶ τὰς ἀρετὰς ἔχειν ἑλοίμεθα ἄν, καὶ εἰ μηδεμίαν ἐπιφέροι ἡδονήν· εἰ δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπονται τούτοις ἡδοναί, οὐδὲν διαφέρει· βουλοίμεθα γὰρ ἂν ταῦτα ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ εἰ μηδεμία γένοιτ' ἂν ἀπ' αὐτῶν ἡδονή· ὅτι μὲν οὖν οὐ πᾶσα ἡδονὴ αἱρετὸν καὶ ἀγαθόν, καὶ ὅτι εἰσί τινες αἱρεταὶ[o] καθ'ἑαυτὰς διαφέρουσαι τῷ εἴδει τῶν φαύλων, ἢ ταῖς αἰτίαις ὅθεν γίνονται, δῆλον ἔοικεν εἶναι.

(Scripsi : [a] ἕκαστος] cod. ἕκαστον. — [b] οὐκέτι], cod. οὐκ ἔτι. — [c] οὐδ' ἂν] cod. οὐ δ' ἄν. — [d] οὐδὲ] cod. οὔτε. — [e] βραδυτής] vid. Herodian. ἐπιτομὴ τῆς καθολικῆς προσῳδίας p. 30 ed. Schmidt; cod. βραδύτης. — [f] βραδυτὴς] cod. βραδύτης. — [g] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [h] ταχυτῆτος] vid. Herodian. l. c.; cod. ταχύτητος. — [i] βραδυτῆτος] cod. βραδύτητος. — [k] μνῆμαι] cod. μνήμαι. — [l] εἰσὶ] cod. εἰσὶν. — [m] ἀδικεῖται] cod. ἀδικειται. — [n] ἄλλο τι] cod. ἀλλό τι. — [o] αἱρεταὶ] vulgo ἀρεταί. —

admittere, ut per omnem vitam delectetur : ideoque nec sic quidem ullo modo necesse est, ut voluptas malum sit. Neque enim vir prudens vitam puerilem et turpia facta ob voluptatem inde percipiendam, sed ipsa per se fugit, quia fugienda sunt.

Nam etiam multa quæ ad voluptatem ferunt persequimur, non ob voluptatem, sed quia ipsa per se expetenda sunt : quippe videre, meminisse, scire et virtutibus esse præditi velimus, etiamsi ea nullam nobis afferant voluptatem : num autem necessario his voluptates succedant, nihil interest : quia etiamsi ex iis nulla voluptas accipiatur, tamen hæc nobis ipsis exoptemus : non esse igitur omnem voluptatem expetendam et bonum, nonnullasque per se expetendas esse; vel specie vel causis ex quibus oriuntur ab improbis differentes, perspicuum videtur esse.

Κεφ. γ'.

Περὶ τοῦ ὅτι οὐκ ἔστι κίνησις ἡ ἡδονή.

** Τὰ μὲν οὖν λεγόμενα περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης ταῦτά ἐστιν· ζητοῦμεν δὲ ἤδη περὶ αὐτῆς τί ἐστιν, ἢ ποῖόν τι· τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν καταφανὲς ἄνωθεν ἀναλαβοῦσι τὸν λόγον. Ἔστι τοίνυν ἡ ἡδονὴ τελεία. Καὶ καθάπερ ἡ ὅρασις καθ' ὀντιναοῦν χρόνον τελεία ἐστί, καὶ οὐκ ἔστι λαβεῖν μέρος τοῦ ἐν τῷ ὁρᾶν χρόνου καθ' ὃν γίνεται, ἀλλ' ἐν τῷ ὅλῳ· ἐν γὰρ ἑκάστῳ μέρει ἀτελής ἐστιν ἡ κίνησις, καὶ ἑτέρα τῷ εἴδει· τὰ γὰρ μέρη τῆς κινήσεως διαφέρουσι, καὶ τῆς ὅλης κινήσεως καὶ ἀλλήλων, ὥσπερ ἐπὶ τῆς οἰκοδομίας· τῆς γὰρ ὅλης ποιήσεως, φέρε εἰπεῖν, τοῦ ναοῦ ἑτέρα ἡ τῶν λίθων σύνεσις, καὶ ἄλλη ἡ τῶν κιόνων κατασκευή[a], καὶ διαφέρουσι πρός τε ἀλλήλας καὶ πρὸς τὴν ὅλην οἰκοδομίαν· ἡ μὲν γὰρ τελεία· καὶ γὰρ οὐδενὸς ἐλλείπει τῶν δεόντων· ἡ δὲ τῆς κρηπῖδος καὶ τοῦ τριγλύφου ἀτελής· μέρους γὰρ οἰκοδόμησις ἑκατέρα. Τῷ εἴδει οὖν διαφέρουσι, καὶ ὅλως οὐκ ἔστιν ἐν ὁτῳοῦν χρόνου μέρει, δηλονότι τοῦ κατὰ κίνησιν χρόνου, τελείαν λαβεῖν κίνησιν· κατὰ τὸ εἶδος ὃ ζητεῖται ἐν τῇ τελείᾳ κινήσει, ἀλλ' ἐν τῷ ὅλῳ χρόνῳ ἡ τελεία κίνησις ἀποτελεῖται. Ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ ἐπὶ βαδίσεως καὶ τῶν λοιπῶν κινήσεων. Καὶ γὰρ ἡ φορὰ διάφορα εἴδη κινήσεως περιέχει. Καὶ γὰρ ἅλσις, καὶ πτῆσις, καὶ βάδισις, πᾶσαι φοραὶ μέν εἰσι, διαφέρουσι

Cap. III.

Voluptatem non esse motum.

Hactenus ea quæ de voluptate ac dolore dicuntur : jam vero ipsi quid sit aut qualis res sit, videbimus : quod planum fiet, si paulo altius disputationem repetiverimus. Est ergo voluptas perfecta. Et quemadmodum quovis tempore perfectus est visus, neque pars temporis quo videmus sumi potest, quo nimirum fiat illud, sed omni tempore locum habet : in quavis enim parte imperfectus est motus et specie separatus : quippe motus partes tum a toto motu, tum singulæ inter se differunt, sicut in ædificatione : totius enim operis, exempli gratia, templi alia est lapidum coagmentatio, alia columnarum exstructio, quæ quidem inter se et a tota differunt fabrica : illa enim est perfecta : quoniam nulla re necessaria deficitur : at vero basis et triglyphi fabrica adhuc imperfecta est : utraque enim partis structura est. Differunt ergo specie, omninoque fieri nequit, ut in ulla temporis parte, quod quidem motus respectu dicitur, motus specie perfectus sumatur, quod in motu perfecto quæritur, sed toto omnis temporis spatio perfectus efficitur motus. Eadem quoque incessus et reliquorum motuum ratio est. Diversas quippe motuum species in iis continet loci mutatio. Saltus enim, volatus et ingressus omnes quidem loci mutationes sunt, sed

* Περὶ πολλά τε σπουδὴν κτλ. — ** Cap. 4. Τί δ' ἐστὶν ἢ ποῖόν τι, καταφανέστερον κτλ.

δὲ ἀλλήλων κατ' εἶδος· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν φορῶν τούτων διάφορα εἴδη γίνεται βαδίσεως. Οἱ γὰρ ὅροι διάφοροι, τὸ πόθεν, καὶ ποῖ· τῶν ὅρων δὲ διαφόρων ὄντων, διάφορα καὶ τὰ εἴδη τῆς βαδίσεως· τῆς γὰρ ἐν τῷ σταδίῳ βαδίσεως τὸ μέρος διαφόρους ἔχει τοὺς ὅρους πρὸς τὴν ὅλην βάδισιν· καὶ οὐ μόνον πρὸς τὴν ὅλην, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ μέρη. Εἰ γὰρ εἴη ἡ βάδισις ὅλη ἀπὸ τοῦ α' ἐπὶ τὸ ε', ἡ ἀπὸ τοῦ α' ἐπὶ τὸ γ' διάφορος ἂν εἴη κατὰ τοὺς ὅρους, τῆς τε ὅλης, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ γ' ἐπὶ τὸ δ', καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ δ' ἐπὶ τὸ ζ', καὶ ἔτι τῆς ἀπὸ τοῦ ζ' ἐπὶ τὸ ε'. Διαφόρων δὲ ὄντων τῶν ὅρων, καὶ αὐταὶ διάφοροι ἂν εἶεν τῷ εἴδει. Εἰ γὰρ γραμμὴν [b] ἑκάστη βάδισις διεπορεύετο [c], τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ εἴδει, ἄλλο ἦν· ἀλλ' ἐπεὶ ἑκάστη γραμμὴ ἐν τόπῳ ἐστίν, οἱ δὲ τόποι διάφοροι, διὰ τοῦτο διάφοροί εἰσιν αἱ κινήσεις. Τοὺς μὲν οὖν ἀκριβεῖς περὶ κινήσεως λόγους ἐν ἄλλοις ἐποιησάμεθα. Τοῦτο δὲ μόνον ἐνταῦθα εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι οὐκ ἐν παντὶ χρόνῳ τελεία ἐστὶν ἡ κίνησις, ἀλλ' ἐν τῷ ὅλῳ. Αἱ δὲ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ ὅλου χρόνου κινήσεις ἀτελεῖς εἰσι, καὶ διαφέρουσιν ἀλλήλων τῷ εἴδει· εἴπερ οἱ ὅροι τῆς κινήσεως τὸ πόθεν καὶ ποῖ, τὴν κίνησιν εἰδοποιοῦσι. Τῆς δὲ ἡδονῆς τὸ εἶδος ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ τέλειόν ἐστι. Φανερὸν τοίνυν, ὅτι ἡ ἡδονή, καὶ ἡ κίνησις ἕτεραί εἰσιν ἀλλήλων· καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ ὅλον τι καὶ τέλειον ἐστιν, ἡ δὲ κίνησις οὐκ ἐν παντὶ χρόνῳ τελεία, καὶ ὅτι κίνησιν μὲν ἄνευ χρόνου οὐκ ἐνδέχεται [d] εἶναι, ἡδονὴν δὲ δυνατόν. Καὶ γὰρ ἐν μὲν τῷ νῦν καὶ τῷ ἀτόμῳ οὐ δυνατὸν κινηθῆναι, ἡσθῆναι δὲ δυνατὸν ὅλην καὶ τελείαν ἡδονήν.

* Ἐκ τούτων δὲ δῆλον, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἔστι κίνησις ἡ ἡδονή, ἀλλ' οὐδὲ γένεσις. Οὐ γὰρ πάντων ἁπλῶς γένεσίς ἐστιν, ἀλλὰ τῶν μεριστῶν καὶ μὴ ὅλων, ἐπεὶ μηδὲ ὁράσεώς ἐστι γένεσις, οὐδὲ στιγμῆς, οὐδὲ μονάδος· ὅτι ὅλον τι ἕκαστον αὐτῶν ἐστι, καὶ οὐ μεριστόν, οὐδὲ χρόνῳ ἀπὸ τοῦ ἀτελοῦς ἐπὶ τὸ τέλειον ἔρχεται, ἀλλ' ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ ὅλον τι καὶ τέλειον ἕκαστον αὐτῶν ἐστιν. Ἥ τε [e] γὰρ μονὰς οὐ τὸ μὲν τελεία ἐστί, τὸ δὲ ἀτελής, καὶ τῷ χρόνῳ τελειοῦται, οὔτε ἡ στιγμή· τό τε [f] ὁρᾷν ἐν παντὶ μέρει τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ὁρῶμεν, τέλειόν ἐστι· καὶ ὅλως πάσης αἰσθήσεως ἐνέργεια πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητὸν ἐνεργούσης τελεία ἐστὶν ἐν παντὶ μέρει τοῦ χρόνου.

(Scripsi. [a] κατασκευή] cod. κατασκεύη. — [b] εἰ γὰρ γραμμὴν] cod. εἰ γὰρ καὶ γραμμήν. — [c] διεπορεύετο] cod. διαπορεύεται [d] — οὐκ ἐνδέχεται] cod. οὐχ ἐνδέχεται. — [e] Ἥ τε] vulgo Ἦτε. — [f] τό τε] vulgo τό, τε.—)

Κεφ. δ'.

Περὶ τοῦ, ὅτι πᾶσαν ἐνέργειαν τελειοῖ ἡ ἡδονή.

** Ἕπεται δὲ ταῖς ἐνεργείαις τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς

specie inter se differunt: neque hoc tantum, sed in singulis etiam his loci mutationibus diversæ incessus species exsistunt. Unde enim et quo diversi sunt termini: diversi autem quum sint termini, diversæ quoque incessus species exsistunt: scilicet pars illius qui in stadio est incessus diversos ad totum incessum habet terminos: neque solum ad totum, sed etiam ad reliquas partes. Si enim totus incessus esset ab A ad E, qui ab A ad G esset, tum a toto, tum ab eo qui a G ad D esset, differret terminis, tum ab eo qui a D ad Z, et ab eo qui a Z ad E. Quum autem diversi sint termini, ipsos quoque specie inter se differre apertum est. Si enim singuli incessus lineam specie eandem transirent, aliud esset: quum vero in loco aliquo singulæ sint lineæ, loci autem sint diversi, ideo diversi quoque sunt motus. Cæterum de motu subtiliter in aliis libris a nobis disputatum est. Illud tantum hic dicere necesse est, non omni tempore perfectum esse motum, sed in toto. Qui autem in partibus temporis totius sunt motus, sunt imperfecti, specieque inter se differunt: siquidem motus ipsius termini, unde videlicet et quo, species efficiunt. Voluptatis vero species quovis tempore est perfecta. Unde apparet, voluptatem motumque inter se differre: et voluptas quidem, præterquam quod perfecta est, tota est, motus vero non omni tempore est perfectus, deinde sine tempore motum esse non posse liquet, voluptatem posse. In præsenti enim et temporis puncto moveri nihil potest, potest vero aliquis tota et perfecta voluptate perfundi.

Ex his perspicuum est, non modo non motum esse voluptatem, sed ne ortum quidem. Neque enim omnino omnium rerum ortus est, sed earum duntaxat quæ dividi possunt et quæ non sunt totæ, quum nec visus, nec puncti, neque unitatis sit ortus, quia illorum unumquidque totum est, neque dividi potest, neque temporis progressu ab imperfecto in perfectum transit, sed quovis tempore eorum unumquidque totum atque integrum quiddam et perfectum est. Neque enim unitas partim perfecta, partim imperfecta est, neque tempore perficitur, ut nec punctum: sicut videre in qualibet temporis parte quo videmus, est perfectum: denique cujuslibet sensus, qui in illo quod sub eum sensum cadit operatur, in qualibet temporis parte perfecta est muneris functio.

CAP. IV.

Omnem muneris functionem a voluptate perfici.

Sensus autem efficaciam mentisque agitationem se-

* Ἐκ τούτων δὲ δῆλον κτλ. — ** Αἰσθήσεως δὲ πάσης πρὸς τὸ αἰσθητὸν κτλ.

διανοίας ἡ ἡδονή, καὶ μάλιστα ὅταν ὑγιαίνουσαι τελειοτάτην προβάλλωνται τὴν ἐνέργειαν, καὶ περὶ τὸ κάλλιστον ἐνεργῶσιν, ἡ μὲν αἴσθησις τῶν αἰσθητῶν, ἡ δὲ διάνοια τῶν διανοητῶν. Τηνικαῦτα γὰρ μάλιστα καὶ τελείως ἐνεργεῖ ἡ ἐνέργεια, ἢ ἡ ἐνεργοῦσα ἕξις. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει ταύτην ἐνεργεῖν εἰπεῖν, ἢ ἐκείνην· ἐπειδὰν γὰρ ὑγιῶς τε καὶ τελείως ὁρῶμεν καὶ τὸ κάλλιστον ὁρῶμεν τῶν ὁρατῶν, τελειοτάτη γίνεται ἡ ἐνέργεια· ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων· ἡ δὲ τελειοτάτη, καὶ ἡδίστη. Ὅτι δὲ γίνεται κατὰ τὴν διάνοιαν ἡδονή, καὶ καθ' ἑκάστην αἴσθησιν, φανερόν· φαμὲν γὰρ διανοήματα ἡδέα εἶναι, καὶ θεωρήμασι χαίρομεν, καὶ ὁράμασιν ἡδόμεθα, καὶ ἀκούσμασι, καὶ μάλιστα ὅταν τελείως τε ἐνεργῶμεν, καθὼς εἴρηται, καὶ τὰ βέλτιστα ὁρῶμεν, ἢ θεωρῶμεν, ἢ ἄλλως αἰσθανώμεθα. Τοιούτων γὰρ ὄντων τῆς τε αἰσθήσεως, καὶ τῶν αἰσθητῶν, καὶ τῆς διανοίας, καὶ τῶν διανοητῶν, ἀεὶ ἔσται ἡδονή, ἕως ἂν ἡ διάνοια καὶ ἡ αἴσθησις πάσχῃ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων.

* Ἕπεται τοίνυν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή, καὶ τελειότης τίς ἐστιν αὐτῆς. Τελειοῖ δὲ οὐχ ὡς ἕξις τὸν ἔχοντα ἀπὸ τοῦ δυνάμει εἰς τὸ ἐνεργείᾳ ἄγουσα· ὥσπερ τὸν δυνάμει οἰκοδόμον ἡ οἰκοδομικὴ τελειοῖ, καὶ ἐνεργείᾳ ποιεῖ οἰκοδόμον, καθάπερ οὐδὲ ἡ ὑγίεια καὶ ὁ ἰατρὸς ὁμοίως αἴτιά εἰσι τοῦ ὑγιαίνειν· ἡ μὲν γὰρ αὐτὴ ποιεῖ μὴ οὖσα τὴν τοῦ ὑγιαίνειν ἐνέργειαν, ὁ δὲ συντηρεῖ καὶ φυλάττει, καὶ ὅπως παραμείνῃ ζητεῖ. Ἔτι δὲ οὐδ' ὥσπερ τὸ αἰσθητὸν τελειοῖ τὴν αἴσθησιν, ἢ τὸ διανοητὸν τὴν διάνοιαν, οὕτω καὶ ἡ ἡδονὴ τελειοῖ τὴν ἐνέργειαν αὐτῶν. Ἡ μὲν γὰρ ἕξις, καὶ τὸ ἀντικείμενον, ἀπὸ τοῦ δυνάμει εἰς τὸ ἐνεργείᾳ προάγουσι τὴν ἐνέργειαν[a]· ἡ δὲ ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ γενομένῃ συμπεφυκυῖα συντηρεῖ καὶ φυλάττει. Πείθει γὰρ ἐνεργεῖν ἡ ἐπ' αὐτῷ ἡδονή, καὶ ἔστι τῇ ἐνεργείᾳ καθάπερ ἐπιγινόμενον τέλος, ὥσπερ ἡ ὥρα τοῖς ἐν ἀκμῇ· καὶ ἕπεται ἀεὶ ταύτῃ[b] ἕως ἂν ᾖ ἥ τε[c] αἴσθησις καὶ ἡ διάνοια, καὶ περὶ τὸ αἰσθητὸν καὶ διανοητὸν ἐνεργῇ, καὶ μάλιστα, ὅταν εὖ καὶ ἄριστα ἔχωσι, καὶ περὶ τὸ ἄριστον ἐνεργῶσιν.

** Ἀπορήσειε δ' ἄν τις εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, πῶς οὐδεὶς οὕτως ἐνεργῶν συνεχῶς ἥδεται. Πρὸς ὃ ῥητέον, ὅτι κάμνει πάντα τὰ ἀνθρώπεια, καὶ οὐ δύναται συνεχῶς ἐνεργεῖν. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἥδεσθαι δύναται συνεχῶς, ἐπεὶ ἡ ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ ἀκολουθεῖ· ἔνια δὲ τέρπει μὲν νεωστὶ φανέντα, χρόνον δέ τινα συνεθισθέντα οὐχ οὕτως ἡδέα δοκεῖ. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅπερ ἔφην. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον παρακέκληται ἡ διάνοια, καὶ ἐπιτεταμένως περὶ αὐτὰ ἐνεργεῖ, ὥσπερ κατὰ τὴν ὄψιν οἱ ἐμβλέποντες· μετέπειτα δὲ οὐ γίνεται τοιαύτη ἡ ἐνέργεια, ἀλλὰ παρημελημένη· διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἡδονὴ ἀμαυροῦται.

quitur voluptas, maxime quum bene affecti sensus perfectissimam muneris functionem sibi proponunt et circa rem sensibilium pulcherrimam sensus et intelligibilium mens versantur. Tum enim maxime et perfecte efficacia illa aut efficax habitus munere suo fungitur. Nihil enim interest, utrum hunc an illam munus suum explere dicas : nimirum quum incolumi acie et perfecte videmus et quidem pulcherrimam rerum aspectabilium videmus, perfectissima exsistit efficacia : similiterque de mente et reliquis sensibus judicandum : quæ vero perfectissima est, jucundissima quoque sit oportet. Jam vero et animi et singulorum sensuum aliquam voluptatem esse manifestum est : nam cogitationes jucundas esse dicimus, et præceptis gaudemus, et spectaculis auditionibusque delectamur, maxime quum perfecte his rebus operam damus, ut dictum est, atque ea quæ optima sunt videmus, vel contemplamur, vel alio sensu percipimus. Tales enim quum et sensus sint resque sensibiles et mens cum rebus intelligibilibus, semper erit voluptas, donec mens et sensus objectu aliquo afficiatur.

Sequitur igitur efficaciam voluptas, estque ejus quasi quædam perfectio. Perficit autem non quemadmodum habitus hominem illo præditum ab eo quod potentia est ad actum deducendo : ut eum qui potentia est architectus architectura perficit, actuque architectum facit, sicut ne sanitas quidem et medicus eodem modo causæ sunt, ut aliquis valeat : altera quippe, licet non ipsa talis sit, sanitatis inducit actum, alter conservat et custodit, et operam dat, ut permaneat. Præterea non quemadmodum res sensibilis perficit sensum, aut intelligibilis intellectum, sic voluptas etiam eorum qui ipsa fruuntur, efficaciam perficit. Habitus enim et objectus aliquis ab eo quod potentia est ad id quod est actu efficaciam promovent : voluptas vero, quum ipsi quasi quæ locum habet, cognata sit efficaciæ, conservat eam et custodit. Impellit videlicet ad efficaciam voluptas inde percipienda, estque quasi finis quidam efficaciæ accedens, ut venustas hominibus ætate florentibus adjuncta : sequiturque hanc semper, donec sensus est et mens, ac circa res sensibiles et intelligibiles versatur, maximeque quum optime se habent atque in re optima operantur.

Quodsi ita se res habet, dubitaverit aliquis, qui fiat, ut nemo qui eo modo operatur, perpetuo delectetur. Ad quod respondendum est, omnia mortalia defatigari, neque quemquam assidue aliquid agere atque moliri posse. Quare ne delectari quidem assidue potest, quoniam voluptas actionem sequitur : nonnulla vero recens oblata delectant, sed aliquamdiu usu cognita non perinde jucunda videntur. Cujus rei illa, quam dixi, causa est. Principio enim incumbit in ea cogitatio, et contente in iis suo munere fungitur, ut qui defixis oculis rem aliquam intuentur : postea vero non amplius talis est muneris functio, sed remissior ac negligentior : quapropter voluptas quoque obscuratur.

* Τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή, κτλ. — ** Πῶς οὖν οὐδεὶς συνεχῶς ἥδεται κτλ.

(Scripsi : [a] ἐνέργειαν] cod. ἐνεργείαν. — [b] ταύτῃ] cod. ταύτη. — [c] ᾗ τε] vulgo ἥτε. —)

Κεφ. ε'.

Περὶ τοῦ ὅτι φύσει διωκτὸν ἡ ἡδονή· καὶ ἔτι περὶ τοῦ ὅτι εἴδει διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί.

* Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν ἐνέργειαν τελειοῖ ἡ ἡδονή, ἐνέργεια δὲ καὶ τὸ ζῆν, τὰ ἄρα ἐφιέμενα τοῦ ζῆν ὀρέγονται τῆς ἡδονῆς, ὅτι τελειότης ἐστὶν αὐτοῦ. Πάντα δὲ ἐφίενται τοῦ ζῆν· ὥστε δόξειεν ἂν πάντα ἐφίεσθαι τῆς ἡδονῆς. Πᾶσαν γὰρ ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ αἱρετωτέραν ποιεῖ· καὶ ἕκαστος περὶ τοῦτα καὶ ταύτοις ἐνεργεῖ μάλιστα, οἷς μάλιστα ἥδεται· οἷον ὁ μουσικὸς τῇ ἀκοῇ περὶ τὰ μέλη, καὶ ὁ φιλομαθὴς τῇ διανοίᾳ περὶ τὰ θεωρήματα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος. Ἐπεὶ οὖν οὕτω ποιεῖ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ καλλίω καὶ αἱρετωτέραν, εἰκότως τὰ ὀρεγόμενά τινος ἐνεργείας, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ὀρέγονται ἡδονῆς· τὰ ἄρα τοῦ ζῆν ἐφιέμενα εὐλόγως καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐφίενται ἡδονῆς, ὅτι τὸ αἱρετὸν καὶ ἐφετὸν αὐτοῖς τελειοῖ. Τὸ δὲ ζητεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος, πότερον ποτέρου ἕνεκα αἱρετόν, ἡ ἡδονὴ διὰ τὸ ζῆν, ἢ τὸ ζῆν διὰ τὴν ἡδονήν, ἀφείσθω. Φαίνεται δὲ ὅτι ἀδιαίρετά εἰσι ταῦτα ἀλλήλων, καὶ οὔτε ἡδονὴν χωρὶς ἐνεργείας οὔτε ἐνέργειαν χωρὶς ἡδονῆς εὕροι τις ἄν· τελείωσις γὰρ ἐνεργείας ἡ ἡδονή, καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναται χωρὶς εἶναι.

** Διὰ ταῦτα φαίνεται καὶ ὅτι αἱ ἡδοναὶ διαφέρουσιν ἀλλήλων τῷ εἴδει· καὶ γὰρ διαφόρων τῷ εἴδει ἐνεργειῶν τελειότητες οὖσαι καὶ αὐταὶ διάφοροί εἰσιν. Αἱ γὰρ τελειότητες τῶν διαφόρων εἰδῶν οὐ δύνανται μὴ διάφοροι εἶναι τῷ εἴδει· οἷον, αἱ τῆς διανοίας ἐνέργειαι τῶν τῆς αἰσθήσεως διαφέρουσι τῷ εἴδει, καὶ ἔτι αὗται ἀλλήλων· ὥστε καὶ αἱ ἡδοναί. Τοῦτο δέ ἐστι φανερὸν ἐκ τοῦ πάσῃ ἐνεργείᾳ οἰκείαν ἡδονὴν προσεῖναι. Ὅτι δὲ οἰκεία, δῆλον· καὶ γὰρ συναύξει τὴν ἐνέργειαν ἡ οἰκεία ἡδονή. Μάλιστα γάρ τις ἕκαστα γινώσκει καὶ ἐξακριβοῖ, καὶ ὅλως ἐνεργεῖ, ὅταν μεθ' ἡδονῆς τοῦτο ποιῇ· καὶ γὰρ γεωμετρικοὶ γίνονται· μάλιστα οἱ χαίροντες τῷ γεωμετρεῖν, καὶ κατανοοῦσιν ἕκαστα μᾶλλον, καὶ ἕκαστον ἡ ἡδονὴ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον ἐπιδιδόναι ποιεῖ. Εἰ τοίνυν τὰς ἐνεργείας συναύξουσιν αἱ ἡδοναί, τὰ δὲ συναύξοντα οἰκεῖα, τὰ δὲ οἰκεῖα τοῖς διαφόροις τῷ εἴδει καὶ αὐτὰ διάφορα κατὰ τὸ εἶδος, φανερόν, ὅτι αἱ ἡδοναὶ ἕτεραι τῷ εἴδει ἀλλήλων. Ἔτι καὶ ἐκεῖθεν γίνεται δῆλον τὰς ἡδονὰς διαφόρους εἶναι τῷ εἴδει· καὶ γὰρ προσίστανται ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἀλλότριαι ἡδοναί, καθάπερ αἱ οἰκεῖαι τελειοτέρας ποιοῦσιν· ἡ γὰρ τῆς αὐλητικῆς ἡδονὴ συγχέοι ἂν ῥαδίως τὴν ἐν τοῖς μαθήμασι θεωρίαν, ὅταν μὴ ἕξιν μαθηματικὴν ὁ θεωρῶν ἔχῃ, ἀλλ' ἥδηται μᾶλλον αὐλοῦντος

Cap. V

Voluptatem naturaliter consectandam : præterea specie quoque differre voluptates.

Quum vero omnem actum perficiat voluptas, actus autem et vita sit, sequitur ea quæ vitæ cupida sunt voluptatem appetere, quia ejus perfectio est. Omnia autem vitæ cupida sunt : ita ut omnia appetere voluptatem videantur. Omnem enim actum voluptas optabiliorem efficit : atque in iis quisque elaborat maxime suoque munere fungitur, quibus maxime delectatur : ut musicus auditu in sonis et cantibus, disciplinarum studiosus agitatione mentis in cognitione rerum, et ita cæteri suo quisque in studio. Quum ergo eo modo muneris functionem voluptas tum pulchriorem tum optabiliorem faciat, jure ea quæ actum aliquem appetunt simul etiam voluptatem inde capiendam consectantur : quocirca quæcunque vitæ cupida sunt, merito quoque voluptatem captant, quia id quod optabile et expetendum illis videtur perficit. Illa vero quæstio, utrum voluptas vitæ ipsius, an vita voluptatis causa expetenda sit, in præsentia omittatur. Videntur autem hæc inseparabilia esse, siquidem neque voluptatem sine actu, neque actum sine voluptate reperias : perfectio enim actionis est voluptas, ideoque seorsum ab ea poni non potest.

Hinc etiam apparet, voluptates specie inter se differre : diversarum enim specie actionum quum perfectiones sint, ipsas quoque diversas esse oportet. Nam diversarum formarum perfectiones non possunt non esse specie diversæ : verbi gratia cogitationis functiones a sensuum functionibus specie differunt, et ipsæ inter se rursus : itaque et voluptates. Hoc autem ex eo manifestum est, quod omni functioni propria inest voluptas. Propriam vero esse perspicuum est : etenim auget simul functionem propria voluptas. Maxime enim singula et cognoscimus et accurate percipimus, et omnino efficimus, quando cum voluptate hoc facimus : nimirum geometræ fiunt maxime qui eo studio delectantur, et singula magis intelligunt, quin etiam voluptas causa est, ut in suo quisque studio et munere proficiat. Si ergo functiones augentur simul voluptatibus, quæ vero simul augent aliquid ei quod augent sunt propria, quæ autem differentibus specie sunt propria, etiam ipsa specie differunt, apparet voluptates quoque ipsas specie inter se differre. Præterea et hinc liquet, voluptates specie diversas esse : nam obsistunt functionibus alienæ voluptates, ut propriæ eas perficiunt : quippe voluptas e tibiarum cantu capta facile disciplinarum contemplationem confundit, quando habitum disciplinarum studio proprium non gerit is qui contemplatur, sed magis tibicinis inflatu quam contemplatione gaudet, atque ita voluptas e ti-

* Ὀρέγεσθαι δὲ τῆς ἡδονῆς οἰηθείη τις ἂν κτλ. — ** Cap. 5. Ὅθεν δοκοῦσι καὶ τῷ εἴδει διαφέρειν, κτλ.

ἀκούων ἢ θεωρῶν, καὶ οὕτω φθείρῃ τὴν περὶ τὸν λόγον ἐνέργειαν ἡ τῆς αὐλητικῆς ἡδονή. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν δύο ἐνεργείας τις κατὰ ταὐτὸν ἐνεργῇ· καὶ γὰρ ἡ ἡδίων τὴν ἑτέραν ἐκκρούει, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ κατὰ τὴν ἡδονὴν διαφέρει· εἰ γὰρ σφόδρα ὑπερβάλλει[a] τὴν ἐξ ἑτέρας ἡ τῆς ἑτέρας ἡδονή, καὶ παντελῶς ἀφανίζει[b] τὴν ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν, ὥστε μηδὲ ὅλως κατ' αὐτὴν ἐνεργεῖν· διὰ τοῦτο ἐπειδὰν χαίρωμέν τινι σφόδρα, οὐ πάνυ δρῶμεν ἕτερον· εἰ δὲ οὐ πάνυ ἡδόμεθα ὁτῳοῦν καὶ ἄλλα ποιοῦμεν, οἷον ποιοῦσι καὶ οἱ ἐν τοῖς θεάτροις τραγηματίζοντες· ὅταν γὰρ φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, καὶ οὐ πάνυ χαίρωσι τῷ θεάματι, τότε μάλιστα αὐτὸ δρῶσιν. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ μὲν οἰκεία ἡδονὴ τὰς ἐνεργείας ἐξακριβοῖ, καὶ χρονιωτέρας καὶ βελτίους ποιεῖ, ἡ δ' ἀλλοτρία λυμαίνεται, φανερόν, ὅτι πολὺ διαφέρουσιν ἀλλήλων· σχεδὸν γὰρ ὥσπερ αἱ οἰκεῖαι ταῖς ἐνεργείαις λῦπαι[c] κώλυμα γίνονται, καὶ προχωρεῖν οὐκ ἐῶσιν, οὕτω καὶ αἱ ἀλλότριαι ἡδοναί. Φθείρουσι γὰρ αἱ οἰκεῖαι λῦπαι τὰς ἐνεργείας· εἰ γάρ τις ἐπὶ τῷ γράφειν λυποῖτο, οὐ γράψει, καὶ εἴ τῳ τὸ λογίζεσθαι ἀηδές, οὐ θεωρήσει· τοῦτο δὲ πείσεται, καθὼς εἴρηται, καὶ ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίας ἡδονῆς. Εἰ τοίνυν ἡ ἀλλοτρία ἡδονὴ παραπλήσιον ποιεῖ ταῖς οἰκείαις λύπαις, ἡ δὲ οἰκεία λύπη τῇ οἰκείᾳ ἡδονῇ ἐναντίως ἔχει, φανερόν, ὅτι ἡ ἀλλοτρία ἡδονὴ τῇ οἰκείᾳ ἐναντίως ἔχει· τὰ δὲ τοιαῦτα οὐ δύνανται τὰ αὐτὰ εἶναι τῷ εἴδει· ἡ ἄρα ἡδονὴ οὐκ ἔστι μία κατὰ τὸ εἶδος.

(Scripsi : [a] ὑπερβάλλει] cod. ὑπερβάλλῃ. — [b] ἀφανίζει] cod. ἀφανίζῃ. — [c] λῦπαι] cod. hic et mox λύπαι. —)

biarum sonis percepta cogitationem ad disciplinas intentam corrumpit. Similiter hoc etiam in aliis evenit, quum quis eodem tempore duabus rebus operam dat : nam jucundior occupatio alteram expellit, eoque magis, quo magis voluptate excellit : si enim voluptatem ex altera re perceptam longe superat illa quam altera res affert voluptas, plane etiam alienam istam functionem tollit, adeo ut in illa re suo munere fungi haudquaquam possit : ideoque quum re aliqua vehementer delectamur, non fere aliud facimus : sin autem non admodum delectamur aliquo negotio, etiam alia agimus, quale est quod faciunt qui in theatris bellaria comedunt : quando enim inepti sunt histriones, ita ut tali spectaculo non admodum delectentur, tum maxime hoc faciunt. Quoniam igitur propria voluptas muneris functiones accuratas efficit, easque diuturniores et meliores reddit, aliena autem corrumpit, perspicuum est eas multum inter se differre : propemodum enim ut proprii dolores muneris functiones impediunt neque eas succedere sinunt, ita et alienæ faciunt voluptates. Muneris quippe functiones corrumpunt proprii dolores : nimirum si cui scribere molestum sit, non scribet, et si cui contemplari injucundum sit, non contemplabitur : hoc autem, quemadmodum diximus, etiam ex aliena voluptate ei accidet. Si ergo aliena voluptas simile quiddam propriis doloribus efficit, proprius autem dolor cum propria voluptate pugnat, manifestum est alienam voluptatem propriæ esse contrariam : talia vero specie eadem esse non possunt : voluptas ergo non est una specie.

Κεφ. ς'.

Περὶ τοῦ ὅτι ἐπιεικείᾳ καὶ φαυλότητι, καὶ ἔτι καθαρότητι διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί· καὶ ὅτι ἑτέρων ζῴων καὶ ἕτεραι· καὶ τίς ἡ ἀληθής.

* Ἐπεὶ δὲ ἑκάστη ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ, ὅθεν ἐστίν, οἰκείως ἔχει, αἱ δὲ ἐνέργειαι διαφέρουσιν ἀλλήλων ἐπιεικείᾳ καὶ φαυλότητι, καὶ αἱ μὲν αἱρεταί εἰσιν, αἱ δὲ φευκταί, αἱ δὲ οὐδέτερον, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰς ἡδονὰς ἔχειν ἀνάγκη, καὶ τὰς μὲν ἀγαθὰς εἶναι, τὰς δὲ φαύλας, τὰς δὲ οὐδέτερον τούτων· καὶ ἐπιεικὴς μὲν καὶ ἀγαθὴ ἡδονή ἐστιν ἡ οἰκεία τῇ ἐπιεικεῖ καὶ ἀγαθῇ καὶ σπουδαίᾳ ἐνεργείᾳ, φαύλη δὲ ἡ τῇ φαύλῃ ἐνεργείᾳ οἰκεία· καὶ γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι τῶν μὲν καλῶν ἐπαινεταί, τῶν δὲ φαύλων ψεκταί· ἡ δὲ οἰκεία τῇ ἐνεργείᾳ, ἣ οὔτε ἐπαινετή ἐστιν, οὔτε ψεκτή, καὶ αὐτὴ οὐδέτερόν ἐστιν. Ἐπεὶ δὲ τῇ ἐνεργείᾳ καὶ ὄρεξίς ἐστιν ὅθεν κινεῖταί τις ἐπὶ τὸ ἐνεργεῖν, ζητητέον πότερα[a] μᾶλλόν ἐστιν οἰκεία ἡ ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ ἢ τῇ ὀρέξει. Φαίνεται δὲ ὅτι οἰκειοτέρα ἐστὶ τῇ ἐνερ-

CAP. VI.

Differre voluptates inter se tum honestate et improbitate, tum etiam sinceritate : præterea aliorum animalium esse alias : et quæ sit vera.

Quoniam unaquæque voluptas cum ea, ex qua nascitur, functione convenit, ipsæ vero functiones honestate et turpitudine inter se differunt, aliæque expetendæ, aliæ fugiendæ sunt, aliæ vero neutrum, eandem etiam voluptatum rationem esse necesse est, ut aliæ bonæ, aliæ vitiosæ, aliæ nec hoc nec illud sint : et honesta quidem ac bona voluptas est, quæ honestæ ac bonæ probæque functioni propria est, vitiosa autem quæ malæ functioni propria est : nam et cupiditates rerum honestarum laudabiles sunt, inhonestarum vituperabiles : quæ vero functioni nec laudabili nec vituperabili propria est voluptas, ipsa quoque est neutrum. Quum vero functioni etiam appetitus insit, quo ad functionem illam aliquis impellitur, quærendum est, utrum voluptas magis propria functioni an appetitui sit. Videtur autem magis functioni esse propria. Cum appetitu

* Διαφερουσῶν δὲ τῶν ἐνεργειῶν ἐπιεικείᾳ καὶ φαυλότητι κτλ.

γείᾳ. Τῇ μὲν ὀρέξει γὰρ ἡ ἡδονὴ οὔτε συμπέφυκεν, οὔτε ἅμα γίνεται αὐτῇ κατὰ τὸν χρόνον, ἀλλὰ διέστηκεν αὐτῆς, καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τῇ φύσει. Προηγεῖται γὰρ ἡ ὄρεξις τῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ ἡδονῆς· τῇ δὲ ἐνεργείᾳ οὕτω συμπέφυκεν ἡ ἡδονή, καὶ οὕτως ἀχωρίστως ἔχει, ὥστε ἀμφισβητεῖται, εἰ ταὐτόν ἐστι τῇ ἐνεργείᾳ [b] ἡ ἡδονή. Φαίνεται μὲν οὖν, ὅτι τῇ ἐνεργείᾳ μᾶλλον ᾠκείωται [c] ἡ ἡδονή, ἢ τῇ ὀρέξει· ταὐτὸν δὲ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ταὐτὸν ἡδονὴ διανοίᾳ, οὐδὲ αἰσθήσει οὐδεμίᾳ· ἄτοπον γὰρ οὕτως οἴεσθαι. Ἀλλὰ τῷ ἀχωρίστως ἀλλήλων ἔχειν δοκεῖ μηδὲν διαφέρειν ἐνεργείας [d].

*Διάφοροι δέ εἰσι καὶ αὐταὶ αἱ ἡδοναὶ πρὸς ἀλλήλας, ὅτι αἱ ἐνέργειαι. Διαφέρει γὰρ ὄψις ἁφῆς καθαριότητι, καθ' ὅσον ἡ μὲν τοῦ εἴδους ἀντιλαμβάνεται μόνου, ἡ δὲ ἁφὴ τῇ ὕλῃ μᾶλλον προσάγει, καὶ ἡ ἀκοὴ ταύτῃ τῆς ὀσφρήσεως καὶ τῆς γεύσεως διαφέρει, ὅτι τῆς ὕλης ἅπτονται μᾶλλον· ὅθεν καὶ αἱ ἑπόμεναι ἡδοναὶ διοίσουσιν ἀλλήλων, καὶ τῶν ἐκ τῆς διανοίας ἡδονῶν, ὅτι διάφοροι αἱ ἐνέργειαι. Καὶ αὐταὶ δὲ αἱ τῆς διανοίας ἡδοναὶ οὐχ αἱ αὐταὶ ἔσονται ἀλλήλαις, ὅτι διάφοροι ἐνέργειαι διανοίας.

**Φαίνεται δὲ ὅτι καὶ ἑκάστῳ ζῴῳ [e] οἰκεία τίς ἐστιν ἡδονή, καθάπερ καὶ ἔργον ἐστὶν οἰκεῖον. Εἰ γὰρ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἡδοναὶ ἀκολουθοῦσιν, ἑκάστῳ δὲ ζῴῳ [f] οἰκεία τίς ἐστιν ἐνέργεια κατάλληλος τῇ φύσει, καὶ ἡ ἡδονὴ ἂν εἴη οἰκεία. Τοῦτο δὲ καὶ καθ' ἕκαστον θεωροῦντι γίνεται δῆλον. Ἑτέρα γὰρ ἵππου ἡδονή, καὶ κυνός, καὶ ἀνθρώπου· καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν, ὄνον σύρματα ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον, ἢ χρυσόν· ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις. Αἱ μὲν οὖν οἰκεῖαι ἡδοναὶ ταῖς διαφόροις ἐνεργείαις καὶ αὐταὶ διάφοροί εἰσι· τὰς δὲ τῶν αὐτῶν ἐνεργειῶν τὰς αὐτὰς εὔλογον εἶναι κατὰ τὸ εἶδος· διοίσουσι δὲ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. Ὅτι γὰρ ταῖς αὐταῖς ἐνεργείαις οὐχ ὁμοίως ἥδονται πάντες, φανερόν· ἐπεὶ καὶ τοσαύτη γίνεται ἡ διαφορά, ὥστε τοῖς αὐτοῖς τοὺς μὲν ἥδεσθαι, τοὺς δὲ λυπεῖσθαι· καὶ γλυκέα οὐ πᾶσι τὰ αὐτά, οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ δοκεῖ γλυκέα τῷ πυρέττοντι καὶ τῷ ὑγιαίνοντι, οὐδὲ θερμὰ τὰ αὐτὰ τῷ ἀσθενεῖ καὶ τῷ εὐεκτοῦντι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων συμβαίνει.

***Καθάπερ δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡδέων τὰ ἀληθῶς ἡδέα τῶν δοκούντων ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων γνωσόμεθα διελεῖν· οὕτω καὶ τὰς ἐν τῷ ἤθει ἡδονὰς ἀπὸ τῶν εὖ ἐχόντων περὶ τὸ ἦθος, δηλαδὴ τῶν σπουδαίων, διορισόμεθα. Εἰ δὲ τοῦτο καλῶς λέγεται, καὶ ἑκάστου μέτρον ἡ ἀρετή, καὶ τὸ ἀγαθὸν εἶναι διὰ τὴν ἀρετήν ἐστιν ἑκάστῳ, καὶ ἡδοναὶ ἂν εἶεν ἀληθῶς, αἱ τῷ σπουδαίῳ φαινόμεναι ἡδοναί, καὶ ἡδέα οἷς οὗτος χαίρει· πρὸς ἃ δὲ οὗτος ἀηδῶς ἔχει, οὐκ ἂν εὐλόγως ἡδέα λέγοιντο οὐδὲ ἡδοναί. Εἰ δὲ τοῖς διεφθαρμένοις ἡδέα δοκεῖ ταῦτα, οὐδὲν θαυμαστόν. Πολλαὶ γὰρ φθοραὶ καὶ λῦ-

enim nec cohæret, neque eodem cum illo tempore fit voluptas, sed et tempore et natura differt ab eo. Quippe et functionem et voluptatem inde perceptam appetitus præcedit: cum functione autem ita cohæret voluptas atque ita inseparabiliter conjuncta est, ut dubitetur, num idem sit cum functione voluptas. Apparet igitur magis cum functione quam cum appetitu voluptatem connexam esse : neque tamen idem est : neque enim aut cum cogitatione aut cum ullo sensu idem est voluptas : absurdum enim est, hanc habere opinionem. Sed quia inseparabiliter inter se cohærent, nihil differre a functione videtur.

Sed et inter se ipsæ quoque differunt voluptates, quia functiones diversæ sunt. Differt enim visus a tactu sinceritate, quatenus ille quidem solam speciem comprehendit, tactus vero magis ad materiam adducit, pariterque auditus ab olfactu et gustu eatenus differt, quatenus hi materiam magis tangunt : quocirca etiam voluptates cum iis conjunctæ partim inter se partim ab iis quæ animo percipiuntur voluptatibus different, quia diversæ sunt functiones. Quin etiam ipsæ animi voluptates non eædem et pares inter se erunt, quia diversæ animi sunt functiones.

Jam vero et singulis animalibus videtur esse propria quædam voluptas, sicut proprium quoque iis munus est. Si enim functionibus congruant voluptates, sua autem cuique animali ejusque naturæ consentanea sit functio, etiam voluptas erit propria. Quod et in singulis spectanti apparebit. Alia enim equi, alia canis, alia hominis voluptas est : quemadmodum Heraclitus ait, asinum stramenta malle quam aurum : jucundius enim est asinis pabulum quam aurum. Itaque propriæ diversis functionibus voluptates ipsæ quoque sunt diversæ : quæ vero earundem sunt functionum, eas etiam specie easdem esse probabile est : plus tamen est vel minus quod inter eas differat. Neque enim iisdem functionibus omnes perinde delectari constat : quum etiam tanta diversitas sit, ut iisdem rebus alii lætentur, alii doleant : porro non omnibus eadem dulcia sunt, siquidem non eadem febricitanti dulcia videntur et sano, neque calida eadem infirmo et ei cui corpus firmum et bene constitutum est. Hoc autem etiam in aliis usu venit.

Sicut autem in ejusmodi jucundis ea quæ vere jucunda sunt ab iis quæ videntur, a sanis discemus distinguere : ita etiam voluptates morales a viris bene moratis, hoc est, honestis, distinguere discemus. Quodsi hoc recte dicitur, et uniuscujusque rei mensura virtus est, et unicuique propter virtutem viro bono esse licet, etiam voluptates revera erunt quæ homini probo tales videntur, et jucunda quibus hic delectatur : a quibus vero hic abhorret, neque jucunda merito dicantur neque voluptates. Neque vero mirum cuiquam esse debebit, si hominibus corruptis hæc jucunda videantur. Multæ enim exoriun-

* Διαφέρει δὲ ἡ ὄψις κτλ. — ** Δοκεῖ δ' εἶναι ἑκάστῳ ζῴῳ κτλ. — *** Δοκεῖ δ' ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις κτλ.

μαι [g] ἀνθρώπων γίνονται, καὶ ἡδεῖς εἰσιν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ἡδεῖς, ἀλλὰ τοῖς γε διεφθαρμένοις· τὰς μὲν οὖν ὁμολογουμένως αἰσχρὰς δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη ῥητέον ἡδονὰς εἶναι, πλὴν τοῖς διεφθαρμένοις.

* Τῶν δὲ ἐπιεικῶν ἡδονῶν τίνα ῥητέον κυρίως ἀνθρωπίνην ἡδονὴν εἶναι; καὶ τοῦτο δὲ φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Ἐπεὶ γὰρ οἰκεῖαι ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἑπόμεναι ἡδοναί, ληπτέον τὴν ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν, ἣ τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ καθ' ὅ ἐστιν ἄνθρωπος, εἴτε μία ἐνέργειά ἐστιν, εἴτε πλείους· καὶ δὴ ταύτας τὰς ἐνεργείας αἱ τελειοῦσαι ἡδοναὶ τὰς τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρός, αὗταί εἰσιν αἱ τοῦ ἀνθρώπου, ᾗ ἄνθρωπος, ἡδοναί· αἱ δὲ λοιπαὶ δευτέρως καὶ πολλοστῶς λέγοιντο ἂν ἀνθρώπιναι, καθάπερ καὶ αἱ ἐνέργειαι.

(Scripsi : [a] πότερα] cod. ποτέρα. — [b] ἐνεργείᾳ.] cod. ενντγεία. — [c] ᾠκείωται] cod. ὠκείωται. — [d] ἐνεργείας] cod. ἐνεργείᾳ. — [e] ζῴῳ] cod. ζώῳ. — ζῴῳ] cod. ζώῳ. — [g] λῦμαι] cod. λύμαι.—)

tur hominum pestes et corruptelæ, suntque jucundæ, non tamen omnino, sed corruptis : hinc apparet voluptates sine controversia inhonestas non esse voluptates dicendas, nisi forte hominibus corruptis ac depravatis.

Ex honestis autem voluptatibus quænam proprie humana dicenda voluptas est? etiam hoc ex superioribus patet. Quum enim propriæ functionibus eæ, quæ sequuntur ipsas, sint voluptates, ea sumenda est functio humana, quæ hominis est, quatenus est homo, sive una ea est, sive plures : quæ has igitur functiones perficiunt voluptates, viri dico perfecti et beati functiones, hæ sunt hominis qua homo est voluptates : reliquæ autem secundo loco et longo post intervallo, sicut et functiones, dicantur humanæ.

Κεφ. ζ'.

Περὶ εὐδαιμονίας.

** Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀρετῶν εἴρηται, καὶ τῆς φιλίας, καὶ τῆς ἡδονῆς, λοιπὸν περὶ εὐδαιμονίας τύπῳ διελθεῖν, ἐπεὶ τέλος αὐτὴν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων πάντων φαμέν. Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν σαφὴς καὶ ῥᾴδιος ὁ λόγος, τὰ προειρημένα περὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀναλαβοῦσιν ***. Εἴρηται τοίνυν περὶ αὐτῆς ἐν τῷ ιγ' κεφαλαίῳ τοῦ πρώτου βιβλίου, ὅτι οὐκ ἔστιν ἕξις· εὐδαίμων γὰρ ἂν εἴη καὶ ὁ διὰ βίου καθεύδων, καὶ ὁ φυτῶν βίον ζῶν, καὶ ἔτι ὁ τὰ μέγιστα δυστυχῶν· ἐνδέχεται γὰρ ἕξιν ἔχοντα ἀρετῆς οὕτω βιῶναι ****. Εἰ δὲ τοῦτο ἄδοξον, εὐδαίμονα τὸν οὕτως ἔχοντα καλεῖν, ἐνέργειά τις ἂν εἴη ἡ εὐδαιμονία. Ζητητέον δὴ τίς τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν ἐστιν *****. Ἐπεὶ γὰρ αἱ μὲν τῶν ἐνεργειῶν ἀναγκαῖαί εἰσι, καὶ πρὸς ἄλλα φέρουσι, καὶ δι' ἄλλα ζητοῦνται, αἱ δὲ καθ' ἑαυτάς εἰσιν αἱρεταί, δῆλον ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν θετέον εἶναι τῶν καθ' ἑαυτὰς αἱρετῶν· αὐτάρκης γὰρ ἡ εὐδαιμονία, καὶ οὐδενός ἐστιν ἐνδεής· τὸ δὲ δι' ἄλλο αἱρετὸν ἐκείνου δεῖται, δι' ὃ ζητεῖται πρὸς τὸ αἱρετὸν εἶναι καὶ ἀγαθόν ******. Καθ' ἑαυτὰς δέ εἰσιν αὐτάρκεις αἱ κατὰ τὰς ἀρετὰς ἐνέργειαι, ἃς οὐ δι' ἄλλο ζητοῦμεν, ἀλλὰ δι' ἑαυτάς. Τὸ γὰρ τὰ καλὰ καὶ σπουδαῖα πράττειν τῶν καθ' ἑαυτὰ αἱρετῶν· καὶ τῶν παιδιῶν δὲ αἱ ἡδεῖαι οὐ δι' ἄλλα ζητοῦνται· οἱ γὰρ αἱρούμενοι αὐτὰς οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ὠφελοῦνται· βλάπτονται μὲν οὖν μᾶλλον, τῶν σωμάτων ἀμελοῦντες, καὶ τῆς κτήσεως τῶν ὑπὲρ τοῦ σώματος ζητουμένων. Διὰ τοῦτο καὶ πολλοὶ τῶν εὐτυχῶν καὶ κατὰ τὸν βίον εὐθυμουμένων [a] ἐπὶ τὸν παιδιώδη τρέχουσι βίον, καὶ πολλοῦ τιμῶνται τοὺς εὐτραπέλους· καὶ οἱ παρὰ

CAP. VII.

De beatitudine.

Quoniam de virtutibus, amicitia et voluptate, dictum est, restat ut de beatitudine breviter exponamus, siquidem eam omnium rerum humanarum finem esse arbitramur. Cæterum repetitis iis, quæ supra de beatitudine disputavimus, plana nobis et facilis erit commentatio. Diximus ergo tertio decimo libri primi capite eam non esse habitum : ita enim tum qui in omni vita dormit plantarumque vitam degit, tum etiam qui in maximis malis versatur, beatus foret : nam virtutis habitum gerentes eo modo vivere possumus. Sin autem absurdum est, eum qui ita vivat, beatum prædicare, functio quædam fuerit beatitudo. Quærendum igitur est, quænam humanarum actionum sit. Quum enim functiones aliæ necessariæ sint, et ad alia spectent, et propter alia desiderentur, aliæ per se expetendæ sint, perspicuum est beatitudinem in earum rerum numero quæ per se sunt expetendæ haberi oportere : suis enim bonis contenta est beatitudo, neque ulla re eget : quod vero propter aliud expetendum est, id illo eget, cujus causa ut expetendum et bonum sit requiritur. Per se autem sufficiunt actiones virtutibus consentaneæ, quas non propter aliud, sed per se optabiles esse ducimus. Nam honesta et bona agere in rebus per se expetendis numeratur : item ludi jucundi non propter alia petuntur : nimirum qui eos sequuntur, nullum ex iis fructum percipiunt : damno igitur potius tale quid ipsis est, dum et corpus et rem familiarem, quæ corporis causa quæritur, negligunt. Itaque multi homines tum fortunati, tum bene beateque viventes vitæ ludis et jocis deditæ viam ingrediuntur, et magni faciunt homines urbanos : porro qui venuste jocari

* Τῶν δ' ἐπιεικῶν δοκουσῶν εἶναι κτλ. — ** Cap. 6. Εἰρημένων δὲ τῶν περὶ τὰς ἀρετάς κτλ. — *** Εἴπομεν δ', ὅτι οὐκ ἔστιν ἕξις κτλ. **** Εἰ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει κτλ. — ***** Τῶν δ' ἐνεργειῶν αἱ μέν εἰσιν ἀναγκαῖαι κτλ.— ****** Τοιαῦται δ' εἶναι δοκοῦσιν κτλ.

τοῖς τυράννοις παίζειν ἡδέως εἰδότες εὐδοκιμοῦσιν· ἡδεῖς γάρ εἰσιν, αὐτοῖς παρέχοντες ὧν ἐφίενται καὶ δέονται πρὸς τὴν νομιζομένην εὐδαιμονίαν. Δοκεῖ μὲν οὖν τὰς παιδιὰς εὐδαιμονικὰς εἶναι, διὰ τὸ τοὺς ἐν δυναστείαις ἐν τούτοις μάλιστα διατρίβειν· οὐκ εἰσὶ δέ· οὐ γὰρ ἱκανὸν σημεῖον τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἡ ψῆφος. Οὐ γὰρ ἐν τῷ δυναστεύειν ἡ ἀρετή, οὐδὲ ὁ ὑγιαίνων μάλιστα νοῦς, ἀφ' ὧν αἱ σπουδαῖαι ἐνέργειαι. Οὐδὲ γὰρ ἐπεὶ τῆς ἐλευθερίου καὶ εἰλικρινοῦς ἡδονῆς ἄγευστοι καθάπαξ ὄντες ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσιν ἡδονάς, διὰ τοῦτο ταύτας εὔλογον οἴεσθαι τῶν ὡς ἀληθῶς αἱρετωτέρας εἶναι. Καὶ γὰρ οἱ παῖδες τὰ παρ' αὐτοῖς τιμώμενα κράτιστα οἴονται εἶναι· ἀλλ' οὔτε τοῖς ἀνδράσι τίμια τὰ τῶν παίδων δοκεῖ, οὔτε ἐπιεικεῖς ἀποθαυμάσουσιν[b] ἅπερ οἱ φαῦλοι· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἡ δοκοῦσα, τοὺς δὲ ἡ ἀληθὴς ἡδονὴ μάλιστα τέρψει.

*Καθάπερ οὖν ἐν ἀρχῇ εἴρηται, τὰ ὡς ἀληθῶς τίμια καὶ σπουδαῖά ἐστιν, ἃ θαυμάζει, καὶ οἷς ἥδεται ὁ σπουδαῖος. Ἐπεὶ δὲ ἀκολούθους ταῖς ἕξεσι ταῖς ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὰς ἐνεργείας ἕκαστος ἐπιζητεῖ, καὶ ταύτας οἴεται μάλιστα αἱρετωτάτας εἶναι, ὁ δὲ σπουδαῖος κατὰ τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς ζῇ, φανερόν, ὅτι ταῖς ἐνεργείαις ἡσθήσεται ταῖς κατὰ τὴν ἀρετήν, καὶ ταύτας τιμίας ἡγήσεται καὶ ἡδείας· τῶν δὲ παιδιῶν, ὡς ἀλλοτρίων τῆς ἕξεως, καταφρονήσει. Ἐπεὶ δὲ ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς οὗτος ψηφίζεται, οὐκ ἄρα τίμιον ἡ παιδιά, οὐδ' ἄρα ἐν αὐτῇ ἡ εὐδαιμονία. Καὶ γὰρ ἄτοπον παιδιὰν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων τὸ τέλος, καὶ πάντα πραγματεύεσθαι, καὶ κακοπαθεῖν διὰ βίου τοῦ παίζειν χάριν. Εἰ γάρ τις ὑπόθοιτο ταύτην εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ ταῦτα δὴ συγχωρεῖν. Τῆς γὰρ εὐδαιμονίας ἕνεκα πάντα ζητοῦμεν· τῆς παιδιᾶς δὲ χάριν πονεῖν διὰ βίου καὶ σπουδάζειν, ἠλίθιόν τι δοκεῖ λίαν εἶναι, καὶ τοῦτο δὴ παιδικόν. Τὸ ἀνάπαλιν μὲν οὖν ἕνεκα τοῦ δύνασθαι σπουδάζειν αἱρεῖσθαι παίζειν[c] κατ' Ἀνάχαρσιν, καλῶς καὶ ὀρθῶς ἂν ἔχοι. Καὶ γὰρ ἀνάπαυσίς τις ἡ παιδιὰ τοῖς ἀγωνιζομένοις, συνεχῶς οὐ δυναμένοις πονεῖν, ἣ τὴν δύναμιν αὐτοῖς ἀνακαλουμένη, τοῖς πόνοις ἀκμῆτας ἀποδίδωσιν. Ὅθεν οὐ τέλος ἡ ἀνάπαυσις ἀλλ' ἀναπαύσεως ἐνέργεια τέλος. Ἔτι, πᾶσιν ὁμολογεῖται τὸν εὐδαίμονα βίον κατὰ τὴν ἀρετὴν εἶναι· οὗτος δὲ μετὰ σπουδῆς· καὶ ὁ σπουδαῖος οὐ παίζων, ἀλλὰ σπουδάζων. Ἔτι δὲ βελτίω λέγομεν εἶναι τὰ σπουδαῖα τῶν μετὰ παιδιᾶς καὶ γελοίων· καὶ τὴν ἐνέργειαν βελτίονος τῆς ψυχῆς μέρους σπουδαιοτάτην φαμέν· τὸ δὲ βέλτιον καὶ τοῦ βελτίονος μέρους μᾶλλον τῇ εὐδαιμονίᾳ προσήκει. Ἔτι ἡ μὲν ἀπόλαυσις τῶν σωματικῶν ἡδονῶν κοινή ἐστι καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ τοῖς φαύλοις, καὶ ἀνδραπόδοις, καὶ τοῖς μοχθηροτάτοις ἔνεστιν οὐχ ἧττον, ἢ τοῖς ἀρίστοις· ἡ δὲ εὐδαιμονία τῶν ἀρίστων λέγεται μόνον, καὶ οὐδεὶς

sciunt, apud reges et principes, in magno honore sunt : quando enim ea illis suppeditant, quæ expetunt et quibus ad istam quæ vulgo putatur beatitudinem egent, jucundi iis sunt. Quamobrem ludi ad vitam beatam idcirco pertinere videntur, quia homines imperio ac potestate præditi in his maxime versantur : non pertinent tamen ad eam : neque enim talium hominum calculus certum ejus rei signum est. Neque enim in principatu aut virtus est, aut mens sana maxime, a quibus probæ muneris functiones proficiscuntur. Neque quia liberalem et puram voluptatem omnino nunquam gustarunt, ac propterea ad corporis voluptates confugiunt, idcirco consentaneum est nos existimare has iis quæ vere sunt voluptates optabiliores esse. Nam et pueri quæ apud ipsos in honore et pretio sunt, putant esse optima : at neque viris ea quæ puerorum sunt magni pretii esse videntur, neque viri boni eadem quæ homines mali admirabuntur : alios quippe dictu speciosa, alios vera voluptas maxime delectabit.

Quemadmodum igitur in principio dictum est, ea sunt vere magni pretii et honesta, quæ miratur quibusque delectatur vir probus. Quoniam vero unusquisque etiam functiones animi sui habitibus consentaneas requirit, easque maxime expetendas esse existimat, vir probus autem secundum virtutis habitum vivit, manifestum est, honestis actionibus eum delectari, easque magni pretii et jucundas esse statuere, ludos vero jocosque, tanquam ab habitu suo alienos contemnere. Quum autem recte et incorrupte hic judicet, sequitur non magni pretii esse ludum et jocum, ideoque non consistere in eo beatitudinem. Etenim absurdum esset rerum humanarum finem esse jocum, omniaque negotia gerere et molestiis toto vitæ spatio joci causa conflictari. Si quis enim hanc esse beatitudinem censeat, consequens erit, ut hæc etiam concedat. Nimirum beatitudinis causa omnia petimus : totam vitam autem in laboribus et rebus seriis ludendi et jocandi causa conterere, nimis stultum videtur esse et sane puerile. Contra vero ut res serias agere possis, ludere velle, juxta Anacharchidis præceptum, bonum et probandum est. Etenim requies quædam ludus est animo contendentibus, qui assiduis laboribus pares esse non possunt, et idcirco vires illis restituit, et indefessos iisdem laboribus reddit. Quamobrem non finis est requies, sed requietis finis est functio. Præterea constat inter omnes, vitam beatam esse honestam et sanctam : seria autem est hæc, neque vir probus est talis, quatenus jocatur, sed quatenus res serias agit. Insuper meliores esse dicimus res serias jocosis et ridiculis : quin etiam melioris animi partis functionem maxime seriam vocamus : quod vero melius et melioris est partis, beatitudini magis convenit. Præterea corporis voluptatum fructus communis tum plebi, tum malis hominibus, tum mancipiis, neque minus nequissimis hominibus inest, quam optimis : at beatitudo optimorum tantum dicitur esse, neque quisquam eam malis etiam hominibus inesse affir-

---

* Καθάπερ οὖν πολλάκις εἴρηται κτλ.

ἂν εἴποι καὶ τοῖς φαύλοις προσεῖναι, καὶ γὰρ οὐδὲ βίον τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρων εἶναι, ὅτι μὴ κατὰ τὴν φαύλην διαγωγὴν ἡ εὐδαιμονία, ἀλλ' ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις, καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται.

(Scripsi : [a] εὐθυμουμένων] cod. εὐθυνουμένων. — [b] ἀποθαυμάσουσιν] cod. οὐ θαυμάσουσιν. — [c] αἱρεῖσθαι παίζειν] cod. αἱρεῖσθαι. —)

Κεφ. η'.

Περὶ τῆς θεωρητικῆς εὐδαιμονίας.

* Ἐπεὶ δὲ ἡ εὐδαιμονία ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις δέδεικται οὖσα, εἴ τις εἴη κρατίστη τῶν τοιούτων ἐνεργειῶν, μάλιστα ἐν ταύτῃ ἂν εἴη.

** Κράτιστον γὰρ καὶ ἄριστον ἡ εὐδαιμονία· κρατίστη δὲ ἐνέργεια ἡ τοῦ κρατίστου τῶν ἐν ἡμῖν ἐνεργούντων, ὃ κατὰ φύσιν ἄρχει καὶ ἡγεῖται πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ ἀγαθόν, εἴτε νοῦς τοῦτο ἂν καλοῖτο, εἴτε ἄλλο τι [a], ὃ δὴ ἔννοιαν ἔχει περὶ καλῶν τε καὶ θείων, εἴτε θεῖον ὂν καὶ αὐτό, εἴτε τῶν ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον· ἡ δὴ τούτου ἐνέργεια εὖ καὶ καλῶς γινομένη, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετήν, εἴη ἂν ἡ τελεία εὐδαιμονία.

*** Καὶ ἔστι θεωρητική, καθὼς πρότερον εἴρηται· ὅτι δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἡ τελεία εὐδαιμονία, καὶ τὰ προειρημένα ἡμῖν περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν, καὶ ἡ ἀλήθεια μαρτυρεῖ.

**** Καὶ γὰρ ὡς ἐν τῷ περὶ φιλίας εἴρηται, ὁ νοῦς ἐστι τὸ ἡμέτερον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο κρατίστη ἐστὶν αὐτοῦ ἐνέργεια, καὶ ἃ γινώσκει κράτιστά εἰσι τῶν αἰσθήσει γινωσκομένων· εἰ δὲ ἄριστον δεῖ εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ἐν τῷ ἀρίστῳ εἶναι πᾶσα ἀνάγκη.

***** Ἔτι τὸ συνεχὲς ἀποδιδόναι δεῖ τῇ εὐδαιμονίᾳ. Οὕτω γὰρ ἂν τελείως δύναιτό τις εὐδαιμονεῖν, μὴ διακοπτομένης αὐτοῦ τῆς εὐδαιμονίας. Τοῦτο δὲ θεωροῦσι μάλιστα δυνατόν· θεωρεῖν γὰρ δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον, ἢ ὁτιοῦν ἕτερον πράττειν.

****** Ἔτι καὶ ἡδονὴν οἰόμεθα δεῖν τῇ εὐδαιμονίᾳ παραμεμῖχθαι [b]. Ἡδίστη δὲ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν ἡ κατὰ σοφίαν ὁμολογουμένως ἐστί· φαίνεται τοίνυν ἡ φιλοσοφία θαυμαστὰς ἔχουσα ἡδονάς, διά τε τὴν καθαριότητα, καὶ τὸ ὕλης ἀπηλλαγμένη καθάπαξ εἶναι, καὶ διὰ τὸ βέβαιον, ὅτι περὶ τὰ ἀκίνητα καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἐνεργεῖ. Ἡ γὰρ πρακτικὴ τῆς τε ὕλης δεῖται, περί τε τὰ ἐνδεχόμενά ἐστι· τοιαῦτα γὰρ τὰ πρακτά· ὅθεν οὐκ ἔνι τελείως κατὰ ταύτην εὐδαιμονεῖν.

******* Ἔτι καὶ αὐτάρκη τὸν εὐδαίμονα εἶναι δεῖ. Τοῦτο δὲ τῆς θεωρητικῆς ἐστι μᾶλλον, ἢ τῆς ἑτέρας· τῶν μὲν γὰρ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων καὶ ὁ θεωρητικὸς δεῖται καὶ ὁ πρακτικός. Πρὸς τούτοις δὲ ὁ μὲν πρακτικὸς καὶ ἄλλων δεῖται πρὸς τὸ τὴν ἀρετὴν ἐνεργῆσαι·

maverit, ut neque eandem utrorumque esse, quia non in pravo vitæ genere, sed in actionibus virtuti consentaneis posita est beatitudo, quemadmodum et supra diximus.

CAP. VIII.

De contemplativa beatitudine.

Quoniam autem in actionibus virtuti consentaneis beatitudinem esse positam ostendimus, si quæ talium actionum sit præstantissima, in hac potissimum illa fuerit.

Præstantissimum enim quiddam et optimum est beatitudo : præstantissima autem functio præstantissimæ partis earum quæ in nobis aliquo munere funguntur, natura sua imperantis atque ad veritatem et bonum nos perducentis, sive mens illa pars vocatur sive alio quodam nomine appellatur illud quod rerum honestarum et divinarum notionem continet, sive divinum est hoc ipsum, sive eorum quæ in nobis sunt divinissimum : hujus igitur functio, si recte et ut oportet, maximeque ex propria fiat virtute, perfecta erit beatitudo.

Estque contemplativa, sicut ante diximus : porro perfectam in hac functione beatitudinem esse positam, partim ea quæ de functionibus humanis a nobis supra dicta sunt, partim ipsa veritas confirmat.

Etenim quemadmodum in superiore de amicitia disputatione diximus, mens nostra est natura, ideoque præstantissima est ipsius functio, et quæ mens percipit omnium quæ sensu percipiuntur, sunt præstantissima : quodsi optimum quiddam beatitudinem esse oportet, in optimo quoque eam esse omnino necesse est.

Præterea perpetuitas beatitudini tribuenda est. Sic enim perfecte beatus aliquis esse queat, si ejus non interrumpatur beatitudo. Hoc autem contemplantibus maxime contingere potest : quippe res assidue contemplari magis quam quidquam aliud agere possumus.

Insuper voluptatem beatitudini admixtam esse debere arbitramur. Jucundissimam autem omnium actionum virtuti consentanearum esse illam, quæ sapientiæ congruat, omnes uno ore consentiunt : videtur itaque philosophia mirabiles quasdam continere voluptates, tum sinceritate, et quod prorsus ab omni concretione mortali segregata est, tum stabilitate, quod in rebus immotis semperque eodem modo se habentibus versatur. Activa quippe scientia materiam desiderat, et in contingentibus consistit : talia enim sunt quæ sub actionem cadunt : quo fit, ut nemo propter hanc perfecta felicitate utatur.

Accedit, quod beatum sua sorte contentum esse decet. Hoc autem contemplativæ magis quam alterius est scientiæ : nam eorum sane quæ ad vivendum necessaria sunt tam rerum contemplator quam actor indiget. Sed præter hæc aliis quoque actor rerum ad virtutem exer-

* Cap. 7. Εἰ δ' ἔστιν ἡ εὐδαιμονία κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια κτλ. — ** Αὕτη δ' εἴη τοῦ ἀρίστου κτλ. — *** Ὅτι δ' ἐστὶ θεωρητικὴ κτλ. — **** Κρατίστη γὰρ αὕτη κτλ. — ***** Ἔτι δὲ συνεχεστάτη κτλ. — ****** Οἰόμεθά τε δεῖν κτλ. — ******* Ἥ τε λεγομένη αὐτάρκεια κτλ.

καὶ γὰρ ὁ δίκαιος δεῖται πρὸς οὓς δικαιοπραγήσει καὶ μεθ' ὧν, καὶ ὁ σώφρων, καὶ ὁ ἀνδρεῖος, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος· ὁ δὲ σοφὸς, καὶ καθ' ἑαυτὸν ὢν, δύναται θεωρεῖν, καὶ οὐδενὸς δεῖται πρὸς τοῦτο, καὶ μᾶλλον ὅσῳ σοφώτερος· εἰ δὲ δεῖταί πως καὶ αὐτὸς ἄλλων, ὅτι μετ' ἄλλων βέλτιον θεωρήσει, πρός γε τὸ τὴν ἐνέργειαν τελείως ἐνεργῆσαι καθ' ἑαυτὸν αὐταρκέστατός ἐστιν.

* Ἔτι καὶ δι' ἑαυτὴν αἱρετὴν καὶ ἀγαπητὴν εἶναι δεῖ τὴν εὐδαιμονίαν. Φαίνεται δὲ ἡ θεωρητικὴ ζωὴ αὐτὴ δι' ἑαυτὴν φιλουμένη. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἀπ' αὐτῆς ἄλλο ζητοῦμεν, οὐδέ τι γίνεται ἡμῖν ἕτερον παρὰ τὸ θεωρεῖν· ἀφ' ἑκάστης δὲ τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν ἐστί τι ἄλλο, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον, λαβεῖν. Καὶ γὰρ ἀπὸ μὲν τῆς ἀνδρείας νίκη, ἀπὸ δὲ σωφροσύνης ἡ κατὰ ψυχὴν ἠρεμία, ἀπὸ δὲ φρονήσεως τὸ εὑρεῖν τὰ πρὸς τὸ ἔσχατον φέροντα τέλος, ἀπὸ δὲ πασῶν ἡ πολιτικὴ εὐδαιμονία· τῇ δὲ θεωρίᾳ οὐδὲν ἀκολουθεῖ, δι' ὃ δοκεῖ δέον εἶναι ζητεῖσθαι, ἀλλὰ αὐτὴ δι' ἑαυτὴν ἀγαπᾶται. Φαίνεται ἄρα ταύτην εἶναι τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν.

** Ἔτι καὶ ἐν ἠρεμίᾳ τινὶ καὶ σχολῇ συνεστάναι δεῖ τὴν εὐδαιμονίαν. Τέλος γάρ τί ἐστιν ἡ σχολή, καὶ ἀσχολούμεθα ἵνα δυνηθῶμεν σχολάσαι, καὶ πόλεμον αἱρούμεθα διὰ τὴν εἰρήνην. Αἱ μὲν οὖν ἐνέργειαι τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν ἐν τοῖς πολιτικοῖς εἰσι καὶ πολεμικοῖς· αἱ δὲ τοιαῦται πράξεις μάλιστα δοκοῦσι πόρρω πάσης ἠρεμίας καὶ σχολῆς εἶναι· αἱ μὲν πολεμικαὶ παντελῶς· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐταῖς ἐστιν ἠρεμίας· εἰ γὰρ ἦν, δι' ἑαυτὸ ἂν ὁ πόλεμος ἐζητεῖτο. Οὐδεὶς δὲ αἱρεῖται τὸ πολεμεῖν τοῦ πολεμεῖν ἕνεκα, οὐδέ τις ἐθέλει δι' ἑαυτὸν τὸν πόλεμον παρασκευάζειν· δόξειε γὰρ ἂν μιαιφόνος τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνοι γίνωνται. Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ τοῦ πολιτικοῦ πράξεις φανερῶς ἄσχολοι, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ πολιτεύεσθαι περιποιουμένου δυναστείας καὶ τιμάς, ἢ τήν γε εὐδαιμονίαν ἑαυτῷ, καὶ τοῖς πολίταις· ἑτέρα γὰρ ἡ αὐτοῦ, καὶ ἄλλη ἡ τῆς πόλεως εὐδαιμονία. Καὶ δῆλον· εὐδαίμων γὰρ αὐτὸς γενόμενος οὐκ ἀγαπᾷ, ἀλλὰ καὶ τὴν πολιτικὴν ζητεῖ, δῆλον ὡς ἑτέραν οὖσαν.

*** Ἐπεὶ τοίνυν τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων αἱ πολιτικαὶ καὶ πολεμικαὶ κάλλει καὶ μεγέθει προέχουσιν, αὗται δὲ ἄσχολοι, καὶ τέλους τινὸς ἐφίενται, καὶ οὐ δι' ἑαυτάς εἰσιν αἱρεταί, ἡ δὲ τοῦ νοῦ ἐνέργεια σπουδαιοτέρα τέ ἐστιν, ὅτι τοῦ βελτίστου τῆς ψυχῆς ἐστι μέρους, καὶ οὐδενὸς ἕνεκα ζητεῖται, οὐδὲ ἄλλου παρ' αὐτὴν ἐφίεται τέλους, ἔχει τε οἰκείαν [c] ἡδονὴν μείζονα ἢ κατὰ τὰς πρακτικὰς ἐνεργείας, ἣ δὴ [d] ἡδονὴ συναύξει τὴν ἐνέργειαν· ἔτι δὲ ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια καὶ αὐτάρκης ἐστὶ μάλιστα καὶ ἠρεμαία, ὡς ἀνθρώποις δήπουθεν δυνατόν, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέ-

cendam eget: etenim vir justus erga quos et cum quibus juste agat, itemque temperans et fortis et cæteri desiderabunt: at sapiens, etiam quum secum erit, res poterit contemplari, neque ullo homine ad hoc faciendum eget: eoque magis quo est sapientior: quodsi et ipse quodammodo aliis eget, quia cum aliis melius contemplabitur, tamen ad virtutem perfecte exercendam se ipso contentus est.

Quin etiam per se expetendam et jucundam esse oportet beatitudinem. Videtur autem vita contemplativa per se diligi. Etenim nihil aliud inde petimus, neque quidquam aliud assequimur præter contemplationem: e singulis vero activis quas vocant virtutibus aliud quid aut minus aut majus consequi nobis licet. E fortitudine enim victoria, e temperantia animi tranquillitas, e prudentia inventio rerum ad ultimum finem spectantium, ex omnibus autem civilis felicitas oritur: contra vero nihil prorsus sequitur contemplationem, propter quod petenda esse videatur, sed ipsa per es amatur. Hanc igitur humanam beatitudinem esse apparet.

Præterea in tranquillitate quadam et otio beatitudinem consistere oportet. Finis enim aliquis otium est, atque in rebus gerendis versamur, ut otiari possimus, sicut pacis causa bellum suscipimus. Quare activæ virtutis functiones in civilibus et bellicis rebus cernuntur: tales vero actiones ab omni tranquillitate et otio longissime abesse videntur: et omnino quidem bellicæ: nihil enim ibi est tranquillitatis: quod si esset, per se bellum optabile foret. Nemo autem bellum belli causa suscipit, neque quisquam sua ipsius causa bellum parare vult: videatur enim latro et sicarius esse, si cum amicis inimicitias suscipiat, ut prælia committantur et cædes fiant. Sed et rerum publicarum rectoris actiones manifesto negotiosæ sunt, qui præterquam quod rempublicam administrat, potentiam etiam et honores aut beatitudinem simul sibi simul civibus comparat: alia enim ipsius, alia reipublicæ est beatitudo. Id vel ex hoc manifestum est: quod non in ea quam ipse sibi peperit beatitudine acquiescit, sed reipublicæ etiam felicitatem, ut ab illa videlicet diversam, quærit.

Quum igitur civiles et bellicæ actiones omnibus iis, quæ virtutibus consentaneæ sunt, actionibus pulchritudine et magnitudine antecellant, hæ autem sint negotiosæ finemque aliquem expetant, neque propter se sint expetendæ, mentis vero functio melior sit, quia præstantissimæ animi partis est, neque ullius rei causa appetitur, neque ullum alium præter ipsam sibi finem proponit, propriamque quamdam et majorem quam activæ functiones habet voluptatem, quæ functionem promovet atque intendit: porro quia mentis functio maxime se ipsa contenta et tranquilla est, quatenus nimirum id fieri in homine potest, et quia reliqua omnia quæ felici tribuuntur, in hac functione

* Δόξειε δ' ἂν αὐτὴ μόνη κτλ. — ** Δοκεῖ τε ἡ εὐδαιμονία κτλ. — *** Εἰ δὴ τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων κτλ.

μονται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα· φανερὸν οὖν, ὅτι ἡ τελεία τοῦ ἀνθρώπου εὐδαιμονία αὕτη ἂν εἴη τέλειον μῆκος βίου λαβοῦσα· τῶν γὰρ τῆς εὐδαιμονίας οὐδὲν ἀτελές εἶναι προσήκει.

(Scripsi : [a] ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. — [b] παραμεμῖχθαι] cod. παραμεμίχθαι. — [c] οἰκείαν] cod. οἰκεῖαν. — [d] ἡ δὴ] cod. ἡ δή. —)

Κεφ. θ΄.

Ὅτι μείζων ἡ κατ' ἄνθρωπον ἡ θεωρητικὴ εὐδαιμονία· καὶ ἔτι περὶ τῆς ἠθικῆς, ἤγουν τῆς κατ' ἄνθρωπον.

*Ἔστι δὲ ὁ τοιοῦτος βίος κρείττων ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Ὁ γὰρ οὕτω ζῶν οὐχ ᾗ ἄνθρωπος οὕτω βιοῖ, ἀλλὰ καθ' ὅτι θεῖον αὐτῷ ὑπάρχει· ὅσῳ δὴ διαφέρει τοῦτο τὸ θεῖον τοῦ καθ' ἡμᾶς συνθέτου, τοσοῦτον διοίσουσιν αἱ τούτου ἐνέργειαι τῶν ἄλλων ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν, καὶ ἡ τούτου ἀρετὴ τῆς ἄλλης ἠθικῆς ἀρετῆς. Εἰ γὰρ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ κατὰ νοῦν βίος θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

**Οὐ χρὴ δὲ ταῖς ἐνίων παραινέσεσιν ἑπομένους ἀνθρώπινα φρονεῖν ἀνθρώπους ὄντας, καὶ θνητὰ θνητούς, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἕκαστον ἑαυτὸν ἀπαθανατίζειν, καὶ πάντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ. Κράτιστον δὲ τῶν ἐν ἡμῖν ὁ νοῦς ἐστιν· εἰ γὰρ μεγέθει καὶ ὄγκῳ οὐδενὸς ὑπερέχει, διὰ τὸ ὑπερβαίνειν τὴν ὕλην, ἀλλὰ τῇ γε δυνάμει καὶ τιμιότητι μέγιστόν ἐστιν ἁπάντων· ἐπεὶ καὶ δεινῶς ἄτοπον, εἴ τις ἑαυτῷ μηδὲ τὸν ἑαυτοῦ βίον αἱροῖτο, ἀλλὰ τόν τινος ἄλλου· καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ἕκαστος τὸ κυριώτατον καὶ ἄριστον τῶν ἐν αὐτῷ, καὶ κατὰ τοῦτο ζῶν, ἑαυτῷ ἂν βιώη [a], καὶ τὸν οἰκεῖον μάλιστα βίον. Ἄλλως τε τὸ πρότερον λεχθὲν ἁρμόσει καὶ νῦν· τὸ γὰρ οἰκεῖον τῇ φύσει ἑκάστου, τοῦτο κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐστιν ἑκάστῳ· τῷ ἀνθρώπῳ δὲ οἰκεῖον μάλιστα πάντων τὸ κατὰ νοῦν ἐνεργεῖν, εἴπερ αὐτός ἐστιν ὁ νοῦς· οἰκεῖον δὲ τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐνεργεῖν ἑκάστῳ τῶν ἐνεργούντων· κράτιστος ἄρα καί ἥδιστος ὁ κατὰ νοῦν βίος ἀνθρώπῳ· οὗτος ἄρα καὶ εὐδαιμονέστατος, καὶ αὕτη ἂν εἴη πρώτως ἡ ἀνθρωπίνη εὐδαιμονία.

***Δευτέρως δὲ ἡ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν. Αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαι ἀνθρωπικαὶ ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων κοινωνίαις συνιστάμεναι. Δίκαια γὰρ καὶ ἀνδρεῖα, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὰς ἀρετάς, πρὸς ἀλλήλους πράττομεν, ἐν πράξεσι, καὶ χρείαις, καὶ συναλλάγμασι, καὶ τὰ πάθη παιδαγωγοῦμεν, τὸ πρέπον τῷ πλησίον διατηροῦντες· ταῦτα δὲ πάντα τὴν σύνθετον ταύτην συντηροῦσι ζωήν. Τὰ δὲ τοιαῦτα ἀνθρωπικά. Ἔτι αἱ ἠθικαὶ ἀρεταὶ πολλὴν ἔχουσιν ἐνίοτε ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν σκοπήν· καὶ γὰρ σωφρονικοί τινές εἰσι φύσει, καὶ πρὸς ἀνδρείαν εὖ ἔχουσι,

esse apparet : manifestum est, perfectam hanc hominis beatitudinem fore, si perfectam vitæ longitudinem adepta sit : nihil enim eorum, quæ sunt beatitudinis, imperfectum esse decet.

CAP. IX.

Majorem, quam hominis natura ferat, contemplativam esse beatitudinem : item de morali, hoc est, de humana felicitate.

Est autem talis vita præstantior, quam quæ in hominem cadat. Qui enim hoc modo vitam agit, non qua homo est ita vivit, sed quatenus divinum quiddam in eo inest : quanto scilicet divinum hoc ei quod in nobis compositum est, antecellit, tanto etiam hujus functiones reliquis humanis functionibus præstabunt, atque hujus virtus reliquæ virtuti morali. Si enim mens hominis respectu divinum quiddam est, vita quoque menti consentanea divina erit, si cum humana conferatur.

Neque tamen nos oportet quorundam monitis obsecutos humana sapere ut homines, et mortalia ut mortales, sed nos ipsos, quoad ejus fieri potest, a mortalitate vindicare, atque omnia facere, ut ei nostri parti, quæ in nobis est optima, convenienter vivamus. Præstantissimum autem eorum quæ in nobis sunt mens est : quæ licet proceritate et mole nullam rem superet, quia materiam excedit, potentia tamen et excellentia res omnium maxima est : nam valde absurdum fuerit, si quis non suam sed alienam vitam expetat et sequatur : quod enim in quoque præstantissimum et optimum est, id ipse est, et qui huic convenienter vivit, sibi potissimum vivet, vitamque maxime propriam aget. Præterea quod ante a nobis dictum est, etiam huic loco conveniet : quod enim cujusque proprium est natura, idem et optimum cuique est et jucundissimum : hominis autem omnium maxime proprium est, menti convenienter agere, siquidem ipsa mens est homo : sed cujusque rerum actoris proprium est sibi congruenter agere : ergo vita, quæ ad mentem accommodate traducitur, homini optima et jucundissima est : hæc vero et beatissima est, atque hæc primo loco humana felicitas vocanda sit.

Secundo autem loco ea quæ alii virtuti consentanea est. Muneris enim functiones ei convenientes humanæ sunt, atque in hominum inter se conversatione consistunt. Quippe justitiæ et fortitudinis et aliarum virtutum muneribus inter nos fungimur, in actionibus, necessitatibus, negotiorum contractibus, et cupiditates nostras coercemus, quod alteri decorum est conservantes : hæc autem omnia compositam istam vitam conservant. Talia vero sunt humana. Præterea virtutes morales ad corporis affectionem spectantes multum interdum ei debent : natura enim quidam ad temperantiam idonei sunt, atque ad fortitudinem et animi

* Ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη κρείττων βίος, κτλ. — ** Χρὴ δ' οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας κτλ. — *** Cap. 8. Δευτέρως δ' ὁ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν, κτλ.

καὶ πρὸς μεγαλοψυχίαν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σῶμα διαθέσεως· καὶ ὅλως σφόδρα ᾠκείωται [b] τοῖς πάθεσιν ἡ ἠθικὴ ἀρετή, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ φρόνησις. Συνέζευκται γὰρ τῇ τοῦ ἤθους ἀρετῇ, ὡς καὶ δέδεικται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ἐπεὶ φρόνησις μὲν τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν ἔχει· τὸ γὰρ ὀρθοδοξεῖν περὶ τὸ τέλος, ἐκεῖθεν.

*Ἡ δὲ ἠθικὴ ἀρετή, πῶς δεῖ τοῦ τέλους τυχεῖν ἀπὸ τῆς φρονήσεως λαμβάνει, καθὼς ἐν τῷ ιγ' κεφαλαίῳ τοῦ ς' βιβλίου διείληπται. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ μὲν ἠθικὴ ἀρετὴ περὶ τὰ ἀνθρώπινά ἐστι πάθη, καὶ τούτοις ἐστὶ συνημμένη, ταύτης δὲ ἀχώριστος ἡ φρόνησις εἶναι ἐδείχθη, φανερόν, ὅτι πᾶσα ἀρετὴ πρακτικὴ τοῖς πάθεσίν ἐστι συνημμένη· περὶ τὸ σύνθετον ἄρα, καὶ τὴν ἐν τούτῳ ζωήν· αἱ δὲ τοῦ συνθέτου ἀρεταὶ ἀνθρωπικαί· ὁ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμὸς ἀπὸ τοῦ συνθέτου· ὥστε καὶ ὁ βίος, ὁ κατὰ ταύτας τὰς ἐνεργείας, ἀνθρωπικός, καὶ ἡ εὐδαιμονία· ὁ δὲ κατὰ νοῦν βίος μόνος ἐστὶ κεχωρισμένος τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ἡ κατὰ τοῦτον εὐδαιμονία. Πῶς δὲ κεχωρισμένος ἐστί, καὶ ὡς ἔχει, διακριβῶσαι, μεῖζόν ἐστι τοῦ προκειμένου, καὶ θεολογίᾳ μᾶλλον προσῆκεν· τοσοῦτον δὲ μόνον εἰπεῖν ἀρκέσει ἐν τῷ παρόντι, ὅτι τὰ ἀνθρώπινα ὑπερβαίνει.

* Τοῦτο δὲ καὶ ἐκεῖθεν γίνεται δῆλον. Οὐ γὰρ δεῖται τῶν ἐκτός, καὶ τῆς ἐκεῖθεν χορηγίας εἰς τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν. Δεῖται μὲν γὰρ ὁ θεωρῶν, ἄνθρωπος ὤν, τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων· εἰς δὲ αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν οὐδενός· ὁ δὲ πρακτικὸς δεῖται μὲν καὶ ὧν ὁ θεωρητικός, καὶ μᾶλλον οὗτος, ὅσῳ καὶ μᾶλλον τῷ σώματι πρὸς τὰς ἐνεργείας χρῆται· δεῖται δὲ ἔτι πρὸς τὰς ἐνεργείας καὶ τῆς ἔξωθεν χορηγίας. Ὁ μὲν γὰρ ἐλευθέριος χρημάτων πρὸς τὸ τὰ ἐλευθέρια πράττειν· ὁ δὲ δίκαιος, ἵνα ἀνταποδῷ. Χωρὶς γὰρ τῶν ἔξωθεν τούτων οὐ πράξουσιν οὐδὲν τῶν κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἕκαστος. Δεῖ γὰρ τῷ μὲν ἀνδρείῳ καιροῦ τινος καταλλήλου, καὶ τῆς ἐν σώματι δυνάμεως, ὅθεν ἐπιδείξεται τὴν τόλμαν, καὶ τὴν καρτερίαν· καὶ τῷ σώφρονι ἐξουσίας, καὶ τοῦ δύνασθαι, εἰ βούλοιτο, ταῖς ἡδοναῖς ἐφεῖναι· καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστῳ χρεία τῶν καταλλήλων, ἐν οἷς δύναται πρᾶξαι τὴν ἀρετήν. Ἄνευ γὰρ τοῦ πρᾶξαι κατὰ τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς, μάλιστα μὲν ἄδηλος ἡ βούλησις, καὶ ἡ ἕξις. Προσποιοῦνται γὰρ ἔνιοι μὴ δίκαιοι ὄντες βούλεσθαι δικαιοπραγεῖν, καὶ ἐλευθέρια πράττειν, μὴ ὄντες ἐλευθέριοι. Ἔπειτα οὐδὲ τελεία ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἐν μόνῃ τῇ προαιρέσει, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς πράξεως· ἐν ἀμφοῖν γάρ ἐστι [c]· καὶ οὕτως ἐν ἀμφοῖν ἐστιν, ὥστε ζητεῖται ἐν ποτέρᾳ μᾶλλόν ἐστιν ἡ ἀρετή, ἐν τῇ προαιρέσει, ἢ ἐν τῇ πράξει. Τὸ γὰρ τέλειον δῆλον, ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη. Φανερὸν τοίνυν, ὅτι ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ πρὸς τὸ τέλειον εἶναι, τῆς ἔξωθεν χορηγίας δεῖται, καὶ τοσούτῳ πλείονος, ὅσῳ

magnitudinem ipsa corporis constitutione finguntur : denique magnam cum affectibus virtus moralis habet necessitudinem, sicut et ipsa prudentia. Nimirum cum morum virtute cohæret, ut supra ostendimus, quoniam prudentia a virtutibus moralibus principia sua mutuata est : inde enim profectus aliquis recte de fine suo judicabit.

Quomodo autem finem suum assequi debeat, virtus moralis a prudentia discit, ut in tertio decimo libri sexti capite exposuimus.

Quum ergo virtus moralis in humanis affectibus versetur, et cum iis cohæreat, ab hac vero prudentiam separari non posse jam probaverimus, apparet omnem virtutem activam cum affectibus esse conjunctam : circa id igitur, quod compositum est, et ejus vitam versatur : at ejus quod compositum et concretum est virtutes humanæ sunt : hominis quippe definitio ab eo quod est compositum, sumitur : itaque et vita, quæ in his functionibus consistit, humana est, et felicitas : sola vero vita, quæ menti convenienter agitur, ab omnibus humanis separata est, pariterque ejus felicitas.

Quomodo autem sit separata, et quomodo se habeat, explanare, majoris negotii est quam id quod nobis propositum est, magisque theologiæ convenit : hoc tantum in præsentia dicere sufficiat, eam humanæ vitæ fines transire.

Quod quidem etiam illinc apparet. Neque enim externis bonis aut eorum copia ad functionem suam eget. Quippe rerum contemplator, ut homo, bonis quæ ad vivendum necessaria sunt, indiget : ad ipsam vero functionem nullis : at vero actor rerum indiget quoque iisdem quibus contemplator, magisque hic, quo magis ad explenda munera corpore utitur : sed externorum etiam bonorum copia ad functiones suas eget. Liberali enim pecunia opus erit ad actiones liberales, et justo ad gratiam referendam. Nam sine externis his bonis nemo quidquam eorum quæ virtuti suæ congruunt, aget. Scilicet viro forti opus est tempore opportuno et corporis robore ad audaciam suam et tolerantiam ostentandam : et temperanti opus est potestate, hoc est, facultate serviendi voluptatibus, si velit : denique ut suam quisque virtutem exercere possit, idoneas quasdam res requirit. Nam nisi quis secundum virtutis habitum agit, valde obscura ejus et voluntas est et habitus. Nimirum simulant nonnulli qui justi non sunt, velle se juste agere, et qui liberales non sunt, velle se liberaliter agere. Deinde nec in solo consilio perfecta est virtus, sed actione etiam opus est : in utroque enim est, et ita quidem est in utroque, ut quæratur, in utro magis sit virtus, in consilio an in actione. Quod enim perfectum est, in utroque esse apparet. Est igitur manifestum, activam virtutem, ut perfecta sit, externorum bonorum copiam requirere, tantoque majorem, quanto major sit et pul-

* Δόξειε δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας κτλ.

μείζων ἐστὶ καὶ καλλίων· αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν πράξεις μεγάλαι, καὶ ἀξιόλογοι οὖσαι καὶ πλειόνων δεήσονται τῶν ἔξωθεν. Τῷ δὲ θεωρητικῷ οὐδενὸς τῶν τοιούτων πρός γε τὴν ἐνέργειαν χρεία· ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, καὶ ἐμποδὼν ἵσταται ταῦτα τῇ θεωρίᾳ. Δεήσεται δὲ οὐχ ὡς θεωρητικός, ἀλλ' ὡς πρακτικός, ἐπεὶ ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀνθρώποις συζῶν, αἱρεῖται τὰ κατὰ τὴν πρακτικὴν ἀρετήν, ἵνα πρὸς τοὺς συνόντας τὰ ἀνθρώπινα σώζῃ.

(Scripsi : [a] βιῴη] cod. βιώῃ. — [b] ᾠκείωται] cod. ὠκείωται. — [c] ἐστι] cod. ἐστιν. —)

chrior : actiones enim ei convenienter susceptæ quum magnæ sint et præclaræ, pluribus etiam bonis externis egebunt. Rerum autem contemplatori ad muneris functionem nullis talibus opus est : immo vero ea contemplationi rerum (pæne dicam) impedimento sunt. Egebit autem non ut rerum contemplator, sed ut actor, quoniam ut homo et cum hominibus vitæ consuetudine conjunctus, consilia activæ virtuti consentanea capessit, ut apud familiares ea quæ homine digna sunt conservet.

Κεφ. ι'.

Ἔτι περὶ τοῦ θεωρητικοῦ βίου, καὶ ὅτι ἡ τελεία εὐδαιμονία ἐν αὐτῷ ἐστι.

* Φαίνεται δὲ καὶ ἐκεῖθεν ἐν τῷ θεωρητικῷ βίῳ συνεστάναι τὴν τελείαν εὐδαιμονίαν. Ἡ γὰρ θεωρία μόνον θεοῦ ἔργον ἐστίν [a], ὅς ἐστιν ἀληθῶς μακάριος καὶ εὐδαίμων. Ποίας γὰρ ἄλλας πράξεις ἀποδοτέον αὐτῷ; τὰς δικαίας; ἢ [b] γελοῖον συναλλάττειν αὐτόν, καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόναι, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· ἀλλὰ τὰς ἀνδρείας; πῶς οὖν ὑπομενεῖ τὰ φοβερά, καὶ περὶ τῆς ζωῆς κινδυνεύσει τοῦ καλοῦ ἕνεκα; καὶ γὰρ καὶ εἰπεῖν ἄτοπον· ἀλλὰ τὰς ἐλευθερίους; τίνι οὖν καὶ τί δώσει; ἄτοπον δὲ εἰ καὶ ἔσται αὐτῷ νόμισμα, ἤ τι τοιοῦτον, οὗ δεόμενος αὐτὸς εἰς τὸν βίον, ἔπειτα ἄλλῳ δίδωσιν, ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ· σώφρων δὲ πῶς ἂν εἴη φαύλας οὐκ ἔχων ἐπιθυμίας; πᾶσαι μὲν οὖν αἱ τοιαῦται πράξεις μικραὶ καὶ ἀνάξιαι θεοῦ· ἐπεὶ δὲ ζῆν [c] πάντες ὑπειλήφασιν αὐτόν, ἀνάγκη καὶ ἐνεργεῖν· οὐ γὰρ δεῖ καθεύδειν ἐξηργηκότα, καθάπερ τὸν Ἐνδυμίωνα· ἐπεὶ δὲ ἐνεργῶν οὔτε πράττει, καθὼς δέδεικται, οὔτε πολλῷ μᾶλλον ποιεῖ· οὐ γὰρ συνεχῶς περὶ ἀποτελέσματά τινα διατρίβειν εὔλογον αὐτὸν κατὰ τοὺς δημιουργικοὺς τῶν τεχνιτῶν· τί λείπεται πλὴν θεωρεῖν; ἡ ἄρα τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα θεωρητικὴ ἂν εἴη. Ἐν ἄρα τῷ θεωρητικῷ βίῳ συνεστάναι πᾶσα ἀνάγκη τὴν τελείαν· συγγενεστάτη γάρ ἐστι τῇ τοῦ θεοῦ ἐνεργείᾳ.

** Φαίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ μηδὲν τῶν ἀλόγων εὐδαιμονίας μετέχειν, τῆς θεωρητικῆς ἐνεργείας ἐστερημένα τελείως. Τῷ μὲν γὰρ θεῷ πᾶς ὁ βίος μακάριος, τοῖς δ' ἀνθρώποις ἐφ' ὅσον ἔοικε καὶ εἰκόνα φέρει τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας· τῶν δ' ἄλλων ζῴων οὐδὲν μακάριον, ἐπεὶ οὐδαμοῦ κοινωνεῖ θεωρίας. Ὅσα τοίνυν θεωρίας καὶ τῆς εὐδαιμονίας μετέχει, καὶ ἃ μᾶλλον θεωρεῖ, καὶ μᾶλλον εὐδαιμονεῖ, καὶ ὅλως ἐφ' ὅσον [d] ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία διατείνει, οὐ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν δήπου τὴν θεωρίαν· αὕτη γὰρ τιμία δι' ἑαυτὴν ἡ θεωρία. Ὥστ' εἴη [e] ἂν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τις, ἡ ἀρίστη δὴ καὶ τελειοτάτη [f].

CAP. X.

Præterea de vita contemplativa, et perfectam in ea beatitudinem esse.

Sed et illinc apparet, in vita contemplativa perfectam esse beatitudinem. Contemplatio enim solius dei opus est, qui vere felix est et beatus. Quæ enim aliæ actiones ei tribui debent? justæne? profecto ridiculum erit, si eum pactiones facere et deposita reddere dicamus, et cætera id genus : an fortes? quomodo ergo res periculosas subibit et de vita periclitabitur honestatis causa? hoc enim etiam dicere, absurdum est : an liberales? cui ergo et quid dabit? absurdum autem erit, si nummus ei sit, aut aliquid tale, quod ut vivat quidem ipse requirat, sed postea tamen honestatis causa aliis tradat : jam vero temperans quomodo erit, quum vitiosis cupiditatibus careat? omnes igitur ejusmodi actiones exiguæ deoque indignæ sunt : quoniam vero omnes illum vivere existimant, necesse est eum etiam munere aliquo fungi : neque enim oportet otiosum, Endymionis instar dormire : quum vero in hac functione neque agat, quemadmodum demonstravimus, neque multo magis faciat : neque enim perpetuo eum in perficiendis operibus quibusdam artificum operariorum exemplo versari verisimile est : quid præter contemplationem relinquitur? Quare dei muneris functio quum beatitudine excellat, in contemplatione consistere eam apparet. In contemplativa ergo vita perfectam eam esse omnino necesse est : nam divinæ functioni quam maxime cognata est.

Patet hoc vero etiam ex eo, quod nullum animal ratione carens beatitudinis particeps est, quippe quæ contemplativa illa functione penitus privata sint. Deo enim omnis vita beata est, hominibus autem quatenus illi similis est et divinæ illius functionis aliquam imaginem habet : reliquorum vero animalium nullum est beatum, quoniam nulla est eis contemplationis communitas. Quæcunque igitur in contemplationis, etiam in beatitudinis partem veniunt, et quæ magis contemplantur, etiam majore felicitate utuntur, denique quam late contemplatio, tam late quoque patet beatitudo, non per accidens, sed ex ipsa profecto contemplatione : hæc enim per se honore digna est contemplatio. Itaque beatitudo erit contemplatio quædam, optima sane et perfectissima. Eget tamen et bonis externis contemplatio, ut contemplatoris et corpus consistere possit et sanitas : neque enim verisimile est, homo quum sit, ei talibus non esse opus, non enim suis bonis satis instructa ad talia est natura.

* Ἡ δὲ τελεία εὐδαιμονία, κτλ — ** Σημεῖον δὲ καὶ τὸ μὴ μετέχειν κτλ.

* Χρεία δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν τῷ θεωρήματι πρὸς τὸ συνεστάναι τὸ σῶμα καὶ ὑγίειαν· οὐκ εὔλογον γὰρ μὴ δεῖσθαι τῶν τοιούτων ἄνθρωπον ὄντα, οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὰ τοιαῦτα [g].

** Δεήσεται δὲ οὐ τοσούτων ὅσων ὁ πρακτικός, οὐδὲ ἁπλῶς πολλῶν τινων καὶ μεγάλων, ἐπεί φαμεν χρείαν αὐτὸν ἔχειν τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ μετρίων. Οὐ γὰρ ἡ περιβολὴ [h] τοῦ πλούτου καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν αὐτάρκη ποιεῖ τὸν εὐδαίμονα, ἢ πείθει κρίνειν ὀρθῶς περὶ τῶν πρακτῶν, ἢ πράττειν τὰ δέοντα. Δυνατὸν γὰρ καὶ μὴ ἄρχοντα γῆς καὶ θαλάττης πράττειν τὰ καλά, καὶ ἀπὸ μετρίων τινῶν ποιεῖν ἃ προσήκει τοῖς μεγάλην περιβεβλημένοις ἀρχήν. Τοῦτο δὲ ὁρᾷν ἐστιν ἐναργῶς· οἱ γὰρ ἰδιῶται τῶν μέγα δυναμένων οὐχ ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τὰ ἐπιεικῆ φαίνονται πράττοντες. Τοσούτων τοίνυν εὐπορεῖν τὸν εὐδαίμονα ἱκανὸν πρὸς εὐδαιμονίαν· ἐνεργήσει γὰρ τὴν ἀρετὴν ἀκωλύτως, καὶ τὸν εὐδαίμονα βιώσεται βίον· μαρτυρεῖ δὲ τοῖς λόγοις καὶ Σόλων, οὐ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζων, ἀλλ' εὐδαίμονας [i] ἀποφαινόμενος εἶναι τοὺς ἐκτὸς ἀγαθοῖς κεχορηγημένους, πεπραγότας τε τὰ κάλλιστα, καὶ βεβιωκότας σωφρόνως· ἐνδέχεται γὰρ μέτρια κεκτημένους πράττειν ἃ δεῖ. Δοκεῖ δὲ καὶ Ἀναξαγόραν οὐ πλούσιον οὐδὲ δυνάστην ὑπολαβεῖν τὸν εὐδαίμονα εἶναι· φησὶ γάρ, οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ δόξειέ τις τοῖς πολλοῖς ἄτοπος εἶναι· δυνατὸν γὰρ ἀγαθὸν καὶ εὐδαίμονα ὄντα, πονηρὸν καὶ ἄθλιον νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς, οἳ τοῖς ἐκτὸς καὶ φαινομένοις κρίνουσι, τούτων αἰσθανόμενοι μόνον. Ὥστε τοῖς ἡμετέροις λόγοις καὶ αἱ τῶν σοφῶν συμφωνοῦσι δόξαι· καί τις καὶ ἀπὸ τούτων τοῖς εἰρημένοις γίνεται πίστις μετρία· τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρακτοῖς ἀληθὲς ἀπὸ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου φαίνεται· καὶ τούτοις ἐλέγχεται τὸ ψεῦδος, ὅταν οἱ λόγοι μὴ φαίνωνται τοῖς πράγμασιν ἐξακολουθοῦντες· ἐν γὰρ ταῖς πράξεσι τὸ κύριον· δεῖ τοίνυν σκοπεῖν τὰ προειρημένα, καὶ ταῖς ἀνθρωπίναις πράξεσι καὶ τῷ βίῳ φέροντας ἐφαρμόζειν, καὶ συνᾴδοντα μὲν ἀποδεκτέον, διαφωνοῦντα δὲ λόγους κενοὺς ὑποληπτέον.

*** Ἔτι δὲ καὶ ἐκεῖθεν γίνεται δῆλον, εὐδαιμονέστατον εἶναι τὸν κατὰ νοῦν ἐνεργοῦντα· καὶ γὰρ θεοφιλέστατός ἐστιν· οὗ τί γένοιτ' ἂν εὐδαιμονέστερον; εἰ γάρ τι τῷ θεῷ μέλει τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ τίς ἐστιν αὐτῶν ἐπιμέλεια παρ' ἐκείνου, καθάπερ πᾶσι δοκεῖ, καὶ εἴη γε, τίνι τῶν ἐν ἀνθρώποις χαίρειν τὸν θεὸν μᾶλλον εἰκός, ἢ τῷ ἀρίστῳ καὶ συγγενεστάτῳ; τοῦτο δὲ ὁ νοῦς ἐστιν. Εἰ δὲ τῷ νῷ μάλιστα χαίρει, καὶ ἀγαπῶντας μάλιστα τοῦτον καὶ τιμῶντας, καὶ κατ' αὐτὸν ἐνεργοῦντας, ἀντευποιήσει πάντως, ὡς τῶν φίλων αὐτῷ καὶ συγγενῶν ἐπιμελουμένους, καὶ ἄλλως ὡς ὀρθῶς καὶ καλῶς πράττοντας· οὗτος δὲ ὁ σοφὸς

Non tamen tam multis quam actor rerum egebit, neque omnino multis magnisque, quia necessaria et modica eum desiderare dicimus. Neque enim opum abundantia et reliquorum quæ externa sunt bona beatum suis rebus contentum facit, aut adducit, ut recte de rebus sub actionem cadentibus judicet, vel officio suo fungatur.

Potest enim aliquis, licet terræ et maris imperium non habeat, res honestas agere, et modicis opibus ea quæ magno imperatore digna sunt efficere. Atque hoc perspicue cernere licet : nam privati homines non minus, et fortasse magis, quam dynastæ præpotentes honestas actiones suscipere videntur. Tot igitur tantisque rebus ut beatus ad beatitudinem instructus sit, sufficit : quippe virtutem libere exercebit, et vitam beatam deget : assentitur vero his verbis Solon, qui non externis bonis beatitudinem definiebat, sed eos beatos dicebat esse, qui externis instructi bonis præclarissima facinora fecissent et temperanter vixissent : fieri enim potest, ut qui bona mediocria possident, quæ agenda sunt agant. Anaxagoras quoque non divitem neque potentem aliquem virum beatum existimasse videtur : neque enim mirandum dicebat fore, si ineptus quidam et absurdus vulgo videretur : fieri quippe potest, ut qui bonus sit et beatus, malus tamen ac miser a vulgo habeatur quod ex rebus externis et manifestis judicat, propterea quod has tantum sensu percipit. Quamobrem his nostris rationibus etiam sapientum opiniones congruunt : quæ aliquo modo ad fidem iis quæ diximus faciendam valent : nimirum in iis quæ sub actionem veniunt veritas ex factis et vita apparet : hisque mendacium convincitur, quando verba cum rebus ipsis non consentire manifestum est : in actionibus enim vis præcipua consistit : itaque ea quæ ante diximus, consideranda sunt eaque ad humanas actiones vitamque transferri et accommodari oportet, et quæ illi respondent, admittenda, quæ vero discrepant, verba inania habenda sunt.

Adde quod etiam hinc intelligitur, beatissimum esse qui muneribus menti convenientibus fungatur : nimirum deo carissimus est : quo quid beatius esse possit? si enim deus curam aliquam agit rerum humanarum, earumque, sicut omnibus videtur et probabile est, rationem habet, qua tandem in rebus humanis deum magis delectari decet, quam re omnium optima ipsique maxime cognata? hæc autem mens est. Quodsi mente maxime delectatur, etiam iis qui hanc maxime diligunt et plurimi faciunt et muneribus ei convenientibus funguntur, præmia persolvet gratiamque referet, ut eorum quæ ipsi cara et cognata sunt, curam habentibus, et alioqui rectas et honestas actiones suscipientibus : hic autem est sapiens et qui muneribus menti convenienti-

Δεήσει δὲ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας κτλ. — ** Οὐ μὴν οἰητέον γε πολλῶν καὶ μεγάλων κτλ. — *** Ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν κτλ.

ἐστι καὶ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν· θεοφιλέστατος ἄρα· τὸν αὐτὸν δὲ εἰκὸς καὶ εὐδαιμονέστατον εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο ἄρα ὁ σοφὸς μάλιστα εὐδαιμονῶν. Ἡ ἄρα τελεία εὐδαιμονία ἐν τῷ θεωρητικῷ συνίσταται βίῳ.

(Scripsi : [a] ἔργον ἐστίν] vulgo ἔργόν ἐστιν. — [b] ᾗ] cod. ῇ. Est autem nostra lectio præferenda illi, quam habent omnes fere Aristotelis membranæ, ᾗ, quamque exprimit Lambinus. At in codice Laurentiano, quem Bekkerus litteris Kb notare solet, ista particula omittitur. — [c] ζῇν] cod. ζῆν. — [d] ἐφ' ὅσον] cod. ἐφ' ὅσων. — [e] Ὥστ' εἴη] cod. Ὥς τ' εἴη. — [f] τελειοτάτη] cod. τελειωτάτη. — [g] αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὰ τοιαῦτα] cod. αὐτάρκης ἡ φύσις τὰ τοιαῦτα. — [h] περιβολή] cum Andronici codice; quod intelligi potest. Vide Stephani Thesaurum. Non spernenda tamen Stagiritæ membranarum scriptura ὑπερβολή. — [i] εὐδαίμονας] cod. εὐδαιμονίας. —)

Κεφ. ια΄.

Ὅτι περὶ ἀρετῆς οὐχ ἱκανὸν τὸ εἰδέναι, ἀλλ' ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον.

* [a] Ἃ μὲν οὖν προσῆκε περὶ τῶν ἀρετῶν ὡς ἐν τύπῳ διαλαβεῖν, ἔτι τε φιλίας, καὶ ἡδονῆς, καὶ τῆς εὐδαιμονίας, ἱκανῶς εἴρηται· καὶ οὐδενὸς ἴσως ἔτι δεήσει τῇ πραγματείᾳ πρός γε τὸν περὶ αὐτῶν λόγον. Τί οὖν; ἤνυσται τὸ προτεθὲν ἡμῖν ἤδη, καὶ τὸ προσῆκον τέλος ἔλαβεν ἡ σπουδή; καὶ μὴν πρακτική τίς ἐστιν ἡ φιλοσοφία, καὶ δεῖ καταλλήλου τέλους αὐτῇ· τὸ δὲ εἰδέναι τί ἐστιν ἀρετή, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, θεωρία τίς ἐστι μόνον. Οὐκοῦν καθάπερ τῷ πρὸς ἀρετὴν ἐπειγομένῳ οὐ μέχρι τούτου στῆναι δεῖ τὴν σπουδήν, μαθόντι τίνα δεῖ πράττειν, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, τί τέ ἐστιν ἡ ἀρετή, καὶ τίς ἡ κακία, καὶ τί τὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ καὶ πράξεων ἅπτεσθαι, καὶ τὴν μὲν φεύγειν, τὴν δὲ διώκειν, ὑπὲρ δὲ τοῦ τῆς εὐδαιμονίας τυγχάνειν πάντα ποιεῖν· τὸν ἴσον δὴ τρόπον καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς ἀλείπτην ἀνάγκη μὴ τούτοις ἀγαπᾶν μόνον τοῖς λόγοις, ὅθεν ἔνι μαθεῖν ἕκαστα τί ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὅπως ἂν γένοιτο κατορθῶσαι· καὶ τοῦτο διδάσκειν, οἰόμενον οὕτως ἂν ἀληθῶς γενέσθαι διδάσκαλον ἀρετῆς. Πρὸς γὰρ τὴν τελείωσιν τοῦ γυμναζομένου τὸν παιδευτὴν προσήκει τάττειν τοὺς λόγους· τελείωσις δ' ἂν εἴη τοῦ τῆς ἀρετῆς ἀθλητοῦ, τὸ ἀγαθὸν αὐτὸν γενέσθαι καὶ πρακτικὸν τῶν καλῶν· φανερὸν τοίνυν, ὡς ἄρα τοῖς περὶ τῶν ἀρετῶν εἰρημένοις ἐκεῖνα προσθεῖναι δεῖ, τί ποιῶν ἕκαστος, ἢ πῶς ἔχων, οἰκείως εἰς ἀρετὴν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἕξει, καὶ τῶν περὶ αὐτῆς ἡδέως ἀκούσεται λόγων, καὶ βιῶναι δυνήσεται κατ' αὐτήν· οὕτω γὰρ ἂν ὁ περὶ τῆς ἀρετῆς αὐτάρκης γένοιτο λόγος, διὰ πάντων τὸ γιγνόμενον σώζων. Πει-

bus fungitur : est igitur deo carissimus : eundem autem beatissimum etiam esse decet : ac propterea sapiens maxima felicitate floret. Perfecta ergo beatitudo in vita contemplativa consistit.

Cap. XI.

Non satis esse scire ea quæ ad virtutem spectant, sed nitendum etiam esse, ut ea habeamus iisque utamur.

Quæ ergo quasi pingui Minerva dicenda esse de virtutibus, item de amicitia, voluptate et beatitudine videbantur, satis jam dicta sunt : neque quidquam amplius fortasse huic tractatui ad plenam de iis disputationem deerit. Quid igitur? num peregimus jam propositum, et congruum finem industria nostra assecuta est? atqui activa hæc philosophia est, quæ idoneum finem desideret : at vero scire quid sit virtus et unaquæque celerarum rerum, nihil aliud quam quædam contemplatio est. Quemadmodum ergo is qui ad virtutem contendit, non hunc diligentiæ suæ terminum statuere debet, ut sciat, quid agendum et quibus rebus abstinendum sit, quid item sit virtus et vitium, quis denique extremus rerum humanarum finis, sed actiones etiam suscipere, atque illam fugere, hanc sequi, postremo nihil reliqui facere, quominus beatitudinis particeps fiat : eodem modo virtutis magistrum necesse est non in hac sola doctrina acquiescere, ex qua discere possit, quid unaquæque res valeat, sed ut fiant talia ipsum res bene gerere oportet : atque hoc ipsum docere, ratum se hac ratione revera virtutis præceptorem fore. Eo enim magistrum præcepta referre decet, ut alumnus qui exercetur in arte sua perfectus evadat : illa autem virtutum cultoris perfectio erit, si bonus fiat et quæ honesta sunt agat : hinc patet, sermoni nostro de virtutibus habito illud etiam addendum exponendumque esse, quibus actionibus singuli, aut quo habitu accommodate ad virtutem et bonum se habeant ejusque præcepta libenter audiant et honeste vivere possint : ita enim demum quæ de moribus traditur perfecta erit doctrina, si per omnia actiones conservet. Nitendum igitur, ut hanc quoque docendi ra-

Cap 9. Ἆρ' οὖν, εἰ περί τε τούτων καὶ τῶν ἀρετῶν, κτλ.

ρατέον δὴ ταύτην τὴν μέθοδον ἀποδοῦναι. Εἰ μὲν οὖν ἱκανὸς ἦν ὁ περὶ τῆς ἀρετῆς λόγος πεῖσαι γενέσθαι χρηστούς, πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους δικαίως, κατὰ τὸν Θέογνιν, ἐφερόμην, καὶ πολλῶν ἔδει τοῦτον ὠνεῖσθαι, καὶ ζητεῖν ἐκ παντὸς τρόπου λαβεῖν.

*Νῦν δὲ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς καὶ ἐλευθερίους τῶν νέων, καὶ οἷς εὐγενὲς καὶ φιλόκαλον ἦθος, φαίνονται δυνάμενοι πείθειν, καὶ πρὸς τὴν ἀρετήν, καὶ τὴν ταύτης πρᾶξιν, καὶ τὴν ἕξιν παρακαλεῖν·

**Τοὺς πολλοὺς δὲ οὐκέτι· [a] δύναται γὰρ οὐδεὶς τῶν τοιούτων λόγῳ τινὶ καὶ πειθοῖ τὴν καλοκαγαθίαν ἑλέσθαι, καὶ τὴν κακίαν φυγεῖν· οὐ γὰρ αἰδὼς αὐτοὺς ἄγει δεινὸν ἡγουμένους αὐτὸ τὸ δόξαι κακούς, ἀλλὰ φόβος, οὐδὲ ἀπέχονται τῶν φαύλων, διότι φαῦλα, καὶ ὅτι τὸ ταῦτα πράττειν αἰσχρόν, ἀλλὰ διὰ τὰς τιμωρίας· τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι λόγῳ μὲν οὐ ζῶσιν, ὅθεν αἰδεῖσθαι συμβαίνει, πάθεσι δὲ ἀκολουθοῦντες τὰς ἑπομένας τοῖς πάθεσι διώκουσιν ἡδονάς, καὶ διὰ τοῦτο τὰς ἀντικειμένας φεύγουσι λύπας· τὸ δὲ φεύγειν τὰς λύπας, τοῦτό ἐστι τὸ φοβεῖσθαι· τοὺς δὴ οὕτως ἔχοντας, καὶ τῷ μὴ γεύσασθαι τῶν ὡς ἀληθῶς καλῶν καὶ σπουδαίων, μηδὲ εἰς ἔννοιαν τούτων δυνηθέντας ἐλθεῖν, τίς ἂν λόγος μεταρρυθμίσαι; [b] καὶ γὰρ ἀδύνατον, ἢ οὐ ῥᾴδιον, τὰ χρόνῳ πολλῷ τοῖς ἤθεσιν ἐμπαγέντα καὶ βεβαιωθέντα, λόγῳ κινῆσαι μόνῳ. Δεῖ γὰρ καὶ ἑτέρων, ὧν παρόντων ἀγαπητὸν εἴ τις ἀρετῆς καὶ χρηστῶν ἠθῶν μεταλάβοι. Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ αὐτάρκεις οἱ λόγοι πρὸς τὸ προκείμενον, ζητητέον τίνα ἐστίν, ὧν προϋποκειμένων καὶ ὁ λόγος τὸ ἀγαθὸν δύναται πείθειν.

(Scripsi : [a] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [b] μεταρρυθμίσαι] cod. μεταρυθμίσαι. — [c] κινῆσαι] ex Heinsii conjectura; cod. κοινῆσαι. —)

tionem explicemus: Si enim sermo de virtute habitus per se satis valeret ad inducendos homines, ut boni fierent, jure magnam et amplam mercedem, ut ait Theognis, acciperem, magnoque emendus esset hic sermo, et omni modo comparandus :

Nunc vero bonos quidem et ingenuos adolescentes, quibus generosa et honesti studiosa indoles est, videntur sermones ad virtutem adducere et ad hujus exercitationem et habitum adhortari posse :

Vulgus vero non item : neque enim quisquam eorum ratione ulla aut persuasione ad honestatem amplectendam, et ad vitium fugiendum incitari potest : neque enim pudor eos adducit, ut hoc ipsum dedecus existiment, quod improbi habeantur, sed metus, neque abstinent maleficiis, quia mala sunt, et quia maleficia admittere turpe est, sed propter pœnas : cujus rei causa est, quod ratione non vivunt, ex qua pudor oritur, sed affectus sequuntur et voluptates affectibus congruentes consectantur, ideoque dolores illis contrarios fugiunt : fugere autem dolores, hoc illud est, quo perturbantur : eos vero qui ita se habent, et quum nunquam ea quæ vere bona et honesta sunt gustaverint, ac ne ad considerationem quidem eorum et cogitationem pervenire possint, quæ tandem corrigere possit ratio? non enim fieri potest, aut certe vix, ut quæ jam pridem moribus infixa hæserunt et quasi confirmata sunt, sola oratione mutentur. Requiruntur enim et alia, quæ si adfuerint, tum demum bene etiam nobiscum agatur, si virtutem moresque bonos adipisci possimus. Cum ergo ad id quod propositum est sola per se non sufficiat disciplina, quæritur, quænam sint illa, quæ subesse prius oportet, ut bonum ipsum persuadere nobis queat ratio.

Κεφ. ιβ΄.

Πῶς ἐστι καλὸν καὶ ἀγαθόν τινα γενέσθαι· καὶ ὅτι δεῖ πρὸς τοῦτο τοῦ νόμου.

***Τὰ τοίνυν αἴτια τῆς ἀρετῆς τοῖς ἀνθρώποις τρία πᾶσι δοκεῖ· φύσις, καὶ διδασκαλία, καὶ ἔθος. Ἡ μὲν οὖν φύσις, ὅτι ἐφ' ἡμῖν οὐκ ἔστι, φανερόν· τὸ γὰρ πεφυκέναι πρὸς ἀρετὴν διά τινος γίνεται θείας αἰτίας τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐτυχέσιν· ἡ δὲ διδασκαλία καὶ ὁ περὶ τῶν ἀρετῶν λόγος, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς οὐ πάντας δύναται πείθειν, ἀλλ' ἀνάγκη τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν ἔθεσί τισιν ἀγαθοῖς παρεσκευασμένην εἶναι, πρὸς τὸ χαίρειν οἷς δεῖ, καὶ μισεῖν ἃ δέον ἐστίν· οὕτω γὰρ ἂν καλῶς ὑποδέξαιτο τὴν διδασκαλίαν, καθάπερ ἡ τὸ σπέρμα θρέψαι δυναμένη γῆ· χωρὶς δὲ τούτου πῶς ἂν ἀκούσειε λόγου τῶν ἡδονῶν ἀφιστάντος; πῶς δ' ἂν ὅλως καὶ δυνηθείη συνεῖναι ζῶν κατὰ πάθος; τὸν δὲ οὕτως ἔχοντα πῶς οἷόν τε μεταπεῖσαι;

Cap. XII.

Quomodo honestus et bonus evadere possit aliquis : idque ut fiat, lege opus esse.

Causæ igitur virtutis humanæ tres omnibus esse videntur : natura, disciplina, consuetudo. Jam vero naturam in nostra potestate non esse, manifestum est : nam ad virtutem nasci divina quadam causa hominibus revera fortunatis contingit : doctrinam vero et virtutis disciplinam non posse omnes ut credant adducere, satis ex superiori disputatione apparet, sed necesse est bona prius consuetudine præparatum esse auditoris animum, tum ad amplectenda ea, quibus gaudemus, tum ad rejicienda quæ odio digna sunt : sic enim opportune excipiet doctrinam, ut terra semen, quod alere potest : sine hoc vero quomodo animum inducat audire sermonem a voluptatibus avocantem? quomodo vero qui perturbatione vitam dirigit omnino talem sermonem intelligat? at eum qui ita sit affectus, quonam modo

* Νῦν δὲ φαίνονται κτλ.— ** Τοὺς δὲ πολλοὺς ἀδυνατεῖν κτλ.— *** Γίγνεσθαι δ' ἀγαθοὺς οἴονται οἱ μὲν φύσει, κτλ.

δῆλον γάρ, ὡς οὐ λόγῳ δύναται τὸ πάθος ὑπείκειν, ἀλλὰ βίᾳ τινί. Διὰ τοῦτο οὐχ ἱκανὸς ὁ λόγος ποιῆσαι χρηστούς, τὸ δὲ ἔθος προϋποκεῖσθαι δεῖ τῆς διδασκαλίας, δι' οὗ τὸ ἦθος τοῦ ἀκροατοῦ πρὸς ἀρετὴν οἰκείως ἂν ἔχοι, στέργον [a] μὲν τὸ καλόν δυσχεραῖνον [b] δὲ τὸ αἰσχρόν.

*Ὅτι μὲν οὖν τὸ ἀγαθὸν ἔθος δεῖ προϋπάρχειν, καὶ τὴν ψυχὴν προδιατιθέναι, δῆλόν ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων· ἐθισθῆναι δὲ πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ τυχεῖν ἀγωγῆς ὀρθῆς καὶ πρὸς ἀρετὴν φερούσης διαίτης, πῶς ἂν γένοιτο χωρὶς τῶν ὀρθῶν καὶ δικαίων καὶ ὅλως καταλλήλων ἀρετῇ νόμων; δεῖ γὰρ ὑπὸ νόμοις τοιούτοις ἔτι νέον ὄντα τραφῆναι. Τὸ γὰρ σωφρόνως ζῆν καὶ καρτερικῶς οὐχ ἡδὺ τοῖς πολλοῖς, καὶ μάλιστα νέοις οὖσι· καὶ διὰ τοῦτο προσήκει νόμοις τετάχθαι αὐτοῖς τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὴν τροφήν, καὶ τἄλλα, δι' ὧν ὁ βίος· καὶ οὕτως οὐκ ἂν εἴη λυπηρὰ αὐτοῖς, διὰ τὸ συνήθη γενέσθαι. Οὐ μόνον δὲ νέοις οὖσιν, ἀλλὰ καὶ ἀνδράσι χρεία τῶν νόμων· οὐ γὰρ ἱκανὸν πρὸς τὸ γενέσθαι χρηστούς, τὸ νέους ὄντας μόνον τροφῆς ὀρθῆς καὶ ἐπιμελείας τυγχάνειν, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀνδρωθέντας ἐπιτηδεύειν δεῖ τὰ καλά, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἑαυτοὺς ἐθίζειν, καὶ τηνικαῦτα δεησόμεθα νόμων, καὶ ὅλως περὶ πάντα τὸν βίον· οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκῃ πειθαρχοῦσι μᾶλλον, ἢ λόγῳ, καὶ ταῖς ζημίαις, ἢ τῷ καλῷ. Διὰ τοῦτο καί τινες οἴονται δεῖν τοὺς νομοθέτας πρῶτα μὲν λόγοις ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐνάγειν, προτρεπομένους τοῦ καλοῦ χάριν· οὕτω γὰρ ἂν τοὺς ἐπιεικεῖς ἀμείνους γενέσθαι, πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐθισθέντας· ἔπειτα τοῖς ἀπειθοῦσι καὶ ἀφυῶς ἔχουσι κολάσεις καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι, τοὺς δ' ἀνιάτους ἐξορίζειν τοῦ χοροῦ τῶν ὑγιαινόντων, ἢ δυναμένων· προσήκει γὰρ τὸν μὲν ἐπιεικῆ καὶ πρὸς τὸ καλὸν ζῶντα τῷ λόγῳ πειθαρχήσειν· τὸν δὲ φαῦλον ἡδονῆς ὀρεγόμενον καὶ πάθεσιν ἀλόγοις ἀκολουθοῦντα λόγῳ μὲν οὐκ ἂν βελτίω γενέσθαι, λύπῃ δὲ κολαζόμενον, ὥσπερ ὑποζύγιον. Ὅθεν καί φασι δέον εἶναι τοὺς ἀλογωτέρους ἐκείναις ταῖς λύπαις κολάζειν, αἳ πρὸς τὰς ἀγαπωμένας ὑπ' αὐτῶν ἡδονὰς ἐναντίως ἔχουσιν· οἷον, τὸν μὲν πλεονέκτην ἀπογυμνῶσαι τῶν ὑπαρχόντων, τὸν δὲ ἀλαζόνα καὶ ὑβριστὴν ἀτιμάσαι, τυπτῆσαι δὲ τὸν ἀκόλαστον.

** Εἰ δὲ ταῦτα σκληρὰ καὶ ἀηδῆ, καὶ ἀγαθὸν εἶναι δεῖ καὶ ἐπιεικῆ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον, ἐκ παιδὸς καλῶς καὶ ὀρθῶς προσήκει τραφῆναι, καὶ παιδευθῆναι, καὶ τὴν ἐπιείκειαν ἐθισθῆναι, καὶ οὕτως ἔπειτα ζῆν [c] ἐν ἐπιτηδεύμασιν ἀγαθοῖς, καὶ μήτε ἄκοντα μήτε ἑκόντα πράττειν τὰ φαῦλα· τοῦτο δὲ δύναται γενέσθαι διαιτωμένοις κατά τινα τάξιν καὶ λόγους ὡρισμένους, κῦρος ἔχοντας καὶ ἰσχύν. Τὰ μὲν οὖν τῶν πατέρων πρὸς τοὺς παῖδας προστάγματα, τὴν ἰσχὺν οὐχ οὕτω μεγάλην ἔχει ὥστε βιάζεσθαι, οὐδέ τινος ἑνὸς ἀνδρός,

oratione de sua sententia demovere possis? Est enim manifestum, perturbationem non posse orationi cedere, sed vi esse cogendam. Quamobrem sola doctrina ad bonos faciendos non sufficit, sed doctrinam consuetudo præcedat oportet, qua auditoris mores ad virtutem accommodati sint, qui honestum amplectantur turpitudineque offendantur.

Debere ergo bonam consuetudinem præmitti, priusque bene componendum esse animum, ex præcedentibus apparet: assuescere autem ad bonum, simulque consequi institutionem rectam et vitæ genus ad virtutem adducens, quomodo cuiquam contingat sine rectis et justis, denique virtuti consentaneis legibus? oportet nempe in talibus legibus ab adolescentia educari. Temperanter enim et patienter vivere cum multitudini injucundum est, tum maxime adolescentibus: quocirca studia et educationem cæteraque, quæ ad bene vivendum necessaria sunt, legibus sanciri iisque præscribi convenit: ita fiet, ut molesta iis esse desinant, quum jam consueta esse cœperint. Neque adolescentes solum, sed viri etiam legibus egent: quia non satis est ad morum bonitatem assequendam adolescentes solos recte educari diligenterque institui, sed quum corroboratis jam ætatibus quæ honesta sunt agere et virtutis exercitationi assuescere debeant, tum quoque opus erit legibus, denique quam diu vivemus: plerique videlicet necessitati potius quam orationi parent, et pœnis magis quam honesto commoventur. Quamobrem existimant nonnulli ab iis qui leges ferunt homines primum rationibus et verbis honesti causa ad virtutem et bonum excitandos et cohortandos esse: ita scilicet futurum, ut boni viri fiant meliores, ad bonum jam assuefacti: deinde in eos qui non parebunt, quique natura minime apti ad virtutem et officium erunt, esse animadvertendum et supplicia constituenda, denique insanabiles de numero sanorum aut eorum qui viri boni munere fungi possunt, eximendos esse: consentaneum quippe est, virum bonum qui ad honesti normam vitam dirigit, orationi obtemperaturum; improbum autem, quando voluptates consectatur et animi affectionibus mentis lumine carentibus servit, oratione corrigi non posse, quum dolore tanquam jumentum castigetur. Quare dicunt homines dementes iis castigandos esse doloribus, qui voluptatibus iis quas illi adamant adversantur: verbi causa, fraudatorem omnibus bonis privandum, arrogantem et contumeliosum infamandum, intemperantem verberibus coërcendum esse.

Quodsi hæc dura sunt ac molesta, et tamen bonum esse oportet unumquemque hominum ac probum, statim a prima ætate bene educari et institui atque ad probitatem assuescere eum convenit, atque ita rectis deinceps institutis vitam traducere, ac neque invitum neque sponte res malas et flagitiosas admittere: hoc autem contingere nobis potest si ex præscripto quodam ordine et definitis quibusdam præceptis vivamus quæ legum instar rata sint et valeant. Et patrum quidem jussa, quibus officia liberis imponunt, vim quidem ita magnam

* Ἐκ νέου δὲ ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν κτλ. — ** Εἰ δ' οὖν, καθάπερ εἴρηται, κτλ.

μὴ τυράννου ὄντος ἢ βασιλέως, οἱ λόγοι δύνανται τοσοῦτον, ὥστε μὴ βουλομένους ἐνάγειν ἐπὶ τὰ καλὰ τοὺς πολλούς· μόνος δὲ ὁ νόμος ἀναγκαστικήν τινα δύναμιν ἔχει. Πιστεύεται γὰρ ἀπό τινος νοῦ καὶ φρονήσεως τεθῆναι τὸ ἐξ ἀρχῆς· [d] ὅθεν τοῖς μὲν ἀνθρώποις ἐχθαίρουσιν οἱ πολλοὶ ταῖς ὁρμαῖς αὐτῶν ἐναντιουμένοις, κἂν ὀρθῶς αὐτὸ δρῶσι· τῷ νόμῳ δὲ οὐδεὶς ἄχθεται τάττοντι τὸ ἐπιεικές, καὶ τῶν πονηρῶν ἀφιστάντι· τοὺς μὲν γὰρ ζῶντας τῶν παιδευτῶν ἴσως ἐστὶ νομίσαι μίσει τινὶ ἢ φθόνῳ κινουμένους λυπεῖν· τοῖς νόμοις δὲ οὐ τοῦτο συμβαίνει. Φανερὸν μὲν οὖν, ὡς ἄρα δεῖ νόμων ῥυθμιζόντων καὶ διατιθέντων πρὸς τὴν ἀρετὴν εὐθὺς ἐκ παιδός;

* Τοιοῦτοι δὲ νόμοι μόνῃ τῇ Λακεδαιμονίων ἐγένοντο πόλει, καί τισιν ἄλλαις ὀλίγαις κομιδῇ [f]· ταῖς δὲ πλείσταις πόλεσιν οὐκ ἐμέλησε περὶ τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἕκαστος ὡς βούλεται τάττει τὸν βίον καὶ τὴν οἰκίαν, Κυκλωπικῶς θεμιστεύων

Παίδων ἠδ' ἀλόχου.

Κράτιστον μὲν οὖν τὸ γίνεσθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν καὶ ὀρθήν, καὶ πάντας ζῆν δύνασθαι τεταγμένως, καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς ἀπαιτεῖ λόγος· εἰ δὲ μὴ τοῦτο γένοιτο, καὶ τὸ κοινὸν ἀμελοῖτο, προσήκειν ἑκάστῳ δόξειεν ἂν τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις καὶ φίλοις εἰς ἀρετὴν βοηθεῖν, ἢ βοηθεῖν προθυμεῖσθαι· δυνηθείη δ' ἂν ἕκαστος ταῦτα τοὺς οἰκείους εὐεργετεῖν νομοθετικὸς γενόμενος, ὡς φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Γίνεται γὰρ πᾶσα ἐπιμέλεια διὰ νόμων· καὶ αἱ μὲν κοιναὶ ἐπιμέλειαι διὰ τῶν κοινῶν νόμων, αἱ δὲ σπουδαῖαι καὶ ἐπιεικεῖς ἐπιμέλειαι καὶ παιδεῖαι διὰ τῶν καταλλήλων, τῶν σπουδαίων καὶ ἐπιεικῶν, φημί, νομων.

** Γεγραμμένους δὲ ἢ ἀγράφους εἶναι τοὺς νόμους, οὐδὲν διαφέρει· οὐδὲ τὸ πολλοὺς παιδεύειν, ἢ ἕνα ῥυθμίζειν εἰσαγάγοι ἂν τοῖς νόμοις διαφοράν· ὥσπερ ἐπὶ τῆς μουσικῆς, καὶ γυμναστικῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων συμβαίνει· καὶ γὰρ ἃ τὸν ἕνα δύναται γυμνάσαι, καὶ τοὺς πολλούς, καὶ δι' ὧν εἷς μουσικός, καὶ πολλοὺς οὐδὲν κωλύει γενέσθαι, καὶ τὸ ἀνάπαλιν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν οἰκίαν διατιθέντα μίαν καὶ ῥυθμίζοντα, ἢ ἕνα ἄνδρα παιδεύοντα, οὐδὲν κωλύει νόμους τιθέναι, καὶ εἶναι νομοθετικόν, οὐδὲν ἧττον τοῦ πόλιν ὅλην ἢ ἔθνος διατιθέντος. Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐν ταῖς πόλεσιν ἰσχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἔθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίᾳ μιᾷ [g] οἱ πατρικοὶ λόγοι, καὶ τὰ ἔθη, οἷς φαίνεται χαίρων, μεγάλην ἐν τοῖς παισὶ καὶ τοῖς ἄλλοις, οἰκείοις δύναμιν ἔχει, καὶ πολλῷ πλέον διὰ τὴν συγγένειαν καὶ τὰς εὐεργεσίας· εὔνοι γάρ εἰσι διὰ ταῦτα τῷ πατρὶ μᾶλλον οἱ παῖδες, ἢ οἱ πολῖται τῷ νομοθέτῃ. Καὶ διὰ τοῦτο ῥᾷον ἄγονται, καὶ τοῖς νόμοις πείθονται μᾶλλον, κἂν ἄλλως ἀπειθεῖς ὦσι, φύσει τινὶ στέρξαντες ἐξ ἀρχῆς· ἔτι δὲ καὶ ἀκριβέστεροι γί-

non habent, ut cogere eos possint, neque unius alicujus viri, nisi forte tyrannus aut rex est, præcepta tantum valent, ut vulgus etiam invitum ad actiones honestas compellant : sola autem lex cogendi quandam vim habet. Creditur enim ab initio mente quadam et prudentia constituta esse : quapropter plerique odium gerunt in homines, qui ipsorum cupiditatibus et appetitionibus adversantur, etiamsi id recte faciant : at legi æquum et bonum præscribenti et a vitiis homines avertenti nemo succenset : etenim vivi virtutis magistri odio fortasse aliquo atque invidia adducti detrimentum nobis importare velle existimantur : quod in leges non cadit. Est igitur manifestum, certas leges requiri, quæ statim a prima ætate ad virtutem mores nostros forment et componant.

Talibus autem legibus sola Lacedæmoniorum civitas et aliæ quædam, sed admodum paucæ usæ sunt : in plerisque vero nulla earum habetur ratio, sed suo quisque arbitratu et vitam suam et familiam instituit, Cyclopum more.

Uxorum et natos privata lege gubernans.

Optimum igitur est, civium institutionem communiter ab omnibus et recte procurari, omnesque conservato vitæ ordine et ut recta postulat ratio vivere posse : quod si non fiat, et commune negligatur, unicuique convenire videatur suis liberis et amicis ad virtutem comparandam operam navare, aut saltem eniti, ut ad eam rem iis prosit : possit vero suos quisque familiares hoc beneficio afficere, si legum ferendarum scientiam fuerit consecutus, ut e præcedentibus patet. Nam cum omnis disciplinæ publicæ et institutionis procuratio legibus continetur, et communis quidem communibus, tum illa honesta et bona procuratio atque instutio est, quæ idoneis, id est, probis et bonis legibus continetur.

Sed utrum scriptæ sint leges, an non scriptæ, nihil refert : neque num multi instituantur, an unus erudiatur, quidquam differentiæ legibus affert : quemadmodum in musica et gymnastica arte et cæteris studiis evenit : quæ enim unum in hoc genere exercere possunt, possunt et multos, et quibus unus evadere musicus potest, iis nihil obstat, quin multi evadere queant, et contra. Itaque nihil obstat, quominus ille qui unam familiam componit et regit, aut qui unum hominem instituit, leges quoque ferat, earumque ferendarum non minus peritus sit, quam qui totam rempublicam componit aut gentem moderatur. Nam quemadmodum in civitatibus instituta vitæ et mores valent, sic in una familia oratio paterna et mores, quibus patrem delectari manifestum est, magnum apud liberos reliquosque familiares habent pondus, multoque magis propter generis communitatem et beneficia : nimirum propterea patre benevolentiores filii sunt, quam cives legum latori. Quocirca facilius ducuntur magisque legibus parent, etiamsi alioqui non obediant, quia naturalem aliquam benevolentiam et amorem ab initio afferunt : præterea accuratiores quam publicæ leges erunt privatæ, ideoque magis prosunt, quemadmodum et in medicina se res

* Ἐν μόνῃ δὲ τῇ Λακεδαιμονίων πόλει κτλ. — ** Γεγραμμένων δ', ἢ ἀγράφων, κτλ.

νοιντο ἂν τῶν κοινῶν οἱ καθ' ἕκαστον νόμοι, καὶ διὰ τοῦτο λυσιτελέστεροι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει. Καὶ γὰρ οἱ μερικοὶ ἰατρικοὶ λόγοι, οἱ ἑνὸς ἐφαρμόζοντες σώματος ἕξει, βέλτιον ἰάσονται τῶν καθ' ὅλου· [i] καθ' ὅλου μὲν γὰρ τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία καὶ ἡσυχία, τινὶ δὲ ἴσως οὐ ταῦτα ἀλλὰ τἀναντία λυσιτελήσει, καὶ διὰ τοῦτο ὁ ἑνὶ σώματι νομοθετῶν ἀκριβέστερον νομοθετήσει τοῦ πᾶσιν ἁπλῶς διαιτῶντος· καὶ ὁ πυκτικὸς δέ, ἐὰν ἀπὸ τοῦ ἀεὶ παρόντος ἀνταγωνιστοῦ τὸν ἀγῶνα διατιθῇ, καὶ τὴν μάχην οὐχ ὁμοίαν ἀεὶ τὴν αὐτήν, ἀλλὰ προσήκουσαν ἑκάστῳ ποιῆται, ἄμεινον ἀγωνιεῖται· καὶ ὅλως ἀκριβέστερον ἕκαστον ὠφεληθήσεται, τῆς ἐπιμελείας ἰδίας καὶ καθ' ἕκαστον γινομένης, οὕτω γὰρ ἑκάστῳ γένοιτο τοῦ προσήκοντος τυχεῖν. Φανερὸν τοίνυν, ὅτι ἐπιμεληθείη μὲν ἄριστα καὶ ἑνός τινος καὶ ὀλίγων, ὁ τὸ καθ' ὅλου γινώσκων, ἢ ἰατρός, ἢ γυμναστής, ἢ νομοθέτης, ἐπειδὰν τὸν καθ' ὅλου λόγον τῆς ἐπιστήμης συνάψῃ τῷ μερικῷ· καὶ γὰρ οἶδεν ἃ πᾶσιν, ἢ τοιῷσδε, ἢ οὕτως ἔχουσι, λυσιτελεῖ· τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι λέγονταί τε καί εἰσιν. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τὸν μὴ τὸ καθ' ὅλου εἰδότα, τεθεαμένον δὲ ἀκριβῶς τὰ συμβαίνοντα ἑκάστῳ δι' ἐμπειρίαν, ἑνός τινος καλῶς ἐπιμεληθῆναι· καὶ γὰρ ἰατροί τινές εἰσι τῶν σωμάτων τῶν ἑαυτῶν, ἄλλοις ταῦτα μὴ δυνάμενοι βοηθεῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων συμβαίνει, καὶ οὕτως δὲ τῆς ἐμπειρίας ἀρκούσης πρὸς τὴν ὠφέλειαν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἑκάστων, τήν γε ἐπιστήμην ζητητέον πάσῃ σπουδῇ, καὶ βαδιστέον ἐπὶ τὸ καθ' ὅλου τῷ τεχνικῷ καὶ θεωρητικῷ βουλομένῳ γενέσθαι. Περὶ γὰρ τὸ καθ' ὅλου ἡ ἐπιστήμη· γινώσκειν δὲ οὕτω χρὴ τὸ καθ' ὅλου, τό γε τῆς ἰατρικῆς, ἢ νομοθετικῆς, ἢ ἄλλης τοιαύτης ἐπιστήμης, οὐχ ὡς ἀκίνητον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον, ἀλλ' ὡς μάλιστα ἐνδεχόμενον· τῶν ἐνδεχομένων γὰρ καὶ οὐ τῶν ἀκινήτων αἱ τοιαῦταί εἰσιν ἐπιστῆμαι. Ζητητέον τοίνυν ἐφ' ἑκάστου τὴν ἐπιστήμην· καὶ τὸν βουλόμενον δι' ἐπιμελείας βελτίους ποιεῖν, εἴτε πολλούς, εἴτε ὀλίγους, νομοθετικὸν πειρατέον γενέσθαι· καὶ γὰρ διὰ τῶν νόμων πρὸς τὸ ἀγαθὸν κινούμεθα, καὶ τὴν ἀρετήν. Οὐ γὰρ ἔστι [k] τοῦ τυχόντος ἢ πολλούς, ἢ ἕνα τινὰ καλῶς διαθεῖναι, καὶ παιδεῦσαι πρὸς ἀρετὴν ἔχειν οἰκείως· ἀλλ' εἴγε τοῦτο δυνατὸν ἐν ἀνθρώποις, ἐκεῖνος ἂν δυνηθείη μόνος, ὃς οἶδε νόμους τοὺς μὲν κρίνειν, τοὺς δὲ τιθέναι.

(Scripsi : [a] στέργον] cod. στέργων. — [b] δυσχεραῖνον] cod. δυσχεραίνων. — [c] ζῆν] cod. ζῆν. — [d] ἐξ ἀρχῆς] cod. ἐξαρχῆς. — [e] κἂν] cod. κᾶν. — [f] κομιδῇ] cod. κομιδῆ. — [g] μιᾷ] vulgo μίᾳ. — [h] ἄλλοις] cod. ἄλλως. — [i] καθ' ὅλου] cod. καθόλου. — [k] ἔστι] cod. ἔτι. —)

habet. Quippe singularia medicinæ præcepta et quæ ad unius tantum corporis habitum accommodata sunt, melius quam universalia sanabunt : universe enim febricitanti inedia et quies utilis est, alicui autem fortasse non hæc sed contraria proderunt, et idcirco qui uni corpori scribit leges accuratius eas scribet, quam qui omnino omnibus valetudinis curationem præscribit : porro etiam peritus pugil, si habita semper ratione ejus cum quo congreditur adversarii, ad ejus artem certamen accommodet, neque luctam semper eandem aut similem, sed prout singulis convenit instituat, melius certabit : quidquid denique est, multo accuratius geretur, si quis propriam et peculiarem illi adhibuerit diligentiam, ita enim singula id quod requirunt consequentur. Manifestum ergo est, eum optime rem unam aut paucas curaturum esse, qui genus universum cognoverit, sive medicus sit, sive exercendorum corporum magister, sive legum lator, quando universalem scientiæ rationem cum singulari conjunxerit : scit enim, quæ omnibus aut tali aut hoc modo affectis conducant : rerum enim communium atque universarum et dicuntur et sunt scientiæ. Neque tamen quidquam prohibet, quominus qui universalia ignorat, dummodo experiendo quæ cuique accidant accurate perspexerit, uni alicui pulchre consulat : nimirum sunt quidam suorum corporum medici, qui aliis ad eam rem adjumentum afferre non possunt. Similiter et in cæteris studiis atque institutis evenit, et licet hoc modo experientia ad agendas res singulas et instituta hominum sufficere videatur, tamen omni studio incumbendum est ad scientiam, et ad genus universum progrediendum est ei qui bonus artifex et rerum contemplator fieri vult. Nam in genere universo versatur scientia : ita autem scire oportet id quod est universale, sive id in medicina cernitur, sive in legum ferendarum arte, sive in alia hujusmodi scientia, non tanquam immobile et semper eodem modo affectum, sed ut quam maxime contingens : nimirum contingentium, non immobilium tales sunt scientiæ. Expetenda ergo singularum rerum scientia : atque ei qui cura et studio vel multos vel paucos meliores efficere vult, opera danda est, ut legum ferendarum scientia excellat : nam legibus ad id quod bonum est et ad virtutem impellimur. Non enim cujuslibet hominis est, aut multos aut unum aliquem recte conformare atque ita erudire, ut ad colendam virtutem idoneus evadat : sed si hoc ab ullo fieri possit homine, ille solus hoc possit, qui legum et judicandarum et ferendarum facultatem habeat.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ τῶν σοφιστῶν τε καὶ τῶν τὰ πολιτικὰ διδάσκειν ἐπαγγελλομένων· καὶ ὅτι τὸ περὶ τῆς νομοθεσίας ἐπισκέψασθαι πρὸς τὴν τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας τελείωσιν ἔτι λοιπόν ἐστι.

*Ὅτι μὲν οὖν νομοθετικὸν εἶναι δεῖ τὸν τῆς ἀρετῆς ἀλείπτην, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων· ὅπως δὲ δυνηθείη τις ἂν νομοθετικὸς γενέσθαι, ζητητέον ἐστίν. Ἢ φανερόν ἐστιν, ὅτι καθάπερ ἀπὸ τοῦ εἰδότος τὰ γραμματικὰ ἢ τὰ μουσικὰ γραμματικός τις γένοιτ' ἂν ἢ μουσικός, οὕτω καὶ νομοθετικὸς ἀπὸ τοῦ εἰδότος νοθετεῖν, ὅς ἐστιν ὁ πολιτικός; τῆς γὰρ πολιτικῆς ἡ νομοθετικὴ μέρος.

** Καίτοι δοκεῖ οὐ τὰ αὐτὰ συμβαίνειν τῇ πολιτικῇ καὶ ταῖς ἄλλαις δυνάμεσι καὶ ἐπιστήμαις. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις οἱ αὐτοὶ φαίνονται τάς τε μεθόδους τῶν ἐπιστημῶν παραδιδόντες, καὶ κατ' αὐτὰς ἐνεργοῦντες· ἰατρὸς γὰρ καὶ ζωγράφος τήν τε τέχνην ἕκαστος διδάσκει, καὶ ὁ αὐτὸς καὶ γράφει, ἢ ἰατρεύει· περὶ δὲ τὴν πολιτικὴν ἑτέρως φαίνεται ἔχον· οἱ μὲν γὰρ σοφισταὶ τὰ πολιτικὰ διδάσκειν ἐπαγγέλλονται, μηδὲν πράττοντες πολιτικόν, οἱ δὲ πολιτευόμενοι πράττουσι μέν, διδάσκουσι δὲ οὐδέν· οὐ γὰρ δύνανται.

***Οὐ γὰρ μεθόδῳ τινὶ πράττουσι καὶ ἐπιστήμῃ πολιτικῇ, ἀλλὰ φυσικῇ τινὶ ἐπιτηδειότητι, καὶ ἐμπειρίᾳ μᾶλλον, ἢ διανοίᾳ. Ὅτι δὲ οὐ δύνανταί τι περὶ τῆς πολιτικῆς διδάσκειν, φανερόν· οὐ γὰρ διδάσκουσιν, οὐδέ τι γράφουσιν ἢ λέγουσι [a] περὶ τῶν τοιούτων, εἰπόντες ἄν, εἴπερ ἐδύναντο· μεῖζον γὰρ ἂν ἦν αὐτοῖς εἰς φιλοτιμίαν τοιούτους συντιθέναι λόγους, ἢ δικανικούς τε καὶ δημηγορικούς· ἄλλως τε καὶ τοὺς σφετέρους υἱοὺς πολιτικοὺς ἐποίησαν ἄν, ἤ τινας ἄλλους τῶν φίλων, εἴπερ ἐδύναντο· οὐ γὰρ εὔλογον δυναμένους μὴ τοιαῦτα τοὺς φίλους καὶ τοὺς φιλτάτους εὐεργετεῖν· οὔτε γὰρ εἶχον μεῖζον ἀγαθὸν καὶ συμφορώτερον τῇ πόλει καταλιπεῖν, ἢ ταῦτα συγγραψάμενοι καὶ διδάξαντες, οὔτε ἑαυτοῖς, ἢ τοῖς υἱέσιν, ἢ τοῖς ἑταίροις μεῖζον ἂν ἐθέλησαν ἀγαθόν, τοῦ τοιαῦτα δύνασθαι. Φανερὸν τοίνυν, εἴπερ ἐδύναντο διδάσκειν τὰ πολιτικά, ὅτι καὶ ἐβουλήθησαν ἄν, καὶ ἐδίδασκον· ἐπεὶ δὲ οὐ φαίνονται διδάσκοντες, φανερόν, ὅτι οὔτε ἐδύναντο διδάσκειν, οὔτε αὐτοὶ λόγῳ τινὶ τὰ πολιτικὰ ποιοῦσιν, ἢ ἐπιστήμῃ, ἀλλὰ ἐμπειρίᾳ· καὶ γὰρ οὐ μικρὸν ἡ ἐμπειρία πρὸς τὸ πράττειν συμβάλλεται· γίνονται γὰρ διὰ τῆς πολιτικῆς συνηθείας μᾶλλον πολιτικοί. Διὰ τοῦτο τοῖς ἐφιεμένοις περὶ τῆς πολιτικῆς εἰδέναι, καὶ ἐμπειρίας τινὸς χρεία καὶ συνηθείας.

****Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ σοφισταὶ διδάσκειν μὲν ἐπαγγέλλονται τὴν νομοθετικήν, διδάσκουσι δὲ οὐδὲν μᾶλλον,

Cap. XIII.

De sophistis et iis qui reipublicæ disciplinam tradere se profitentur : item disputationem de ferendis legibus ad activæ philosophiæ consummationem adhuc deesse.

